XXXVII.
D.
117.




Digitized by Google

Digitized by Google

9.m.8.

9.m.8



OGDOAS

SCHOLASTICA

CONTINENS

Diagraphen Typicam

Artium

Grammatices { *Latinæ.* / *Græcæ.* }

Logices.

Rhetorices.

Astronomices.

Ethices.

Physices.

Metaphysices, seu Ontologiæ.

Ex Præstantium hujus temporis virorum lucubrationibus,
Pro Doctrinæ & virtutum studiosa juventute:

CONFECTA

à

Iacobo Lorhardo, Gymnasij Sangallensis Rectore, & in Ecclesia Christi servo:

APVD GEORGIVM STRAVB

Sangalli: ANNO, 1606.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Digitized by Google

IN OGDOADA SCHOLASTICAM

Iacobi Lorhardi viri reverendi & clarissimi, Ecclesiæ Sanctogallensis servi & Gymnasij Rectoris præceptoris sui fidelissimi.

EPIGRAMMA.

CVm Laurus non una tibi, Parasema triumphi:
Mi Daphni, verè Lauriger, obtigerit
Ex tribus à Musis, summa cum laude triumphis
Ablatis: rarum quod solet esse decus:
Te quis Apollineo non prædicet ore, decorum
Artibus omnigenis: omnigenis studijs.
Laure vigesce diu, porrò nihil indige frondis:
Laure vigesce diu, Laure vigesce diu.

Gallopoli Iohannes Iacobus Frisius Ioa: Iac: Theologi Professoris, in celebri schola Tigurina F. Kalendis Martijs.

Aliud Epigramma.

CEdite Grammatici Latia Grajaque loquela,
Nescio quod vestro majus oritur opus!
Cedite qui Logicas tractantes hactenus artes
Quaritis, ut studium fama recentet anus:
Cedat Rhetoricos cui cunque expingere campos
Cura fuit, muscis ex Elephantas agens:
Cedite sydereos qui mente capessere motus
Tentatis varios, lege manente, poli:
Cedant qui recta scribunt pomeria vitæ,
Socraticamque docent moribus ire viam:
Qui Physicam tradat non est succinctior artem,
Entis & ad puri tam prope stringat iter.
Vive diu, Lorharde, meum decus, inclyte præco
Iustitiæ: O animi gloria magna mei.

IOHANNES FELIX COLER
Tigurinus.

Digitized by Google

Pag 79 ad positiunculá de credita, à multis præclaris cùm Philosophis, tùm Theologis, **pos**sibilitate Chrysopæiæ, adde: At ego statuo, Creaturæ per se jmpossibilem esse auri veri & naturalis factionem; cum modus, naturæ à Deo cõcelsus, ad id efficiendum prorsus huc usque abstrusus sic custoditus sit, ut ne Satanam quidem modum jllum vel in revelatis habuisse, vel uspiam sinè fraude declarasse, compertum sit. Nemo igitur hominum jllam naturæ viam jncognitam imitabitur. Si qui videri volunt conficere aurum; nescio ego, an aurum verum cum rebus ἑτερογενέσι confundant: an verò quidpiam aliud agant. Quòd si hujus modi usurpant σύγχυσιν; jam illud, quod factitant, aurum, non est Naturale verumque: sed σύγχυτον: etsi omnia etiam Naturalis auri consueta examina sustineret: adeò ut non de nihilo distractio illius vetita esse perhibeatur. Etenim Metallica & Mineralia corpora sexcenties licet resolvas, atque depures: tamẽ manent Corpora, suis Materijs atq; formis cõstantia: Et propterea etsi sexcenties inter sese misceas atque confundas; verè tamen uniri non jta possunt, quemadmodũ prima auri forma, cũ prima auri Materia, à Natura, Creatoris beneficio cõjungitur, atque in unũ perfectũ sui Generis ὅλως elaboratur. Hoc meũ est de chrysopæia, hominis quidẽ imperiti harum rerum, judicium: sed tamen peritioribus æquo se animo subijcientis: dum nimirum αὐτοψία, non jam auri, quoquo modo facti: sed ipsius modi faciendi, testis fieri possit. Cæterum, si qui reperiuntur, qui non solum ipsi veri & naturalis copia auri insolenter abundant: sed etiam alios eâdem beant, scilicet; ij videant, cujus furis ministerio utantur, & quanti pignoris, corpotis nimirum, animæque jacturam faciát inevitabilem. Artis quidem Archimicæ libros diligenter conquisivit Diocletianus, & conquisitos vulcano ustulandos tradidit, ne amplius Aegyptij ex hujusmodi artificio ditescerent, vel rebus innovandis studerent. Cælius lib. 7, cap. 3.

In Metaphysicis.

Pag 36. inter hæc verba: adjuncti sive occupati ponatur sive recepti. Pag 24. καθ, ἀριθμόν, pone καθ' ἀριθμόν. Et pro γνωσειν, γνῶσιν Pag 48 pro vocibus: Subjectum creatum, colloca, substantia creata. Pag 58 pro literis. N N N. pone R R R.

Cætera lector æquus ipsemet observabit, & corriget.

Laus Deo uni, timendo, diligendo, super omnia, Amen.

Quicquid adhuc superest vitæ labilis hujus,
O æterne pater, si quid adhuc superest:
Da mihi conversis uti moribus Unica faxim
Iusta, voluntati persoluenda tuæ.
Iacob Lorhard.

CONCEPTIONIS NEAPOLIS ✠ BIBLIOTHEC. CAPUCCINORUM.
BIB. NOV.


Digitized by Google

Digitized by Google

TRANSPOSITA, OMISSA ET ERRATA POTIORA sic restituuntor:

In Grammatica Latina.

Pag. 1. Gramma: Lat. pro vocibus: amatus, amandus, ponatur; amantissimus ab amans, servantissimus à servans. Pag 6 in verbo Neutro deleantur hæ voces: & item vox: forem. Pag. 7. in verbo imitativo pro, ssor, ponatur to & tor. & pro Græcissor, ponatur Græcor. Pag 10 ad vocem Conditionalis addatur: sive cōnexiva. Pag 13. in Regula Pronominis Interrogativi deleantur hæc verba: vel genere, Numero & persona, non autem casu; ut Cujus sunt ædes. Meæ. Hæc enim ad Syntaxin figuratam, Enallagen sc: accidentiū vocis pertinent. Pag. 16. Regulæ de verbis copiæ addantur ad voces: Verbum copia, & inopia: ut, Item Exemplum inopiæ Carere liberis. Ibidem in regula de verbo Iudiciali pro voce: Accusativum: ponatur, Ablativum. Pag 17. ad regulam 22, adiungatur Hæc 21. Verbum Decet, accusativum regit: ut, Mores hi decent adolescentem. Pag 19 in regula: Pleonasmus &c: deleatur pronomen, is. Pag, 23. pro voce: Vsitata, ponatur: Frequens seu crebra. & pro inusitata, Infrequens seu rara. Ibidem ad hæc verba. 3. Naturâ, *apponatur: Consuetudo ferè altera est Natura. Vnde quod Poëtis in consuetudinem venit, licet contra naturam sit, pro naturali haberi parùm interest. Pag 24. Ad regulas de penultimis natura lōgis addi possunt & hæ 10. Quædam in compositione longa fiunt: ut Collēga, à colligo. 11. Quædam Derivativa à brevibus verbis penultimas habent longas: ut Regis* deß fönigs *á Rego & .12. Futura omnium conjugationum conjunctivi Modi etiam irregularium in prima & secunda persona pluralis Num. penultimas habent longas: ut Amaverîmus, non amaverimus: Tulerîmus, fuerîmus, voluerîmus, Meminerîmus, &c .13. Futura, 3 & 4. Conjugationis Plural. Numeri, Indicativi Modi persona 1 & 2: ut; Legetis, Audiémus, audiétis &c, Pag. 25: ad Regulas de brevibus Naturâ penultimis apponantur & hæ: 9 Præterita conjunctivi modi in personis primis & secundis pluralis numeri: ut. Amavérimus, non amaverîmus: Tulérimus, non tulerîmus. 10. Futura indicativi modi in omnibus cōjugationibus p personas plura. Numeri: ut érimus, non erîmus. Et hoc verbum eam habet quantitatē, etsi adjungatur futuris passivis conjunctivi modi: non enim dicitur: Facti erîmus: sed facti érimus. Pag 26. Ad pedem spondæum adjici endus etiam Trochæus, qui constat priore syllaba longâ, posteriore brevi: ut, dixit.*

In Græca Grammatica.

Pag. 44. Grammat. Græca pro ἀϑλώαζε *ponatur* ἀθλώαζε.

In Logicis.

Pag7.log. In Regula Subjecti recipientis secundarij, ad hæc verba: virtutis vel vitij adjiciatur: Quod. Pag. 8 log. ad adjunctũ adhærens, addantur hæc Exempla: *Sic præscientia Dei fuit adjunctum antecedens, non autem causa lapsus Adami. Sic Decretum & permissio Dei adjuncta antecedentia, nõ autem Causæ fuerunt lapsus Adami. Ibidem ad adjuncti coexistentis, seu cõcomitantis exemplũ addatur &* cõditio sine qua nõ: ut, *Remissio peccatorũ nostrorũ à Deo promissa est & datur Credentibus cũ conditione, si sc: & ipsi pœnitentiã agãt & remittãt debitoribus suis. Hæc cõditio autẽ nequaquã est causa efficiens, sed adjunctũ ἅμα ὂν τῇ ἀφέσει. Pag 9. In regula de privatione, pro voce: facultate, ponatur facultatis. Pag 13. In exẽplo inæquiparatorũ, pro voce Creator, ponatur: Deus. Nã creator et creatura simul sunt φύσει, καὶ χρόνῳ, nisi quis velit æternũ cretorem, qua creator, statuere, & ita creaturas facere ὄντα, anteq̃ essent ὄντα. In principio tẽporis creator fuit creator actu nõ ab æterno: Gen. 1. ver. 1. Pag 15. in definitiõe Distributiõis pro voce, Est; ponatur, è. Pag 17 pro voce παραδειγμα τισμος, ponatur παραδειγματισμός. Pag 19. ad hæc verba: Nisi in Regulis dispositionis Syllogisticæ, addãtur hæc: Si modò veritatis et falsitatis tribunal in doctrina formæ locũ habere potest: ut quibusdã placuisse videmus. Pag 20. ad hæc verba: In axiomate ἐμμέσῳ seu dubio adjiciatur: Cujus κριτήριον & tribunal cõsequentiæ & incõsequentiæ est syllogismus. Et paulo post ad hæc verba: ex ipsarũ rerum cognitione adjiciatur: quæ solæ sunt κριτήριον & tribunal veritatis vel falsitatis Axiomatis ἀμέσου. Pag. 25. pro exemplo Syllogismi Negantis singularis ponatur hoc: vox clamantis in deserio &c: non est Christus. Iohannes Baptista est vox illa clamantis &c. Ergò Iohannes Baptista non est Christus. Pag 35. pro voce ἐπεξερνασία ponitor ἐπεξεργασία.*

In Rhetoricis.

Pag. 11. ad Regulæ de indice digito, pronomen: qui, adjicitor explicatus. Ibidem ad vocem Pacificator, adde: habitus seu gestus.

In Astronomicis.

Pag 1. in altera parte distributionis Astronomiæ ad hæc verba: versus ortum circulariter; addatur: volvitur. Pag. 2. ad vocem: Meridianus; adjice literam N. Ibidem ad voces: Duo Tropici; appone: P. Ibidem ad vocabula: Duo polares, adjunge Q. Pag 27. Num 3. pro Createm, pone creat: Pag 31. pro προσθαφάιρεσις pone προσθαφαίρεσις. Pag 52. pro digredittur, ponatur digreditur.

In Ethicis.

Pag. 11. pro Oservantia ponatur: Observantia. Pag 13. pro voce sive, pone sine.

In Physicis.

Pag. 12. in litera R. post hæc verba: Philippo Melanchthoni est, deleatur vox Enim

Digitized by Google

NOBILISSIMIS ET VIRTVTVM ARtiumque optimarum studiosissimis Adolescentibus, BONAVENTVRAE, IOHANNI MELCHIORI, & FRIDERICO, BODEKERIS, fratribus Germanis, Genevensi in Gymnasio, celebri pietatis & virtutum officina viventibus;

Filijs,

NOBILISSIMI, VEREQVE GENEROSI VIRI, DOMINI BONAVENTVRAE BODEKERI, Elgoviæ Domini, & Sacræ Cesareæ Majestati à Consilijs &c.

Iacob Lorhard ἐυ διάγειν.

QVANTA sit Schematisticæ, seu Typicæ, uti vocant, artium ac disciplinarum ἐξαπλώσεως *utilitas, hominem inter eruditos, qui nesciat, arbitror esse neminem. Verbo dicam, quod res videtur esse: Hujus unius beneficio, paucorum nunc annorum studio cõsequimur singuli, quod seculis ante vix multis parabant universi. Quod ego quidem hortandi magis, quám secus existimantes sugillandi ergó dictum à me intelligi cupio. Cum igitur superiori tempore talem unjus & alterius artis* διατύπωσιν, *ex præstantium hominum lucubrationibus, juventutis causâ, instituissem, eamque nonnullis iudicij non pænitendi viris, non tantum non displicere intelligerem: sed hortatibus etiam incitarer, ut horis vacuis, quas vellem, reliquas potiores, & in Scholis horum temporum usitatiores artes, pari ratione, istis adijcerem (è quibus honoris causâ nomino, Amplissimum & Sapientissimũ virum,* Dominum Mainradum Gmunderum, *Reipublicæ nostræ Proconsulẽ & Scholarcham dignissimum: Ornatissimum Consultissimumque virum,* Dominum Melchiorem Guldium, *urbis hujus Perscriptorem Archicum & Scholarcham; Dominos perpetua mihi observantia colendos: Reverendum & eximiũ Christi servum,* Dominum Otmarum Scheitlium, *Ecclesiæ pastorem & Scholarcham fidelissimum, fratrem ac compatrem in Christo observandum:*

)(2 *jtemque:*

itemq; præstātissimū pietate et eruditione virū, Dominū Iohā. Iacobum Colerum, *Ecclesiæ vestræ Elgoviensis Antistitem, & vicinarum Ephorum vigilantissimum, fratrem honorandū.) obsequendum putavi honestæ illorum voluntati; hancque Ogdoada Scholasticam confeci, exhibentē humanarū literarum studiosis Adolescentibus Grammaticen Latinam & Græcam, Logicē, Rhetoricen, Astronomicē, Ethicen, Physicen, Metaphysicen, seu Ontologiam,* ἐν τύπῳ μέρει. *Cogitanti verò mihi, ad quosnam molitio hæc chartacea potissimū mittenda foret: vos, Generosissimorum Parentum verè Generosi filij, in mentem venistis, ut quorū laudatissimis literarijs conatibus, nec prorsus obfutura: nec D. Patri, viro iudiciosissimo, displicitura esse videretur. Requirebat etiam beneficētissima in me Paterna domus vestra aliquam jampridem reciprocādæ gratitudinis meæ significationem: quam qualemcunque hac ad vos* προσφωνήσει *institutā edere visum fuit. Accipite igitur, Nobilissimi Adolescētes, frōte opellam hanc serena, & contra vetulorum quorundam caussationes asserite, quibus nihil placet, nisi suum. Ego quidem nihil quicquam habeo, cur illos morer. Per me sui sint, cum sui similibus, æternùm similes, licet. Malè loquantur de voluntatibus, studijs & laboribus bonorum: nimirum, quia benè loqui non didicerunt.*

Nasuti sint usque licet, sint denique Nasus,
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas.

Artes ratione & iudicio cupientibus discere, ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἀκτέον, καὶ σωματοποιητέον, *ut à Polybij iudicio mea gratiam ineat sententia.*

Deum Patrem Domini nostri IESV CHRISTI supplex veneror, ut studijs & laboribus vestris, ad gloriam excelsæ suæ Maiestatis, *ad Ecclesiæ & Reip. Christianæ emolumentum, ad familiæ vestræ decus & illustrationem, ad vestram deniq; omnium æternam salutem per Spiritum suum cumulatè benedicat, æternùm, Amen. Perscripsi Gallopoli, Urbe celebri in fœdere Reip. Helveticæ, singulari Dei beneficio illustrissimæ atq; potentissimæ, quam illustrior atque potentior Iehovæ dextra diutissimè ab omni detrimento sartam tectam integramq; conservet, Amen.*

Anno ultimæ Numinis patiētiæ, 1606, 24 *Feb.*

Digitized by Google

Grammatica est ars rectè docens scribere loquique. Ejus partes sunt

- **Etymologia**, *quæ est explicatio naturæ singularū vocum, seu notarum, quibus quæque res vocantur. Harum considerentur*
  - Communia accidē*tia, quæ sunt*
    - Species, *quâ noscitur an vox sit vel*
      - Primitiva, *quæ suæ est originis: ut, Mensa, tu, dormio &c.*
      - Derivativa *quæ alienæ est originis: ut, Mensula, tuus, dormiturio, &c Estq́ hæc vel*
        - Nominalis, *eaq; vel*
          - Gentilis: *ut, Tigurinus, Romanus.*
          - Possessiva: *ut, Herculeus, Regius.*
          - Patronymica: *ut, Priamides.*
          - Diminutiva: *ut, servulus à servus.*
          - Denominativa: *ut annona, abannus.*
        - Pronominalis: *ut, meus à mei, tuus à tui, suus à sui, &c.*
        - Verbalis: *ut, bibulus à bibo.*
        - Participialis: *ut, amatus, amādus.*
        - Adverbialis: *ut, crastinus, hesternus, pridianus.*
        - Præpositionalis: *ut, supernus, extraneus, intraneus.*
    - Figura, *quâ noscitur an vox sit vel*
      - Simplex *et incōposita: ut, brevis, ego, lego &c.*
      - Composita: *ut, perbrevis, egomet, perlego &c.*
  - Divisio. *Est enim vox ōnis vel*
    - Invariabilis. *L.*
    - Variabilis *per*
      - Numerum, *qui est vel*
        - Singularis, *qui de uno intelligitur: ut, homo.*
        - Pluralis, *qui de pluribus intelligitur: ut, homines.*
      - Personam, *quæ est vel*
        - Prima, *de se ipsa loquens: ut, Ego Petrus scio.*
        - Secunda, *ad quam sermo fit: ut, vos Romani peritis.*
        - Tertia, *de qua sermo est: ut, Pater ipse adest.*
      - Terminationem, *quæ fit vel per*
        - Casus, *qui sunt vel*
          - Rectus: *ut, Nominativus.*
          - Obliqui: *ut,*
            - Gen.
            - Dat.
            - Ac.
            - Vo.
            - Abl.
          - *Hæc variatio terminationis dicitur declinatio, vide B.*
        - Modos *et tempora, et dicitur* Conjugatio, *quā usurpat* Verbum, *vide F.*
- **Syntaxis**, *vide Q.*

Digitized by Google

B. Declinatio est vel

Prima, *cujus Genitivus singularis definit in*
- æ: *ut, Mensa, mensæ, Ecclesiastes æ, Caelas æ.*
- âs: *ut familiâs.*
- es: *ut, epitome, es.*
- ius: *ut, Nulla nullius, sola solius, utra utrius.*

Secunda, *cujus Genitivus singularis definit in* I, *vel* ius: *ut, Magister, magistri, Dominus, domini, scamnũ, scamni, vir, viri, satur, saturi, nullus, nullius, Nullum, nullius.*

Tertia, *cujus Genitivus singularis definit in* is: *ut, animal, animalis. Hujus varietatem è lexicis Latinis usus exhibet melius, quàm regulæ aliquam multæ.*

Quarta, *cujus Genitivus singularis definit in* us, *vel* u: *domus, domus, cornu, cornu.*

Quinta *cujus Genitivus singularis definit in* ei *divisis syllabis: ut, spes, spĕi.*

Hæc competit

Nomini: *quod est vox rei vel personæ. Hujus considerentur*

Genus, *quod est vel*
- Masculinũ, *cui præponi potest*, hic.
- Fæmininũ, *cui præponi potest* hæc.
- Neutrũ, *cui præponi potest*, hoc.
- Commune, *cui præpõi potest*, hic & hæc, *ratione sexus habita: ut, de mare cane, non dico: hæc canis: sed hic canis.*
- Dubium, *cui præponi potest* hic & hæc, *sine respectu sexus: ut, amarus cortex & amara cortex, hodiernus dies & hodierna dies.*
- Omne, *cui præponi potest* hic, hæc, hoc: *ut, hic, hæc, hoc felix.*

Horum cognitio abusu magis quàm è numerosa regularum multitudine, petenda tyronibus est.

Qualitas. *Est enim Nomen vel*

Substantivũ, *quod substat adjectivo: estque vel*
- Vnigenerũ: *ut, pater.*
- Duorũ: *ut, Clodius clodia, magister magistra.*

Vtrum quæ est vel
- Proprium, *quod uni rei vel personæ competit: ut, Petrus, Tigurum.*
- Commũe, *quod multis cõpetit: ut, fluvius, bõo: Dicitur appellativũ.*

Adjectivũ, *quod substãtivo vel fine, vel mediante alio adjectivo adjicitur. Estque vel*

Mobile vel per
- Vnã terminationẽ gẽeris õnis: *ut, hic hæc, hoc felix.*
- Duas terminationes *et duo genera, commũe sc. et neutrũ ut fortis forte.*
- Tres terminationes & *tria distincta genera: ut, doctus, docta, doctum.*

Nõ
- Incomparabile *vide.* C.
- Comparabile *vide.* C.

Pronomini, *vide.* D.

Participio, *vide* E.

Inconpara-

C.


Incomparabile per gradus: qualia sunt pleraque, quæ desinunt vel in

- Vs purum: *ut, idoneus, sobrius, conspicuus &c.*
- Dus: *ut, reverendus, colendus, moribundus.*
- Mus: *ut, Opimus. &c.*
- Ivus: *ut, redivivus. &c.*
- Plex: *ut, multiplex. &c.*
- Tinus: *ut, matutinus, serotinus. &c.*
- Composita à fero *et* gero: *ut, frugifer, corniger. &c.*
- Multa substantiva compositione adjectiva facta: *ut, degener, inermis, impunis, immunis. &c.*
- Adjectiva quædam unius terminationis: *ut, equester, sylvester, cicur, memor, campester. &c.*
  Quorum doctor & magister primus, usus est.

Comparabile, *idque vel*


- Regulare, *quod comparatur per gradus*
  - Positivum, *qui primum gradum ponit: ut, doctus.*
  - Comparativum, *qui superiorem primo gradu ponit. Hujus considerentur*
    - Terminatio, *quæ est vel*
      - Masc. / Fæm. *in IOR: ut, doctior.*
      - Neutra, *in IUS: ut, doctius.*
    - Formatio, *quæ casui in i addit vel*
      - OR: *ut, doctior.*
      - US: *ut, doctius.*
  - Superlativum, *qui supremũ gradũ indicat. Hujus consideranda est.*
    - Terminatio, *quæ est vel*
      - Ssimus, *a, um.*
      - Rimus, *a, um.*
      - Limus, *a, um.*
    - Formatio, *quæ casui in*
      - *i Desinenti, secundæ declinationis addit* ssimus, *a, um.*
      - Er *desinenti, secundæ declinationis addit* rimus, *a, um.*
      - *i tertiæ declinationis desinenti,* limus, *a, um, addit.*
- Irregulare, *et habet gradus vel*
  - Omnes: *ut, bonus, melior, optimus.*
  - Comparativum, & superlativum: *ut, deterior, deterrimus.*
  - Positivum & superlativum: *ut, fidus, fidissimus.*
  - Positivum & comparativum: *ut, Ingens, ingentior.*

Digitized by Google



Participium

Digitized by Google



E.

Participium est vox, à verbo quidem tempus et significationem; à nomine autem genus, casum et declinatiõem accipiens. Huius cõsideranda veniũt

- Tempus, *quod est vel*
  - Præsens, *idque in*
    - Ans: *ut, amans.*
    - Ens: *ut, docens.*
  - Præteritum, *idque vel in*
    - tus: *ut, amatus.*
    - sus: *ut, visus.*
    - xus: *ut, fixus.*
  - Futurum, *quod desinit vel in*
    - Rus: *ut, amaturus.*
    - Dus: *ut, amandus.*
- Significatio, *quæ est vel*
  - Activa, *eaque vel*
    - præsens: *ut, Amans, legens.*
    - Futura: *ut, amaturus, lecturus*
  - Passiva, *eaque vel*
    - Præterita: *ut, Amatus.*
    - Futura: *ut, amandus.*
  - Neutra, *eaque vel*
    - Præsens: *ut stans, curens ardens.*
    - Futura: *ut, staturus, cursurus, arsurus.*
  - Deponens, *eaque vel*
    - Præsens: *ut, precans.*
    - Præterita: *ut, precatus.*
    - Futura: *ut, precaturus.*
  - Communis, *eaque vel*
    - Præsens activa: *ut, Criminans.*
    - Præterita activa et passiva: *ut, Criminatus.*
    - Futura activa: *ut, Criminaturus.*
    - Futura passiva: *ut, Criminandus.*
- Genus, *quod est vel*
  - Masculinum, *in Us.*
  - Fœmininum, *in A.*
  - Neutrum, *in Um.*
  - Omne, *in Ans et Ens.*
- Casus, *quot nominum.*
- Declinatio
  - Prima *in A.*
  - Secunda *in*
    - *Us.*
    - *Um.*
  - Tertia *in*
    - *Ans.*
    - *Ens.*

Digitized by Google

F. Verbum est vox, significans actionem aut passionem. Hujus considerentur

- Divisio in Verbum
  - Analogum, *quod plenè et perfectè secũdum normam certæ alicujus è quatuor cõjugatiõu flectitur. Estque vel*
    - Activũ, *quod in* o *desinit, & addita litera* R. *format ex se passivũ: ut, amo, amor.*
    - Passivum, *quod in* or *definit, & demptâ litera* R, *redit in verbũ Activum. ut, Amor, amo.*
      - Passivo: *ut,* Deponens, *quod in* or *desinens, passivam quidem formã refert, significationẽ verò passivã deponens, actionem significat vel absolutã: ut, orior, morior, nascor: vel transeũtẽ: ut, criminor, consequor. Horum multa sunt in omnibus quatuor conjugationibus.*
      - Activo, *Passivoque absoluto: ut,* Neutrũ, *quod in* o & m *desinens absolutã actionem, hoc est, in aliud non transeuntẽ significat: ut, sto, curro, sedeo, jaceo, sum. forem, fio, existo, quæ* substantiva *appellantur: aut absolutam passionem, hoc est, ab alio non manantẽ significat: ut, doleo, frigeo, ardeo, gaudeo.*
  - Anomalum *est, quod nec plenè nec perfectè secundũ mormã certæ alicujus ex quatuor conjugationibus flectitur. Estq; vel*
    - Abundans, *eâdẽ terminatione habens utriusq; generis significationẽ, diciturq; cõmũe: ut, Criminor te & abs te.*
    - Defectivũ, *quod deficitur vel*
      - Genere *tantum alterutro eoque vel*
      - Personis: *ũde verbũ est vel*
        - ὀλιγοπρόσωπον: *ut, decet, decent, oporterẽ, oporteret.*
        - μονοπρόσωπον: *ut, tædet, miseret.*
      - Temporibus, *qualia sunt, memini, odi, cæpi.*
      - Personis, Tẽporibus & modis: *qualia sunt, insit, ovat, cedò, pro dic, aut da: Sis, pro si vis, sultis pro si vultis, sodes pro si audes, ave, salve, ausim, faxim, faxo, forem, ajo, inquam, fari: quæ omnia usu sunt discenda.*
    - Heteroclitum, *quod diverse à normis analogis flectitur, vel*
      - Vno *modo: qualia sunt hæc tria: Fero, volo, sũ.*
      - Pluribus *modis idq; vel*
        - Duabus Conjugationibus: *ut, lavo. ferveo. fulgeo, strideo, fugeo, tueor, tergeo, cieo: & lavo, fervo, fulgo, strido, fugo, tuor, tergo, cio.*
        - Activa & passiva formâ: *ut, fabrico, fabricor, frustro, frustror. &c.*
        - Analogè & anomalè: *ut, edo, edo & es, edit & est, editur & estur, esum & estũ. &c.*
- Derivatio vide G.
- Modi: *qui sunt quatuor*
  - Indicativus, *per quẽ aliquid simpliciter indicatur: ut, scribo, scripsi.*
  - Imperativus, *per quem aliquid postulatur vel imperatur: ut, scribe.*
  - Optativus, *est Græcorũ.*
  - Subjunctivus, *per quem alij orationi alia subjungitur interventu conjunctionis, vel adverbij: ut, veniam si Deo placuerit.*
  - Infinitivus, *per quem aliquid significatur sine persona & numero: ut, scribere: Idque vel*
    - cum tempore: *ut,*
      - *amare.*
      - *amavisse.*
      - *amaturũ esse.*
    - sine tempore, *ut sunt*
      - Gerundia in
        - Di.
        - do.
        - dum.
      - Supina in
        - *um.*
        - *u.*
- Tempus. *H.*
- Conjugatio *vide R.*

Derivatio.

Digitized by Google

G. Derivatio, *atione cujus verbum est vel*

- Inchoativũ, *quod in* ſco, *vel* ſcor *tertiæ cõjugationis desinẽs, incheatæ rei cõtinuationem exprimit: ut, albeſco, gliſco, adipiſcor, defetiſcor, iraſcor, putreſco, fraceſco &c.*
- Deſiderativum, *quod in* ſo *tertia conjugationis deſinens, deſiderium actionis perficiendæ ſignificat: ut, capeſſo, laceſſo, faceſſo, viſo. &c.*
- Frequentativum, *quod in* co, to, tor, ſo, ſſo, xo, xor, *primæ conjugationis deſinens, frequentem ſeu crebram actionem ſignificat: ut, vellico, viſito, quiritor, reſponſo, quaſſo, nexo, amplexor.*
- Meditativum, *quod in* rio *quarta conjugationis deſinens, cupiditatem et affectum actionis tentandæ ſignificat: ut, eſurio, lecturio, nupturio, parturio, cœnaturio.*
- Diminutivum, *quod in* lo *primæ conjugationis deſinens, diminutionem ſui primitivi ſignificat: ut, ſorbillo, cantillo, vacillo, actillo.*
- Imitativũ, *quod in* ſſo, ſſor, *&* cor, nor *primæ conjugationis deſinẽns, imitationem ſignificat: ut, Patriſſo, Atticiſſo, Græciſſor, pitiſſo, Bacchor, Philoſophor põetor, dominor, vulpinor, cæculto, ideſt, imitor Cæcos, Feſtus.*

H. Tempus, *quod eſt vel*

- Præſens, *quo ſignificatur præſens actio vel paſsio: ut, amo, ama, amem, amare. &c.*
- Præteritum, *quod eſt vel*
  - Imperfectum, *per quod ſignificatur actio vel paſsio cœpta, ſed nondum abſoluta: ut, amabã.*
  - Perfectum, *per quod ſignificatur actio vel paſsio nuper abſoluta: ut, amavi. &c.*
  - Plusquamperfectum, *per quod ſignificatur actio vel paſsio jam pridem abſoluta: ut, amaveram. &c.*
- Futurum, *per quod ſignificatur futura actio vel paſsio. ut, amabo, amato. &c.*

Horum Temporũ in omnibus modis formationem tradũt libelli Elemẽtarij, claſsibus inferioribus deſtinati: autorum præſertim & lexicorum Uſus.

K. Conjugatio, *eſt vel*

- Prima, *quæ in præſenti tempore modi infinitivi deſinit in* are, *vel* ari, *cum a longo ante* re *vel* ri: *ut, amâre, amari.*
- Secunda, *quæ in præſenti tempore modi infinitivi deſinit in* ere *vel* eri, *cum* e *longo ante* re *vel* ri: *ut, docẽre, doceri.*
- Tertia, *quæ in præſenti tempore modi infinitivi deſinit in* ere, *cum* e *brevi ante* re: *ut, legere; vel in* i *ſine* er *præcedenti: ut, legi.*
- Quarta, *quæ in præſenti tempore modi infinitivi deſinit in* ire, *vel* iri *cum longo* i *ante* re *vel* ri: *ut, audire, audiri.*

Digitized by Google

L.

nvariabilis, *quæ per umeros, personas, et rminationes nō po- st variari: sed immu- abilis manet. Ea au- em vel*

1. *Verbis alijsq; vocibus adjungitur, ad aliquam circumstantiam illarum significandam: et dicitur* Adverbium: *vide* M.

2. *Multiplicis orationis partes in certas sententias aptè conjungit: et dici- tur* Coniunctio, *vide* N.

3. *Alijs vocibus præponitur: & dicitur* Præpositio, *vide* O.

4. *Sermoni interjicitur, ad significandum animi affectum, vel gestum: et dicitur* Interjectio, *vide* P.


Circum-

Digitized by Google

M. Circumstantia, *quam significat Adverbium, est vel*

- Loci: *ut, Ubi, hic, istic, illic. &c.*
- Temporis: *ut, jam, nunc, nuper, post, modo. &c.*
- Accelerandi: *ut, statim, protinus. &c.*
- Numerandi: *ut, semel, bis, ter. &c.*
- Negandi: *ut, non, haud, nequaquam. &c.*
- Affirmandi: *ut, etiam, ne, quidni. &c.*
- Demonstrandi: *ut, En, ecce, eccum. &c.*
- Optandi: *ut, Utinam, ô si. &c.*
- Hortandi: *ut, Eia, age, agite, amâbo. &c.*
- Ordinis: *ut, deinceps, deinde, postea. &c.*
- Interrogandi: *ut, Cur, quare, quamobrem, quid ita? nonne, utrum, annon, num, nunquid. &c.*
- Similitudinis: *Quasi, uti, sicut, ut, perinde, tanquam, sic, ita, ceu. &c.*
- Qualitatis: *ut, quomodo, doctè, pulchrè, eleganter, fortiter, benè malè. &c.*
- Quantitatis: *ut, multùm, parùm, parumper, valdè, nimis, satis, affatim, abundè. &c.*
- Dubitandi: *ut, fortasse, fortassis, fortè, forsitan, forsan. &c.*
- Personalis: *ut, mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum. &c.*
- Vocandi: *ut, Heus, ô &c.*
- Respondendi: *ut, Hem, hei. &c.*
- Separandi: *ut, seorsum, separatim, nominatim, privatim, modò, duntaxat, bifariam, trifariam. &c.*
- Iurandi: *ut, Hercle, pol, ædepol, ecastor. &c.*
- Eligendi: *ut, potius, imò, præsertim, præcipue, potissimùm, inprimis, cumprimis, magis, maximè. &c.*
- Congregandi: *ut, simul, unà, pariter, universè, summatim, conjunctim. &c.*
- Concedendi: *ut, Esto, sit, sanè. &c.*
- Prohibendi: *ut, ne, nequaquam. &c.*
- Eventus: *ut, forte fortuna, fortuitò. &c.*
- Comparandi: *ut, magis, minus, doctius, rarius, tàm, quàm, optime, pessime. &c.*

Digitized by Google



N. Est autem Conjunctio vel

- Enunciativa, eaque vel
  - Congregativa, hæcque vel
    - Copulativa: ut, Et, etiam, que, quoque, nec, neque, item, tàm, tum: Cùm, tum, insuper, prætereà, adhæc, deinde, quin, quinetiam.
    - Conditionalis: ut, Si, sin, ni, nisi.
  - Segregativa, eaque vel
    - Discretiva: ut, quidem, sed, verò, verùm, autem, etsi, tametsi, quanquam, quamvis, licèt, tamen.
    - Disjunctiva: ut, ve, vel, aut, sive, seu, utrum, num, an, anne &c.
- Ratiocinativa, quæ est vel
  - Causalis: ut, Nam, namque, enim, etenim, enimverò, quia, quoniam, quòd, quandoquidem, ut, quò, ne, quin.
  - Conclusiva: ut, Ergo, ita, itaque, igitur, ideo, quare, quamobrem, quapropter, quocircà, propterea, proinde.

Est verò

Digitized by Google

O.
Est verò Præpositio *vel*

Separabilis *ab aliis vocibus, quales sunt*

Ad	*Ob*	*Abs*
apud	*penes*	*absque*
ante	*per*	*cum*
adversum	*pone*	*coram*
adversus	*prope*	*clam*
cis	*post*	*de*
citra	*propter*	*E*
circum	*præter*	*ex*
circiter	*secus*	*pro*
circa	*secundum*	*præ*
contra	*supra*	*sine*
extra	*trans*	*tenus.*
erga	*ultra*	*In*
infra	*usque*	*sub*
inter	*versus.*	*super*
intra	*A*	*subter*
juxta	*ab*	*procul.*

Inseparabilis *ab aliis vocibus; ut sunt*

Di
dis
re
se
am
con.


P. Interjectionis *modi* *Sunt vel*

- Gaudentis: *ut, Evax, io, oh, ô, evohe, evöe.*
- Dolentis: *ut, Au, ah, heu, eheu, hei, proh.*
- Admirantis: *ut, papa, vah.*
- Indignantis: *ut, Hem, ehem, hau, malùm, vah.*
- Metuentis: *ut, at, atat.*
- Fastidientis: *ut, Apage, ohe, phy.*
- Silere iubentis: *ut, St, bat, pax, psi.*
- Comminantis: *ut, Va, veh, hem.*
- Ridentis: *ut, ha, ha, he.*
- Exclamantis: *ut, O, proh.*
- Lacrimantis: *ut, hei, hoi, oh, ah.*
- *Qui ab alijs afferuntur modi, ferè ad adverbium rediguntur.*

Hactenus de primâ parte Grammaticæ, Etymologia nimirum: Sequitur de Syntaxi.

Syntaxis

Digitized by Google



Q.

Syntaxis *est, quæ vocũ singularum constructionẽ seu compositionẽ, faciendæ orationis ergò docet. Est ea vel*

- Regularis *quæ est vel*
  - Convenientia *vocum, earumq; vel*
    - Variabilium *cum variabilibus, nempe in numero, genere, persona & casu*
      - Nominis *vel*
        - Substantivi cum substantivo *sine conjunctione: quæ conveniunt vel numero, genere, persona, & casu: ut,* Regina pecunia, bellator equus, magister virtutu philosophus: *vel numero, persona et casu solùm: ut,* Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
        - Adjectivi cum substantivo: *quæ conveniunt numero, genere, persona & casu: ut, charus pater.*
        - Adjectivi cum adjectivo, *substantivi vicario: quæ conveniunt numero, genere, persona, & casu: ut,* Optima prima.
      - Pronominis *vel*
        - Adjectivi cum substantivo: *quæ conveniunt, numero, genere, persona & casu: ut, meum caput.*
        - Interrogativi *cum nomine vel pronomine redditivo: quæ conveniũt vel numero, genere, persona & casu: ut,* Cui dedisti? Patri. Quis me insequitur? Ego. Cujus est codex? Meus. Cuja litera? tua. Cujum pecus? Meum: *vel genere, numero & persona, non autem casu: ut, Cujus sunt ædes? Meæ.*
        - Relativi *cum antecedente nomine, quod refert: quæ conveniũt numero, genere, persona, & casu, sed non semper casu: nam is sequenti verbo respondet: ut, literæ, quæ datæ sunt. Literæ, quas accepi.*
      - Participij *vel*
        - Activi *cum substantivo: quæ conveniunt numero, genere, persona, & casu: ut, nostri observans homo.*
        - Passivi *cum duorum substantivorum priore: quæ conveniunt numero, genere, persona, & casu: ut, herba dicta est Helenium. Tullia nata fuerat homo.*
      - Verbi *cum*
        - Nominativo: *quæ conveniunt numero, & persona: tu legis, ille dormit.*
        - Vocativo: *quæ conveniunt numero & persona secunda; ut, Claudi salve.*
    - Invariabiliũ *in alijs sc: accidentibus vocũ invariabilium, cum variabilibus vel invariabilibus vide.* R.
  - Rectio, *vide. S.*
- Figurata, *vide. S.*

R.
Invariabilium *cum variabilibus & invariabilibus, Et vel*

Adverbij *vel*

Generalis
1. Cum nomine: *ut, bene longus. adprimè utile, longè princeps civitatis, nihil suprà.*
2. Cum verbo: *ut, eleganter loquitur, disputat.*
3. Cum participio: *ut, rectè paratus.*
4. Cum adverbio: *ut, bene mane. Sat citò si sat bene.*

Specialis
1. *Eò, quò, hoc, conveniunt cum* comparativo: *ut, eò majus. Quò quisque major. Hòc melius.*
2. *Quàm,* comparativo & superlativo: *ut, Nihil est ex omnibus rebus hūanis praclarius aut praestātius, quàm de Republica benè mereri: Quàm maximis potui itineribus ad Amanum veni.*
3. *Tàm: ut,* superlativo: *ut, Tàm maximæ res, Ut maximæ. &c.*
4. *Longè, multò, tantò, & quantò,* comparativis & superlativis: *ut, longè melior, longè optimus, multo jucundior, multò jucundissimus.*
5. *Adverbia numerum significantia conveniunt nominibus* numeralibus *distributivis, & cardinalibus: ut, bis dena. Octies septēi solis anfractus. Tercentū nivëi tondent dumeta juvenci.*

Conjunctionis *vel*

Generalis, *dum voces alias vel*
semper antecedit: *ut, Et &c.*
semper sequitur: *ut, Que &c.*
Antecedit & sequitur: *ut, etiam. &c.*

Specialis
1. *Quò, ne, ut,* conjunctivi modi verbis: *ut, Adsum, quò scias. Venio, ne stomacheris. Dico, ut faxis.*
2. *Quòd,* indicativi & subjunctivi modi verbis *conveniunt.*
3. *Conjunctiones discretivæ, etsi, tametsi, licet, quanquam, quamvis,* Indicativum & subjunctivum *recipiunt.*

Rectio

S. Rectio est quando vox vocem diversa vel casu, vel alius accidentu cujusdam flexione seu terminatione regit. Est autem vocum vel

Variabilium & vel — Nominis cumque vel — Substantivi quod vel

1 Regit genitivum, quo in dicatur cujus aliquid sit: ut, sententia Ciceronis, vita justorum, filius ejus.
2 Regit gerundium in di, cùm significat facultatem: ut, Licentia ludendi.
3 Regit duos genitivos vel duos ablativos laudis aut vituperij, quorum alter est adjectivum alter substantivum: ut, hospes nulli joci, virgo sparso ore. Asinus longis auribus.
4 Opus, regit ablativum ut: autoritate tua nobis opus est, & consilio, & gratiâ.

Adjectivi quod vel

1 Regit genitivum, cùm est partitivum: ut, Nemo hominum: alter horum. Quis omnium? Talia sunt, nemo, nullus, quidam, quisquam, quicquam aliquis, alter, multum, plus, nihil, hoc, id, uter, neuter, quis, quæ, quod vel quid)
2 cùm significat studium regit vel: genitivum: ut, studiosus laudis, nescius fati, securus damni, integer vitæ. Infinitivum: ut, paratus omnia perpeti. Gerundium in di: ut peritus desinendi. Supinum in u: ut facile intellectu, natu maximus.
3. Regit genitivum, cùm est verbale: ut, Tempus edax rerum. Tenax propositi.
4 Regit genitivum, cùm est Participiale: ut, amans, observans nostri, profusus sui.
5. Regit genitivum, cùm est vel nomen vel pronomen loco nominis substantivi in genere neutro positum: ut, dimidium facti, qui bene capit habet, multum tibi, quid morbi?
6. Regit dativum, cùm significat commoditatem vel contrarium: ut, commodum mihi, incommodum tibi.
7. Regit ablativum, cùm est gradus comparativi: ut, argentum vilius est auro.
8 Regit genitivum pluralem, cùm est gradus superlativi: ut, Eloquentium juris peritissimus.
9. Regit accusativum & ablativum, cùm significat mensuram: longus septem pedes & pedibus.
10 Dignus & indignus regunt ablativum: ut, dignum laude virum Musa vetat mori.
11 Regit Genitivum vel ablativum, cùm significat copiam & inopiam: ut, plenus bonorum & bonis.
12. Genitivum & dativum, cùm significat affinitatem aut contrarium: ut, affinis suspicionis & suspicioni.
13. Participia casum verbi sui regunt: ut, accusandus desidiæ.
14. Quædam participia passiva regunt accusativum: ut pertæsus ignaviam, exosus nuptias.

Verbi, vide. I.

Invariabilium, vide. X.

 Verbi,

Digitized by Google

I. Verbi, *quod regit vel* Casus Nam

1. Activum *regit accusativum: ut, scribo Epistolam.*
2. Passivum *regit ablativum, vel sine præpositione: ut, fortes creantur fortibus: vel cum præpositione: ut, à frigore ustus.*
3. Neutrum, *vel nullum exse casum regit: ut, sedeo: vel activi imitatione casum ejus mutuatur: ut, vivere Bacchanalia, olere hircum: vel ablativum passivi cum præpositione: ut, vapulo à te, caleo à fornace.*
4. Deponens, *vel nullum exse casum habet: ut, loquor: vel activi imitatione accusativum asciscit: ut, sequor consuetudinem.*
5. Utor, fruor, fungor, potior, vescor, *ablativum regunt.*
6. Quodlibet verbum *regit Dativum personæ vel rei, cui aliquid* tribui *vel* adimi *indicatur: ut, cede majori, parce minori, habere odio, despectui, ludibrio. Posthabere, antehabere, antestare alicui.*
7. Verba rogandi *duos accusativos regunt, alterum personæ, alterum rei: ut, oro te illud. Talia sunt: Doceo, erudio, moneo, celo, consulo, interrogo, rogo, obsecro, posco, postulo, flagito, exigo, voco, nomino, dico, appello, nuncupo. &c.*
8. Verbum copiæ *regit ablativum: ut, saturare se sanguine. Abundare exemplis, doctrina.*
9. Verba precij & æstimationis *Genitivum & ablativum regunt: ut, quanti facis? magni. Quanto emisti? magno. Quibus precijs veneunt porci? Merces licent præsenti pecunia:* die wahren sind umb bar gelt feil. *Liceri & licitari aureo:* Ein goldgulden drauff bietten. *Licere* venditoris; *liceri & licitari* emptoris *est.*
10. Verba curæ *& perturbationis genitivum & ablativum regunt: ut discrucior animi, & animo: pendeo animi, & animo.*
11. Verbum judiciale *regit genitivum, vel accusativum: ut, arcessere capitis, postulare repetundarum, liberare crimine, absolvere criminis.*
12. Verbum memoriæ *regit genitivum & accusativum: memini hujus rei, & hanc rem: obliviscor, reminiscor, recordor hujus rei & hanc rem.*
13. Verbum substantivum, *aut eius vicarium, regit post se nominativum: ut, Tullius est Romanus, vivimus beati, simus miseri.*
14. Verbum substantivum *regit post se, vel genitivum significantem* possessorem: *ut, erit humanitatis vestræ: vel pro genitivis, mei, tui, sui, nostrum, nostri, vestrum, vestri nominativum possessivorum: ut, meum, tuum, suum, nostrum, vestrum: ut, Non est meum contra aliquem dicere.*
15. Verbum substantivum, *cum significat idem, quod* habere, *regit Dativum: ut, est mihi pater, id est, habeo patrem.*
16. Verbum substantivum, *cùm significat idem quod* afferre *duplicem* Dativum *regit, unum personæ alterum rei: ut, erit tibi laudi, cordi, curæ, voluptati.*

Verbum *aliud, vide V*

T. Verbi, *quod regit vel*

Casus *Nam*

17. *μονοπρόσωπα*, refert & interest, *commoditatem vel officium significantia, regunt genitivum: ut, Refert illorum, interest reipublicæ.*
18. *μονοπρόσωπα*, refert & interest *pro genitivis mei, tui, sui, nostrum, nostri, vestrum, vestri, regunt ablativos possessivos, meâ, tuâ, suâ, nostrâ, vestrâ: ut, refert interest meâ, tuâ, suâ: &c.*
19. *μονοπρόσωπα*, refert & interest *regunt etiam genitivos illos precii & æstimationis, tanti, quanti, magni, parvi. In reliquis sæpius habent, multum, plus, plurimum, magis minus, parum, paululum, pauxillum, nihil, aliquid.*
20. Quinque hæc: *Miseret, miserescit, miseretur, tædet, piget, poenitet, pudet, regunt accusativum personæ & genitivum rei: ut, Omnes nostrimet nos poenitet, Pudet me stultitiæ.*
21. Verbum infinitivum *ὁλοπρόσωπον*, *regit ante se accusativum, post se casum sui verbi finiti: ut,* Rumor *est te amare Phronesium.*
22. Gerundia *activè significantia regunt etiam accusativum rei: ut, resecandum est ulcera, & curandum.*

V. Verbum *aliud*

1. Deliberativum *verbum aut simile, regit aliud verbum modi infinitivi: ut, oblivisci vigilare.*
2. Verbum motus ad locum *regit supinum in* um: *ut, Eo cubitum, venio postulatum.*
3. Verbum motus è loco *regit supinum in* u: *ut, Redeo obsonatu, surgo cubitu.*

Digitized by Google

X.
Inuariabilium & vel

Adverbiorum
1. Deriuativa *primitivorum casus retinent: ut, nihilo minus, omnium elegantissimè, convenienter naturæ.*
2. Adverbium loci *genitivum regit: ut, ubi terrarum: longè gentium abest.*
3. Adverbia temporis *pridie & postridie vel* *regunt* *genitivum: ut, pridie, postridie ejus diei.* / *Accusativum: ut, pridie non.as.* / *Antecedunt verbum mediante quàm: ut, pridie quàm excessit è vita.*
4. Adverbia quantitatis *regunt genitivum: ut, paululùm agelli. Satis verborum. Multùm loquentiæ, parum sapientiæ.*
5. En & ecce, *Nominativum & accusativum regunt.*

Præpositionum
1. Duodecim hæ *regunt ablativum: A, ab, abs, absque, cum, coram, clam, è, ex, præ, pro, sine.*
2. Tenus *vel ablativum singularem: ut, verbotenus: vel genitivum pluralem regit: ut, crurum tenus à mento palearia pendent.*
3. Sex hæ *ablativum regunt & accusativum: ut, in, sub, subter, super, procul, clam: ut, procul dubio, non procul Neapolim, clam patre, clam vos.*
4. Cæteræ omnes *accusativum regunt, suntque triginta una. Vide in Etymologia.*

Interjectionū
1. O, *regit Nominativum, Accusativum, & Vocativum.*
2. Hei, *vel sine casu est, vel dativum, & vocativum regit.*
3. Heu, *regit Dativum, Accusativum, & vocativum.*
4. Heus, *Vocativum regit.*
5. Væ, *Dativo jungitur.*
6. proh, *Accusativum habet & Vocativum.*

Tantum de Syntaxi regulari: sequitur de Figurata.

Digitized by Google

Y.

Syntaxis figurata est, quæ à normis constructionis communis vocum declinat. Estque vel

- Generalis *totius syntaxeos, eaque vel*
  - Ellipsis, *cùm ad perfectã constructionẽ deest vel*
    1. Nomen : *ut, abest bidui sc : itinere. Pro virili mea, sc : parte. Tonat sc : cælum.*
    2. Pronomen : *ut, memini audire, sc : me.*
    3. Verbum : *ut, Quid tu hic? subintellige, facis.*
    4. Participium : *ut, reus maiestatis sc : læsæ.*
    5. Adverbium : *ut, pridie quàm discessi, id est postquam discessi; hic deest, post.*
    6. Præpositio *in nomine vel*
       1. Causæ, *quod ponitur in* ablativo : *ut, gladio ferire : clarus doctrinâ.*
       2. Temporis : *cujus spatium per quàm diu intellectum in* Accusativo *ponitur : ut, ab hinc annos prope viginti.*
       3. Temporis, *cujus terminus per quando intellectus in* Ablativo *ponitur : ut, hora nona convenimus : illo dormiente, nobis invitis.*
       4. Oppidi *significantis motum* ad locum, *quod in* Accusativo *ponitur : ut, Basiléam eo.*
       5. Oppidi *significantis motum* per locum *vel* è loco *in* Ablativo *ponitur : ut, iter Tiguro, Basileâ, Genevâ facere. Quà venis? hac inquam.*
       6. Oppidi *singularis numeri, declinationis primæ & secundæ, significantis quietem* in loco : *quod ponitur in* genitivo *: ut, sum, vivo Viennæ, Lugduni.*
       7. Oppidi *singularis numeri, declinationis tertiæ, significantis quietem* in loco : *quod in* Dativo *vel* Ablativo *ponitur : ut, sum carthagini, Lacedæmoni,*
       8. Oppidi *pluralis numeri, cujusvis declinationis significantis quietem* in loco, *in* Ablativo *ponitur : ut, Sum Minturnis, Bruxellis, Parisijs.*
       9. Locorum *aliorum : quod ponitur in* Ablativo : *ut, Terra marique.*
       10. Domus, ruris, humus, militiæ : *quæ oppidorum syntaxin sequuntur : ut, Sum Domi : eo domum, venio domo, sum ruri, eo rus, venio rure, jaceo humi, humo surgere. Domi militiæque virtus conspecta.*
  - Pleonasmus *est is, cùm vox aliqua in oratione redundat : ut, sic ore locuta est, redundat ore. Terra Græcia, redundat terra. parvus homuncio, redundat parvus. Adsum coram, redundat coram. Et decus & formam regina pecunia donat, redundat, &.*
  - Enallage *vide Z.*
- Specialis, *vide, Aa.*

Z.

Enallage *est permutatio vel*

Ordinis vocum, *cùm scilicet mutatus est ordo vocum, quem ratio syntaxeos præscribit: ut, Italiam contra, pro contra Italiam Quorum è numero, pro quorum numero. His accensa super, pro superbis accensa.*

Vocis pro voce, *cùm vel*

Partes orationis inter se permutantur: *ut, aliud cras, pro alius dies crastinus, scire tuum, pro scientia tua. Apparere præstat, pro apparitio præstat; postremum vale, pro postrema valedictio.*

Accidentia partium orationis permutantur: *ut, sanguis meus, pro mi sanguis.*

Digitized by Google

Aa.
Specialis *est, quæ speciatim ab aliqua norma vel cõvenientiæ vel rectionis discedit. Estque vel*

1. Synthesis, *qua nomini singulari collectivo jungit vel adjectivum vel verbũ plurale : ut, Pars hominum vulnerati. Avium captæ. Pars epulis onerant mensas.*

2. Zeugma, *cùm duobus aut pluribus substantivis, quamvis diversi numeri, jungitur adjectivum, vel verbum quod cum priore aut propiore convenit: ut, Caper tibi salvus & hœdi: & genus & virtus nisi cum re vilior alga est. Sunt nobis mitia poma, castaneæ molles, & pressi copia lactis.*

3. Syllepsis *duos modos habet*

   1. *Cum duobus pluribusve substantivis jungitur vel adjectivum vel verbum plurale quod cum digniore convenit numero, vel genere vel personâ (Est autem dignior numerus pluralis singulari: masculinum genus fœminino, persona prima, secundâ, secunda tertiâ): ut, Dum fata Deusque sinebant. Pater & mater sunt mortui. Ego & Balbus sustulimus manus. Si tu & Tullia, lux nostra, valetis,*

   2. *Est, cùm duobus, pluribus ve substantivis, cujuscunq; sint generis & numeri, jungitur adjectivum plurale neutrum: ut, divitiæ, decus & gloria in occulis sita sunt: Regna, imperia, nobilitates, honores, divitiæ in casu sita sunt. &c.*

4. Prolepsis *est, cùm quod commune est duobus vel pluribus, præcedit; & idem mox distinguitur per partes, verbo non resumpto: ut, Aquilæ volant, hæc aboriente: illa ab occidente. &c.*

5. Helenismus *vel Græcismus est, cùm Latinæ voces constructionem sequuntur Græcanicam: ut, dulce satis humor. Os humerosque Deo similis. Doleo caput. Mirari laborum. Disinere irarum. Visam si est domi. Regnare populorum, lætari laborum. Dedit gestare. Dignus amari. &c.*

Coronis *de observatione eorum quæ in Grammatica, cùm compositione, tùm resolutione, ob oculos pueris versari debent. Quaratur*

1. Vocativus, *si quis adest.*
2. Nominativus *vel*
   - Expressus: *ut, Ego Petrus. &c.*
   - Implicitus, *seu Ellipticus: ut, puto, id est, ego puto.*
3. Pars orationis loco nominativi posita: *ut, amare, pro amor. &c.*
4. Verbum finitum: *ut, Volo, loquor. &c.*
5. Verbum infinitum, *si adest: ut, Volo facere. &c.*
6. Casus verbo debitus: *ut, scribo literas. Rumor est te designasse scelus. &c.*
7. Cæteræ parets orationis, *quæ dictis vel ante vel post, vel interponuntur. &c.*


Finis Grammaticæ Latinæ.

Syllabarum

Digitized by Google

DE QVANTITATE SYLLABARVM

SEV EARVM TEMPORIBVS.



Digitized by Google

A. Naturâ longa *est syllaba, vel*

- Ultima; *cujus generis sunt*
  1. Monosyllabæ *desinentes in quamvis vocalem, & in consonantem* c, r, n, & s: *ut, lac, ver, ren, ros. &c.*
  2. Desinentes *in* i & u: *ut, vidi, cornu, fructu.*
  3. Ablativi *in* a & e *primæ & quintæ declinationis: ut, mensâ, spe, fide, epitome.*
  4. Præpositiones in a, & *Adverbia in* e & o *orta à nominibus: ut, juxta, doctè, commodatò.*
  5. Dativi & Ablativi in o *secundæ declinationis.*
  6. In as & os: *ut, bonitas doctos.*
  7. In es *tertiæ declinationis non crescentes genitivis: ut, nubes. &c.*
  8. In es *quintæ declinationis: ut, species, res.*
  9. Verba in es: *ut, doces, leges, ames, audies.*
  10. *Aries, paries, abies, hæres, merces.*
  11. Græca: *ut, lebes, tapes.*
  12. Dativi & ablativi in is *secundæ declinationis.*
  13. Quartæ conjugationis in is: *ut, audis, scis.*
  14. Nomina in us *tertiæ declinationis, quæ* u *in obliquis retinent: ut, salus salutis.*
- Penultima
  1. Diphthongus: *ut, ætas, diæta.*
  2. Infinitivus *primæ, secundæ & quartæ conjugationis.*
  3. Derivativa quædam *brevium primitivorum: ut, lego, lex legis.*
  4. Adjectiva in Icus, alis, ilis, anus, enus, imus, inus, aris, orus, osus, atus, itus, utus & ivus: *ut, posticus, animalis, juvenilis, primanus, Damascenus, opimus, clandestinus, caballinus apud Persium, scholaris, honorus, formosus, laureatus, auditus, cornutus, factivus.*
  5. Desinentia in do, go, al, ela, ile, imen *orta à verbis quartæ conjugationis* & umen: *ut, testudo, vertigo, vectigal, querela, servile, farcimen, lenimen, volumen.*
  6. In trimus: *ut, patrimus.*
  7. In igo verba: *ut, fatigo, instigo, castigo.*
  8. Præterita dissyllaba: *ut, veni, vidi, vici, sedi.*
  9. Dativi & ablativi *quintæ declinationis: ut, diebus, rebus speciebus.*
- Antepenultima
  1. In voce *supposititius, Martialis.*
  2. Verba in utio: *ut, cæcutio.*
  3. Quædam in urio: *ut, prurio, scaturio.*
  4. Tegula *à tego*, regina *à rego.*

B. Natura *brevis syllaba est vel*

- Ultima
  1. In a & e *quædam: ut, arena, cubile.*
  2. Præter *que, ne Enclitica, Nec, donec, an, in, vir, cor, pes, es & is pronomen.*
  3. *Bene, malè, modò, ritè.*
  4. Desinentia *in* b, d, l, *monosyllaba,* m, n, r: *ut, ab, ob, ad, mel, fel, circum, flumen agger.*
  5. Arbos & labos, *pro arbor & labor.*
  6. In es, is, us.
- Penultima
  1. Peregrina *in* icus: *ut, Getulicus, comicus.*
  2. *Lubricus, rusticus, vitricus, urbicus.*
  3. *In* ilis *verbalia: ut, flexilis.*
  4. Compositione: *ut, compater à pater.*
  5. *In* al *quædam: ut, puteal, animal.*
  6. *In* timus: *ut, legitimus.*
  7. *Dedi datus, fleti flatus, scindo scidi, citus, litus, satus, ratus, rutus, catus, agnitus.*
  8. *In* inus, *materiam non formam significans: ut, Prasinus, faginus, christallinus.*
- Antepenultima
  1. Nomina *in* itius: *ut, fictitius, triticeus.*
  2. Verba *quædam in* urio: *ut, esurio.*
  3. Verba *tertiæ conjugationis, quæ primam syllabam in præterito, repetunt: ut, pepuli, tutudi, à pello, tundo.*

D Considere-

C. Cõsidere-*turautem*

- 1. Pes, *qui est vel*
  - 1. Dactylus, *qui constat prima longa, posterioribus duabus brevibus: ut, dicere.*
  - Spondæus, *qui constat duabus longis: ut, dixi.*
- 2. Versus, *qui est vel*
  - Hexameter, *qui constat quatuor primis pedibus vel dactylis vel spondæis: quinto solo dactylo: sexto autem vel solo spondæo; vel solo trochæo: ut, Vir bonus et prudens. audebit dicere pentheu.*
  - Pentameter, *qui constat primo et secundo vel spondæo vel Dactylo; tertio et quarto dactylus, & duabus syllabis in medio & fine intercisis, quæ quintum pedem faciunt: ut, est virtus placitis abstinuisse bonis.*

D. Elisio, *quæ est vel*

- Synalæphe, *cum vocalis vocalem sequentem antecedens eliditur: ut, Mult ili' & terris jactatus et alto.*
- Ecthlipsis *cum vel vocalis vel consona, nullam vocalem antecedens eliditur: ut, Audin' quæ loqueris: pro, audis ne, quæ loqueris.*

Ratio

Digitized by Google

A Ratio variandæ orationis *consistit vel in*

- Voce; *eaq; vel*
  - Simplici; *et vel*
    - Substantivorum; *& fit vel*
      1. Per synonyma *propria vel tropicè idem significantia: ut, fortitudo, magnanimitas.*
      2. Addito subjecto *in quo res nomine substantivo significata inhæret, ut fortitudo animi, animi altitudo, celsitas, excellētia, magnitudo, robur animi.*
      3. Mutatione substantivi in adiectivum, *addito subjecto ejus rei, quæ nomine substantivo denotatur, ut fortis animus, robustus, exelsus, invictus, infractus, magnus, ingens animus.*
      4. Per periphrasin *seu definitionem seu descriptionem: ut, animus res adversas patienter & fortiter perferendi, Virtus quâ res adversæ facilè perferuntur.*
      5. Per rerum bonarum laudem *malarum verò vituperium: ut, Laus Temperantiæ, decus temperantiæ, ornamentum temperantiæ. Ebrietas: Labes ebrietatis, dedecus, infamia ebrietatis: & similia.*
    - Adjectivorum; *fitq; vel*
      1. Per synonyma *propria vel tropica: ut, falsum, vanum, mendax, absurdum, commentitium, fictum, adulterinum, fucatum, fucosum, leve, nugatorium.*
      2. Per disentanea *: ut, remotum á vero, dissentiens á vero, discrepans á vero, abhorrens á vero, alienum á vero, ad versum vero, contrarium vero, disjunctum á vero, discedens á vero, declinans á vero, deficiens á vero, quod abest á recto, pugnans cum vero, non verum.*
      3. Per additum substantivum *subjecti: ut, fortis, animosus, vir magno animo, erecto animo, vir magni animi, acris animi fortis animi, plēus animi.*
      4. Per ablativum causæ *: ut, viribus valens, viribus excellens, virium robore insignis, manu promptus, fortitudine præstans, fortis animi laude clarus, insignis, excellens, forti animo præditus.*
  - Cōjuncta, *nēpe*
    - Verborum, *Vide. B.*
    - Adverbiorum, *Vide. C.*
    - Adjectivi / Substantivi — *Simul, Vide. D.*
- Sētētia; *eaq; vel*
  - Brevi, *fitq; vel*
    - per plures *casus*: Nominativum. Genitivum. Dativum. Accusativum. Vocativum. Ablativum. — *Vide. E.*
    - Tropos: Metonymiam. Ironiam. Metaphoram. Synechdochē. — *Exempla usus dat.*
    - Schemata *Vide. F.*
    - Per eundem casum, *mutatis phrasibus, mixtisque figuris.* (*Vide. H.*
  - Longiore; *ut in*
    - Enthymematibus.
    - Syllogismis, *Vide. H.*

B. Verborum: *horum variatio fit vel*

1. Per synonyma *propria vel tropica: ut. amare, diligere, deperire, favere, amplecti, studere: vindicare, ulcisci: mandare, dare in mandatis, dare mandata, jubere, præcipere, injungere, poscere ab aliquo, requirere, postulare, exigere, velle, imperare.*
2. Per mutationem *verbi in nomen substantivum, ab eodem verbo flexum & derivatũ, & conjugatũ cum eo, vel Synonymum, quod substantivum ab alio verbo regatur; ut, amore inflammari, amore capi, amorem erga aliquem habere, amore ardere, amore flagrare: vindictam capere, sumere, persequi, Ultionem capere, sumere, persequi.*
3. Permutationem *verbi in nomen adjectivum conjugatum cum eo, vel Synonymum, quod regatur ab alio verbo: ut, charum habere, intimum habere.*
4. Per præpositiones *adhibitas, quarum beneficio phrases pulcherrimæ & elegantissimæ confici possunt: hæc res mihi in amore est, in deliciis: amorem erga aliquem habere.*
5. Permutationem *verbi in verbum substantivum, quod post se regat nominativum adjectivi, vel potius definitione & periphrasi verbi: ut, amare, esse bene animatum erga aliquem, optimam erga aliquem alicujus esse voluntatem. secundam in aliquem esse voluntatem alicujus, benè alicui velle, alicujus causa bene velle. Volo; non abhorret mea voluntas.*

C. Adverbiorum: *horum variatio fit vel*

1. Per Synonyma: *ut, velut, veluti.*
2. Per nomina: *ut, verbi gratiâ, verbi causâ, exempli loco, exempli gratiâ, exempli causâ.*
3. Adverbia *nominibus adjectivis convenientia, mutantur in adjectiva, à quibus orta sunt, vel Synonyma: at adjectiva, quibus antea conveniebant, mutantur in substantiva: ut, perpetuò vera: sic mutatur: ut, perpetuæ veritatis. Hæc sententia non semper vera est: non est perpetuæ veritatis.*

Digitized by Google

D. Adjectivi & substantivi simul: horum, variatio fit

1 Mutatione Syntaxeos *convenientiæ in syntaxin rectionis substantivi adjuncti, quod regat genitivum subjecti: ut, Elegans distinctio, elegantia distinctionis: Magnus animus, magnitudo animi; fortis animus, fortitudo animi; fidus amicus, fides amici, vel amicitiæ Fidum me esse amicum cognosces, fidem amicitæ meæ cognosces, fidem erga te meam cognosces; pulcher animus, pulchritudo animi; ferox victor, ferocia victoris; Beata vita, beatitudo vitæ; pulchra gloria, pulchritudo gloriæ; concinna oratio, concinnitas orationis; acuta ratio, acumen rationis; acutum argumentum, acumen argumenti; nervosa oratio, nervositas orationis; vera oratio, veritas orationis, falsa oratio, falsitas orationis; elegantes mores, elegantia morum; levis distinctio, distinctionis levitas, commentitiæ distinctionis levitas; opulentissima gratia Dei, abundans amor Dei, abundantia amoris. Sic Deus abundantia sui erga nos amoris donavit nobis suum unigenitum filium. Contumelia acerbitas, pro contumelia acerba.*

2 Tot modis *mutato substantivo et adjectivo, quot modis supra ostensum in variatione singularum vocum.*

E. Variatio sententiæ *per casus mutata phrasi fit vel per*

Nominativum: *ut assentatio longè frequentius Principum potentiam subvertit, quàm vis hostilis.*

Genitivum: *ut Regum opes sæpius assentationis pestis, quàm hostium vis afflixit.*

Dativum: *ut, assentationi potius, quàm hostibus ascribendum est, si regum opes diminuantur.*

Accusativum: *ut, sæpius assentationem plus detrimenti attulisse regum opibus, quàm hostes, constat.*

Vocativum: *ut O pestis aularum assentatio, quæ plus damni sæpissime Regum opibus attulisti, quàm hostium sævitia.*

Ablativum: *ut, habent Reges, quòd sibi ab adulatione, hoste domestico, plus metuant, quàm ab hoste externo.*

Digitized by Google

F.

Variatio sententiarum *per schemata ubi concurrit mutatio per casus*

1. Epizeuxis: *ut, assentatio assentatio (inquam) est, quæ sæpius Regum apices dejecit, quàm hostis.*
2. Anadiplosis: *ut, Hostis regum potentiam sæpe debellavit, debellavit sæpius assentatio.*
3. Climax: *ut, Adulatio sæpe reges capit, captos decipit, deceptos subvertit, hostis rarius.*
4. Anaphora: *ut, Adulatio inprimis regibus insidiatur, adulatio hostium potentiam superat.*
5. Epistrophe: *ut, mucro hostilis regum latera sæpe perfodit, sed adulatio sæpius perfodit.*
6. Symploce: *ut fraus inimicorum regum arces sæpe expugnat, fraus adulationis regum animos sæpius expugnat.*
7. Aliis figuris permistis: *ut, quæ res regum animos fascinat? adulatio. Quæ res aularum pestis est? adulatio. Quæ res sæpius percellit regum potentiam, quàm hostis? adulatio.*
8 Epanalepsis: *ut, evertit crebrò hostilis gladius reges: at crebrius adulatio evertit.*
9 Epanodos: *ut, Crudelisné adulatio magis, an magis hostis? crudelis est sanè hostis: at magis adulatio.*
10. Paronomasia: *ut, ubi adulatio locum in aulis invenit, facilius principes circumvenit, quàm hostis.*
11. Polyptoton: *ut, hostibus externis Reges sunt hostes: & adulatiomi, quæ hostis omnium sævissimus est, hostes non erunt?*
12. Exclamatio: *ut, ô pestis capitalis assentatio: ô furia aularum perversissima: ô labes vitæ fœdissima: ô hostium omnium crudelissima.*
13 Sub exclamatione *est etiam παῤῥησία: ut, miramini, principes, quod multis malis aulæ laborent, & Respub. sine hosti interceant: id tribuitur vestræ culpæ. ac desinite mirari: Aures enim præbetis assentatoribus, quos fugere et vitare debebatis: illi inficiunt aulas; illi evertunt Respubl. illi sunt hostes domestici, quos vosmet ipsi fovetis, tanquam in sinu.*

14 Epanor-

14. Epanorthosis: *ut, sunt reprimendi à principibus hostes rerum publicarum, imò potius comprimendi assentatores eversores principũ.*
15. Aposiopesis: *ut, contra hostem mœnia oppugnantem omnis defensio paratur: at contra assentatores: non audeo totum dicere: vereor enim ne exulcerem magis illorum animos, quos sanatos cupio.*
16. Apostrophe: *ut, arma expediuntur adversus eos, qui agros vastant: cur non, principes, expromitis severitatem justam adversus eos, qui blanditiis vos ipsos depradantur?*
17. Prosopopœja: *ut, prodeat Alphonsus aliquis, qui principes suo exemplo doceat, contra amicos magis orare, quam contra apertas hostium phalanges.*

Variatio sententiarum *per schemata ubi concurrit mutatio per casus*

18 Addubitatio: *ut, nescio an capitalior possit esse regnorum pernicies, quam est assentatio? Catapultæ quidem & machinæ bellicæ muros dejiciunt, assentatores verò animis regum expugnandis arietes admovent: quibus expugnatis maximum totis nationibus sæpe imminet exitium.*
19. Communicatio: *ut, Quæro à vobis, Principes, quid faceretis, si Turca interitum vestris minitaretur urbibus? profectò qua ratione eas defenderetis, cogitaretis: nunc igitur cur palpatoribus obviam non itis, qui citius excindunt totas regiones, quàm vos putatis.*
20 Prolepsis: *ut, si quis fortè miratur, quid sit quod tantam ruinam importent regnis palpatores, cum nullam vim externam admoveant? nempe major vis, amicitiæ prætextu incautos subvertere, quàm palàm armis oppugnare.*

Digitized by Google

G.
Deus totum hunc Mundum condidit. *Hic nomen Dei mutatur per casus*

1. Nominativum: *ut, Deus est Parens totius Mundi.*
Iehova præpotens rerum omnium creator est.
Sancta Trinitas omnium rerum causa fons et origo est.
Iehova est genitor et effector totius universitatis.
Deus est autor et effector cæli et terræ.
Autor ullius conditæ rei præter Deum est nemo.
Autor et conditor huius pulcherrimi ædificij est solus Deus.
Deus omnia pariter condidit.
Cælestis majestas nihil non creavit.
Vis divina cuncta omnino effecit.
Mundum generavit et ornavit cæleste lumen.
2. Genitivum: *ut, Dei solius opus est hic pulcherrimus mundus.*
Dei solius fuit, omnia ex nihilo excitare.
Cælestis Numinis tota universitas præclarum artificium est.
3. Dativum: *ut, Soli cælesti majestati omnium rerum effectio adscribenda est.*
Quod conditum est, quod Deo autori non tribuatur? nihil.
4. Accusativum: *ut, Deum totius universi autorem conservatoremq; esse constat.*
Unum Deum autorem effectoremq; omnes creaturæ agnoscant.
5. Vocativum: *ut, O Deus, conditor et creator universitatis &c.*
6. Ablativum: *ut, A Deo omnia facta sunt, et sine eo factum est nihil.*
Unde mundus ortus generatus et concretus est, nisi à Deo?
Estne res ulla, quæ à Iehova effecta non sit? certe nulla.
7. Similiter pluribus modis.

H.
Syllogismis. *Nimirum in eorum vel*

1. Propositionibus *quas majores vocant.*
2. Medio termino *seu argumento.*
3. Minore } *extremo Conclusionis, cum utrumq; extremum cum medio*
Majore } *termino in præmissis disponatur atque ita repetatur.*

Digitized by Google

GRAMMATICAE GRAECAE DIAGRAPHE

Grammatica est ars recte docens scribere loquique. Ejus partes principales sunt

- Etymologia *quae est explicatio naturae singularum vocum seu notarum, quibus quaeque res vocantur. Harum considerantur*
  - Communia *accidentia, quae sunt*
    - Species, *qua noscitur, an vox sit vel*
      - Primitiva, *quae sua est originis: ut,* ἐγὼ, ἕυδω.
      - Derivativa. *Vide. A.*
    - Figura, *qua noscitur, an vox sit vel*
      - Simplex & incomposita: *ut,* βραχύς.
      - Cõposita: *ut.* βραχυλόγος, διάγω.
  - Divisio. *Est enim vox omnis vel*
    - Invariabilis. *Vide. O.*
    - Variabilis per
      - Numerum *qui est vel*
        - Singularis, *qui de uno intelligitur: ut,* ἄνθρωπος, *homo.*
        - Dualis, *qui de duobus intelligitur: ut,* ἀνθρώπω, *duo homines.*
        - Pluralis, *qui de pluribus intelligitur: ut* ἄνθρωποι, *homines.*
      - Personam *quae est vel*
        - Prima, *de seipsa loquens: ut,* πέτρος οἶδα.
        - Secunda, *ad quam sermo fit: ut,* ὑμεῖς ῥωμαῖοι εἰκεῖθε.
        - Tertia, *de qua sermo est: ut,* παρέλεξε.
      - Terminationẽ q̃ fit vel per
        - Casus *qui sunt vel*
          - Rectus: *ut,* Nominativus.
          - Obliqui: *ut,*
            - Genitivus.
            - Dativus.
            - Accusativus.
            - Vocativus.
            - Ablativus.
          - *Haec variatio terminatiõis dicitur* Declinatio. *Vide (B.*
        - Modos & tempora, *& dicitur conjugatio, quam usurpat verbũ. Vide. H.*
- Syntaxis. *Vide. T.*

A Derivativa, quæ aliena est origine. Estque vel

- Nominalis eaque vel
  - Gentilis ut ῥωμαῖος.
  - Possessiva: ut, ἡράκλειος.
  - Patronymica: ut, πριαμίδης.
  - Diminutiva: ut, παιδάριον.
  - Denominativa: ut, ξύλινος.
- Pronominalis: ut ἐμός, σός, ἐός.
- Verbalis eaque à persona vel
  - Prima, præsentis indicativi, qualia sunt comparativa & superlativa: ut, [illegible] βελτίων, & βέλτατος, & βέλτιστος, à φέρω fit φέρτερος φέρτατος, & φέριστος φέρτατος.
  - Prima præteriti passiva Eaque vel
    - μα: ut, à πεπράγμαι, πρᾶγμα.
    - μη: ut, à γέγραμμαι, γραμμή.
    - μος: ut, ab ἔψαλμαι ψαλμός.
    - μος post σ vel θ. ut, ab ὤρχημαι, ὀρχησμός vel ὀρχηθμός.
    - μων. ut, à νένημαι, νήμων.
  - Secunda præteriti passiva. Eaque vel
    - ις: ut à λέλεξαι λέξις.
    - ια: ut ab ὠνόμασαι ὀνομασία.
    - ια, σ ante σαι expuncto: ut, σεσήμανσαι, σημασία.
  - Tertia persona præteriti perfecti passivi, eaque vel in
    - της: ut, πεποίηται, ποιητής.
    - τρια: ut, ποιήτρια.
    - τος: ut, νοητός.
    - τηρ: ut, à πέπαται, πατήρ.
    - τωρ: ut, σημάντωρ.
    - τηριον: ut, ψαλτήριον.
    - τρον & τρα: ut, διδακτρον, ποτίστρα.
    - έος, έα, έον: ut, γραπτέος, [illegible], έον.
  - Prima præteriti medii eaque vel in
    - η: ut, τυπή.
    - α: ut, φορά.
    - ος: ut, λόγος.
    - ας: ut νομάς.
    - ις: ut, τυπίς.
  - Prima persona aoristi secund. in: ut, [illegible], à [illegible]
- Participialis. ut. ὄρρωμένος ἐρρωμενέστερος
- Adverbialis: ut ab ἄνω ἀνώτερος κάτω κατώτερος.
- Præpositionalis; ut ab ὑπέρ, ὑπέρτερος à πρὸ, πρότερος, ab ἔνδον intus, ab εἰς εἴσω, [illegible] à πρὸ πρόσω & πόρρω procul ab ἀνὰ ἄνω, ἀντὶ, κατὰ, κάτω, [illegible], ἔξω, ab ἀμφὶ, [illegible] ἀπὸ ἄπωθεν ab ὑπὲρ ὑπέρθε.


Declinatio

- 1. Subjecta *quæ sunt*
  - Articulus. *Vide*. C.
  - Nomen. *Vide*. D.
  - Pronomen. *Vide*. F.
  - Participium. *Vide*. G.

B. Declinatio *Hujus*

- Divisio. *Est enim declinatio vel*
  - Simplex, *Eaque vel*
    - Parisyllabica, *cujus obliqui non plures habet syllabas, quam Nominativus: Estque vel*
      - Prima, *quæ nominativum terminat vel in*
        - ας: *ut*, ὁ ταμίας
        - ης: *ut*, ὁ λυσης
        - *Hujus* Dativus *semper habet Iota subscriptum in ultima vocali.* Vocativus *autem Nominativi in ης proprii finit in η, appellativi in α.*
      - Secunda *quæ nominativum terminat vel in*
        - α: *ut*, ἀλήθεια.
        - η: *ut*, γνώμη
        - Desinentia *in* θα, δα, ρα *& apurum, & circumflexum retinent α in omnibus obliquis.*
      - Tertia *in*
        - ος: *ut*, θεος
        - ο: *ut*, τοῦτο, ὁ *articulus præpositivus.*
        - ου: *ut*, καλου.
      - Quarta *in*
        - ως. *ut*, ἄγεως
        - ων: *ut*, ἄγεων
        - *In hac declinatione accentus semper est in antepenultima, licet ultima sit longa.*
    - Imparisyllabica, *cujus obliqui excedunt Nominativum numero syllabarum Talis est quinta declinatio, cujus terminationes sunt vel*
      - Vocales 4.
        - α βῆμα.
        - ι, μέλι.
        - υ, δάκρυ.
        - ω, λητω.
      - Consonæ 5.
        - ν, ἕλλην.
        - ρ, νέκταρ.
        - σ μέλας.
        - ξ κόραξ.
        - ψ ὤψ.
  - Cõ racta, *contrahens nominum in obliquis duas syllabas in unam. Eaque vel*
    - Prima, *cujus terminationes nominativæ sunt vel*
      - ης: *ut*, δυστυχης.
      - ες: *ut*, εὐγενές.
      - ος. *ut*, τεῖχος.
    - Secunda, *cujus terminationes nominativæ sunt vel*
      - ις *ut* ὄφις.
      - ι: *ut*, σίναπι.
    - Tertia, *cujus terminatio nominativa est* ευς: *ut*, βασιλευς.
    - Quarta *in*
      - ως *ut*, κως.
      - ω: *ut*, πειθώ.
    - Quinta *vel in*
      - ας *purum*: *ut* κρέας.
      - ρας: *ut*, κέρας,

Articulus



C
Articulus *est vel*
- Præpositivus: ὁ *hic*, ἡ *hæc*, τὸ *hoc*
- Subiũctivus *vel postpositivus: ut,* ὃς *qui*, ἣ *quæ*, ὃ *quod*

Hic declinatur in secunda & tertia declinatione Nominum.

D Nomen *quod est vox declinabilis rei vel personæ. Huius consideretur*

Genus *quod est vel*
- Masculinũ, *cui præponi potest* ὁ: *ut,* ὁ ἀνὴρ, *vir.*
- Fæmininum. *cui præponi potest* ἡ: *ut,* ἡ δόξα *gloria.*
- Neutrum, *cui præponi potest* τὸ: *ut,* τὸ γράμμα, *litera.*
- Commune, *cui præponi potest* ὁ καὶ ἡ *ratione sexus habita: ut,* ὁ καὶ ἡ ἔνδοξος.
- Dubium, *cui præponi potest sine respectu sexus* ὁ, ἡ *vel* τὸ, *ut:* ὁ καὶ ἡ αἰθὴρ *æther,* ὁ καὶ τὸ ἔλεος *misericordia.*
- Omne, *cui præponi potest* ὁ, ἡ, τὸ, *ut* ὁ, ἡ, τὸ μάκαρ

Generis cognitio ab usu facilius & certius petitur, quam è numerosa regularum multitudine

Divisio. *Est enim nomen vel*
- Substantivum *quod substat adiectivo: Estque vel*
  - Vnius *generis ut,* πατὴρ
  - Duorum: *ut,* βασιλεύς, βασίλισσα, ἄναξ, ἄνασσα, σύμμαχος, συμμαχίς.
  - *Vnumque est vel*
    - Proprium *quod uni rei vel personæ competit: ut,* Πέτρος *Petrus,* Γαλλόπολις, *Vrbs Galli, Sangallum.*
    - Commune, *quod multis competit: ut* ἄνθρωπος, *homo,* ποταμός *fluvius.*
- Adiectivum. *Vide.* E

Adjectivum

I. Adiectivum quod substantivo adiicitur aliquo vel

Mobile, id que vel per

Tria genera, & tres terminationes: ut
- ας, αινα, αν: ut, μέλας, μέλαινα, μέλαν.
- υς, εια, υ: ut, γλυκὺς, γλυκεῖα, γλυκύ.
- εις, εσσα, εν: ut ἠνεμόεις, ἠνεμόεσσα, ἠνεμόεν.
- ος, α, ον: ut, ἅγιος, αγία, ἅγιον.
- ους η, ουν: ut, ἁπλοῦς, ἁπλῆ, ἁπλοῦν.

Tria genera, & duas terminationes: ut,
- ης, ες: ut, ἀληθὴς. ἀληθές.
- ις, ι: ut, φιλόπατρις, φιλόπατρι.
- ως, ων: ut, ἔυγεως, ἔυγεων.
- ην, εν: ut, τέρην, τέρεν.
- ων, ον: ut, ἐυδαίμων, ἐυδαιμον.

Tria genera, & unam terminationem: ut,
- αρ: ut, μάκαρ.
- αξ: ut, ἅρπαξ.

Comparabile id que vel

Regulare, quod variatur per omnes gradus

Positivum cuius terminationes sunt
- ας: ut, μέλας.
- ης: ut, σαφὴς.
- υς: ut ἡδυς.
- εις: ut, χαρίεις.
- ος: ut, λευκος.
- ους: ut, ἁπλοῦς.
- ων: ut, ἐυδαίμων.
- αρ: ut, μάκαρ.

Comparativu. Hic fit in positivo in
- ος, litera ultima Nominativi σ mutata in τερος, τερα τερον. o retento, cum longa est penultima: mutato vero in ω, cum eadem est brevis ut λευκός, λευκότερος, ἅγιος ἁγιώτερος.
- εις addito ad masculinum positivum τερος iota ex. ἰσοχαρίεις χαριέστερος.
- υς addito ad masculinum positivum τερος: ut, ἐυρὺς ἐυρύτερος.
- ων addito ad neutrum positivum ἐστερος: ut, ἐυδαιμον ἐυδαιμονέστερος.
- ας, ης, υς, αρ: addito ad neutrū positivū ut, τερος: ut, μέλας, μελάντερος, σαφης, σαφέστερος, πολυς πολύτερος, μάκαρ, μακάρτερος.

Superlativum Vide. ✝.

Irregulare quod vel non omnes gradus habet: vel si habet, non secundum regulas explicatas: quae usu veniunt discenda &c.

- **Superlativum.** *Hic fit a positivo in*
  - ος, *mutato* σ *in* τατος: *ut* ἅγιος, ἁγιώτατος.
  - εις, *adjecto* στατος *exciso iota*: *ut*, χαρίεις, χαριέστατος.
  - ους, *adjecto* τατος: *ut*, εὔνους εὐνούστατος.
  - ων, *adjecto ad Neutrum* εστατος. *ut*, εὐδαίμων. εὐδαιμονέστατος.
  - ας, ης, υς, αρ — *Adiecto neutris* τατος *&c.*

- **Pronomē** *est vox, declinabilis nominis non repetend: vicem agens. Huius considerentur*
  - Persona, *quae est vel*
    - Prima: *ut*, ἐγὼ, *&c.*
    - Secunda: *ut*, σὺ, *&c.*
    - Tertia: *ut*, Αὐτὸς *&c.*
  - Qualitas, *quae est vel*
    - Demonstrativa. *ut*, ἐγὼ, σὺ οὗτος, ἐκεῖνος, δεῖνα.
    - Relativa: *ut*, ἀυτὸς
    - Reciproca: *ut*, οὗ, ἑὸς, ἀυτὸς, σφέτερος.
    - Possessiva: *ut*, ἐμὸς, σὸς νωίτερος *&c.*
  - Genus, *quod est vel*
    - Masculinum: *ut*, ἐμὸς.
    - Femininum: *ut* ἐμή.
    - Neutrum. *ut*, τὸ ἐμὸν.
    - Omne: *ut*, ἐγω, σύ, οὗ, δεῖνα.

Participium

G

Participium est vox declinabilis à verbo quidem tempus & significationem: a nomine verò genus, & casum accipiens. Huius consideranda occurrunt

- Tempus *quod est vel*
  - Præſens *& vel*
    - Activum: *ut*, ὁ τύπτων.
    - Paſsiviū: *ut*, ὁ τυπτόμενος.
    - Medium: *ut*, ὁ τυπτόμενος.
  - Præteritum *& vel*
    - Activum: *ut*, ὁ τετυφώς.
    - Paſsivū: *ut*, ὁ τετυμμένος.
    - Medium: *ut*, ὁ τετυπώς.
  - Aoriſtus. *primus vel*
    - Activ: *ut*, ὁ τύψας.
    - Paſsiv: *ut*, ὁ τυφθείς.
    - Medi: *ut*, ὁ τυψάμενος.
  - Aoriſtus *Secundus idque vel*
    - Activ: *ut*, ὁ τυπών.
    - Paſsiv: *ut*, ὁ τυπείς.
    - Medi: *ut*, ὁ τυπόμενος.
  - Futurum *primum, idque vel*
    - Activ: *ut*, ὁ τύψων.
    - Paſsiv: *ut*, ὁ τυφθησόμενος.
    - Medi: *ut*, ὁ τυψόμενος.
  - Futurum *ſecundum, idque vel*
    - Activ: *ut*, ὁ τυπῶν.
    - Paſsiv: *ut*, ὁ τυπησόμενος.
    - Medi: *ut*, ὁ τυπούμενος.
  - Paulo poſt futurum, *quod verbi paſsivi tantum eſt, ut*, ὁ τετυψόμενος.
- Significatio *quæ eſt vel*
  - Activa.
  - Paſsiva.
  - Neutra.
  - Media.
  - Deponens.
- Genus, *quod ut Nominis eſt.*
- Caſus, *ut* Nominis.
- Declinatio, *ut Nominis.*

H. Verbum est vox Conjugabilis significans actionem aut passionem. Hujus consideretur

- Divisio in verbum
  - Analogum, *quod plenè & perfectè secundùm normam certæ alicujus e sex Barytonis, tribus circumflexis, & quatuor in μι flectitur. Estque vel*
    - *Activum: ut,* [illegible]ω *&c.*
    - *Passivum: ut,* [illegible]τομαι *&c.*
  - Anomalum, *est quod nec plenè nec perfectè secundū normam certæ alicujus conjugationis flectitur. Estque vel*
    - Abundans, *eadem terminatione habens u*[illegible]*usque generis significationem, diciturque commune vel Medium* [illegible] *ut, βιαζομαισε, & ὑπο σϰ.*
    - Defectivum *quod deficitur vel*
      - Genere *tantum alterutro, cog. vel*
        - Passivo, *ut deponens, quod in ομαι de*[illegible]*nens, passivam quidem formam re*[illegible]*, significationem vero passivam deponit,* [illegible] *actionem significat: ut, μαχομαι, p*[illegible]
        - Activo, passivoque *absoluto: ut,* [illegible]*trum: quod in ω desinens aut absolutam actionem, hoc est in aliud non transeuntem significat: ut, τρεχω, curro: aut absolutam passionem, hoc est, ab alio non manantem significat: ut, υγιαινω, valeo.*
      - Personis *unde verbum del*
        - ὀλιγοπρόσωπον *&c.*
        - μονοπροσωπον*: ut,* δεῖ, χρή, πρέπει
      - Temporibus *&c.*
      - Personis, temporibus & modis: *qualia usus do*[illegible]
    - Heteroclitum, *quod diversè a normis analogis flectitur: ut, ξυρέω, & ξυραω, rado &c.*
- Derivatio. *Vide. I.*
- Modi, *qui sunt*
  - Indicativus: *ut,* γράφω, γέγραφα.
  - Imperativus: *ut,* γραφε.
  - Optativus *ut,* γραφειμι.
  - Conjunctivus: *ut,* γραφω.
  - Infinitivus: *ut,* γραφειν.
- Tempus. *Vide. K.*
- Coniugatio. *Vide. L.*

Deriva-

I. Derivatio, [...] ve cn- [...] ver- [...] um est vel

- Imitativum, idque desinit vel in
  - *ιζω: ut,* ἑλλωίζω, *Græcor,* φιλιππίζω *imitor Philippū.*
  - *αζω: ut,* πατριαζω, *patrisso.*
  - *ωζω: ut,* πατρώζω, *patrisso.*
- Inchoativum: *ut,* γηρασκω, *senesco.*
- Desiderativum, *vel in*
  - *αω : ut,* μαθητιάω *cupio discere,* φευξιάω, *cupio fugere,* θανατιάω *cupio mori.*
  - *είω: ut,* πολεμησείω, *bellum cupio,* γαμησείω *nupturio.*

K. Tempus, quod est vel

- Præsens
- Præteritum imperfectum
- Præteritum perfectum
- Præteritū *plus quàm* perfectū
- Aoristus primus
- Aoristus secundus
- Futurum primum
- Futurum secundum
- Paulò post futurum

Horum temporum in omnibus modis formationem tradunt libelli Elementary.

I. Conjugationes — Barytona ejus sunt sex

1. Cujus characteristicæ *sunt Tempore*
   - Præsenti β, π, φ, πτ; *ut,* λείβω, τρίπω, γράφω, τύπτω.
   - Futuro ψ: *ut,* λείψω.
   - Præterito φ: *ut,* λελείφα.
2. Cujus characteristicæ *sunt tempore*
   - Præsenti γ, κ, χ, κτ: *ut,* λεγω, πλεκω, βρέχω, τίκτω.
   - Futuro ξ: *ut,* λεξω.
   - Præterito, χ: *ut,* λελεχα.
3. Cujus characteristicæ *sunt tempore.*
   - Præsenti δ, θ, τ.
   - Futuro σ.
   - Præterito κ.
4. Cujus characteristicæ *sunt tempore.*
   - Præsenti ζ σσ, ττ.
   - Futuro σ *vel* ξ.
   - Præterito κ, *vel* χ.
5. Cujus characteristicæ *sunt tempore*
   - Præsenti λ, μ, ν, ρ.
   - Futuro *eadem.*
   - Præterito κ.
6. Cujus characteristicæ *sunt tempore*
   - Præsenti ω, *purū quod ante se vel vocalem, vel diphthongū habet.*
   - Futuro, σ.
   - Præterito, κ.

- Circumflexa. *Vide. M.* In μι. *Vide. N.*

F Circum-


M.
Circumflexa *quæ oritur ex sexta coniugatione Barytona in έω άω όω, Harum sunt .3*
- 1. Cuius *characteristica in præsenti ε: ut ποιέω ποιῶ.*
- 2. Cuius *characteristica in præsenti α: ut βοάω, βοῶ.*
- 3. Cuius *characteristica in præsenti ο: ut, χρυσόω, χρυσῶ*

N
In μι. *Harum sunt* 4.
- 1 Cuius *characteristica est, η & ε: ut, τίθημι, τίθετον.*
- 2. Cuius *characteristica est η & α breve: ut, ἵστημι, ἵστατον.*
- 3. Cuius *characteristica est, ω & ο: ut, δίδωμι δίδοτον.*
- 4. Cuius *characteristica est, υ productum & correptum: ut, ζεύγνυμι, ζεύγνυτον.*

O
Invariabilis, *quæ per numeros personas, & terminationes non potest variari sed immutabilis manet. Ea autem vel*
- 1. *Verbis aliisque vocibus adiungitur, ad aliquam circumstantiam illarum significandam: & dicitur Adverbium. Vide. P.*
- 2. *Multiplices orationis partes in certas sententias aptè coniungit, & dicitur Coniunctio. Vide. Q.*
- 3. *Aliis vocibus præponitur: & dicitur* Præpositio. *Vide R.*
- 4. *Sermoni interycitur, ad significandum animi affectum vel gestum: & dicitur* Interiectio. *Vide. S.*

Circumstan-

Loci: *ut*, ἐνταῦθα *hic*, αὐτόθι, *istic*, ἐκεῖ *illic*, χαμαί, *humi*, ἐγγὺς, *propè*, ἐπέκεινα, *ultra*, μακρὰν, *longè*, ἑκὰς *procul*, οὐρανόθι, *in cœlo*, ἀθήνησιν, *Athenis*, οἴκοι *domi*, οἴκαδε *domum*, οὐρανόσε *in cælum*, ἀθήναζε *Athenas*, οἴκοθεν *domo*, οὐρανόθεν *cælitus*, ἀθήνηθεν, *Athenis*.
Temporis: *ut*, νῦν, *nūc*, αὐτίκα, *statim*, μεταύριον, *perendie*, πρώχθες, *nudius tertius*.
Numeri: *ut*, δὶς, *bis*, πολλάκις, *sæpe*, ὀλιγάκις *raro*.
Negandi: *ut* οὐ, *non*, οὐδαμῶς, *nequaquā*, ἥκιστα, *minime*, οὐδ' ὅλως, *haudquaquam*.
Affirmandi: *ut*, ναὶ, *ita*, ἀληθῶς, *vere*, ὄντως & τῷ ὄντι *revera*, πάντως, *omnino*.
Demonstrandi: *ut*, ἰδοὺ, *ecce*, ἐνθάδε, *hic*, ἠνὶ & ἠνίδε *ecce*.
Optandi: *ut*, εἴθε, & αἲ, αἴθε, *utinam*, ὤφελον, ὤφελες, ὤφελε, *movetur per tres personas*. *Itaque magis verbum*.
Hortandi: *ut*, ἄγε, *age*, φέρε, *agè*, ἔα, ἀμέλησον, *mitte*, *sine*, heb/beit/ haltstill.
Ordinis: *ut*: ἑξῆς, *deinde*, εἶτα, *postea*.
Interrogandi: *ut*, πότε, *quādo*, ἆρα, *num*, μῶν, *num*, ἦ, *num*, διατί *cur* τίπτε, *pro* τίποτε, *cur nam?*
Similitudinis: *ut*, ὥσπερ, *sicut*, καθάπερ *quemadmodum*, ἄλλως *aliter*, ἠΰτε, *sicut*, ὥστε, *sicut*.
Qualitatis: *ut*, καλῶς *puchrè*, ῥωμαϊστί, *latinè*, ἀγεληδὸν, *gregatim*, ἀπαραστάτως *immote*. μεμηχανημένως, *solerter*, *subdole*. &c.
Quātitatis: *ut*, ἄγαν, *valdè*, μονονουχὶ *non tantū*, χολῆγε, *lente aut vix*, ὀλίγον *paululum*.
Dubitandi: *ut*, ἴσως, *fortassè*, τάχα, *forsitan*.
Vocandi: *ut*, ὠιὼ, *heus*, ὢν, *ohe*.
Separandi: *ut*, ἄνευ, *sinè*, ἰδίᾳ, *privatim*, δημοσίᾳ, *publice*, κοινῇ, *communiter*, μόνον, *solum*, πλὴν *præter*.
Iurandi: *ut*, νὴ, *per*, μὰ, *non per*.
Eligendi: *ut*, μᾶλλον, *potius*, προτερον, *citius*.
Congregandi: *ut*, ἅμα, *simul*, συλλήβδην *comprehensim*.
Concedendi: *ut*, εἶεν, *esto*.
Prohibendi: *ut*, μὴ, *ne*, μηδαμῶς, *nequaquam*.
Eventus: *ut*, κατὰ συγκυρίαν, *forte fortuna*.
Comparandi: *ut*, μᾶλλον, *magis*, ἧττον *minus*, μάλιστα, *maximè*.
Declarandi: *ut*, δηλαδὴ, *scilicet*, ἤγουν *videlicet*, τουτέστι, *hoc est*, ἀμέλει, *e-xempli gratia*.
Caussæ: *ut*, ἕνεκα, *causa*, χάριν, *gratia*.
Celandi: *ut*, λάθρα, *clàm*.



Q Coniunctio est vel

- Enunciativa *haecque vel*
  - Cōgregativa *eaque vel*
    - Copulativa: *ut*, καὶ, τε, &, que &c.
    - Conditionalis: *ut*, εἰ, *si* ἄν, *si*, ἐὰν ἤν *si*.
  - Segregativa *eaque vel*
    - Discretiva: *ut* δὲ, *vero &c.*
    - Disiunctiva: *ut*, ἢ *aut*, ἠέ, *aut* ἤτοι *sive &c*
- Ratiocinativa *eaque vel*
  - Causalis: *ut*, καίγαρ, *etenim*, ὅτι *quia* ἐπειδὴ, *postquam* ἐπειδήπερ, *quandoquidem*, γὰρ, *enim*,
  - Conclusiva: *ut*, ἄρα *vel* ἆρα *ergo*, *igitur* οὖν, *itaque* τοίνυν, *igitur* διὰ τ... *quapropter.*

R Praepositio est vel

- Separabilis *eaque vel*
  - Monosyllaba
    - ἐν — εἰς *vel* ἐς
    - ἐκ *vel* ἐξ — πρὸ
    - πρὸς. — σύν.
  - Dissyllaba
    - ἀνὰ. — κατὰ
    - διὰ — μετὰ
    - παρὰ. — ἀντί.
    - ἐπί.
    - περί.
    - ἀμφί.
    - ἀπὸ.
    - ὑπὸ.
    - ὑπὲρ
- Inseparabilis *eaque vel*
  - Augens
    - ἀρι.
    - ἐρι.
    - ζα
    - λα
    - λι
    - βου, ἵππος
  - Privans
    - α
    - νη
  - Difficultans: *ut* δυσ.

S Interiectio est vel

- Admirandi: *ut*, βαβαὶ *papae* φεῦ, *papae*, παπαὶ ἰαξ *idem.*
- Approbandi: *ut*, εὖγε, *euge.*
- Abominandi: *ut*, ἄπαγε, *apage*, ὤ, ἰού, *apage.*
- Cominandi: *ut*, οὐαί, *vae*
- Dolendi: *ut*, οἴμοι, *heu mihi*, φεῦ *heu* ἰώ *heu.*
- Exclamandi: *ut*, ὢ. ὢ. ἰού, ἰώ, Owee Owee.
- Metus: *ut*, ἆ, ἆ, *at. at*, ἐ, ἆ, ὤ, *ehem.*
- Indignandi: *ut*. φεῦ *prob.*
- Laetandi *ut*, εὐοῖ *evax*, ἰού, *.ju*
- Ridendi: *ut*. ἆ ἆ, ἆ, *ha, ha, he*

Tantum de Etymologia: sequitur de syntaxi:

Syntaxis

T Syntaxis est vel

Regularis est que vel

Convenientia vocum

Variabilium idque vel

1. Articuli, *cum substantivo vel adiectivo, quae conveniunt genere, numero, & casu: ut, ὁ κίνδυνος, hoc periculū ὁ στρατιωτικός, hic militaris.*

2. Nominis *substantivi cum substantivo, sine cōiunctione, quae conveniunt numero, genere & casu, ut, ὁ λῆρος ῥήτωρ nugator Orator, pro ληρώδης nugatorius, σωτὴρ τύχη fortuna salvatrix λῃστὴς ἀνὴρ vir latro.*

Nominis adiectivi *cum substantivo vel adiectivo substantivi vicario, quae conveniunt genere numero & casu: ut, κακία μεγάλη magnū vitium, πιστὸς φίλος fidus amicus.*

4. Pronominis *adiectivi cum substantivo: quae conveniunt, numero, genere & casu, ut ἐμὴ κεφαλὴ meum caput.*

5. Pronominis *interrogativi cum nomine redditivo quae conveniunt casu: ut, τίνι ἔδωκας cui dedisti, πατρί μου patri meo.*

6. Pronominis *interrogativi cum pronomine redditivo, quae conveniunt casu, ut τίς μοι ἀκολουθεῖ, quis me sequitur? ἐγώ, ego.*

7 Pronominis *relativi cum antecedente nomine quod refert, q̄ cōveniunt numero & genere, non semper casu, qui sequenti verbo respōdet: ut, τὰ γράμματα, ἃ δέδωκα, τὰ γράμματα, ἃ εἴληφα: hic prius relativū casus est nominativi: posterius Accusati-*

8. Participii *adiectivi cum substantivo quae conveniunt (vi. genere, Numero & casu, ut πατὴρ ἀγαπητός.*

9. Participii *passivi inter duo substantiva positi, quorum illud cum priori substantivo convenit genere, ut ἡ πόλις ἐτέχθη ἄνθρωπος.*

10. Nominativi *cum verbo, quae conveniunt numero & persona, ut ἐγὼ γράφω, σὺ καθεύδεις, ἐκεῖνος ἀναγινώσκει.*

11. Vocativi *cum verbo, quae conveniunt in numero & persona secunda, ut χαῖρε πάτερ.*

Invariabilium *Vide V.*

Rectio, *quae est quando vox vocem certo fine regit. Vide X.*

Figurata. *Vide B b.*

V. Invariabilium & vel

- Adverbii & vel
  - Generaliter
    - 1. Cum nomine: *ut, κομιδῆ νέος, admodum iuvenis.*
    - 2. Cum verbo: *ut, τετρα ποδισι βαδίζω* Ich geh uff allen Vieren.
    - 3 Cum participio: *ut: ἀμεταστρεπτὶ φεύγων, fugiens non respiciendo.*
    - 4. Cum adverbiis *ipsis: ut, μόνον οὐχὶ, tantum non: ἐπιεικῶς πάλαι sane dudum, οὕτω κακῶς, tàm malè.*
    - 5. Cum præpositione, *ut ἐς ἅπαξ,* uff ein mal / oder ein weil.
  - Specialiter
    - Localia
      - In loco
      - *De loco*
      - Ad locum
      - *Per locũ*
      - *Conveniunt cum suis responsivis seu redditivis.*
    - Temporalia
      - *Νῦν cum quo vis tempore convenit, excepto plusquamperfecto.*
      - *Σήμερον cum quovis tempore convenit, excepto plusquam perfecto & futuro χθὲσ, cum imperfecto vel aoristo.*
      - *Αὔριον cũ futuro. At omni tempori ὅτε καὶ τότε, præterquã perfecto, ἤδη præterito & futuro, πρώην, πάλαι, οὐδεπώποτε solis præteritis: αὖθις futuro & præsenti, πρὶν præterito indicativi, ἕως præterito indicativi, infinitivi, & subiunctivi.*
- Cõiũctiões & vel
  - Generaliter *&c.*
  - Specialiter
    - 1. Causales *ἵνα, ὡς, ὅπως, μὴ & similes verbis Indicativi, Optativi subiunctivi, & infinitivi conveniunt: ὥσ & ὥστε cum infinitivo.*
    - 2. *Cõditionales, ἐὰν, ἢν, ἂν, κἂν, cum Indicativo, Optativo & subiunctivo.*
    - 3. *εἰ, ὅτι ὡς cum Indicativo optativo & subiunctivo.*

X Rectio est vel
Variabilium & vel
Nominis
Substantivi quod

1. Regit genitivum *significantem cuius sit, ut* ...
2. Cum significat facultatem, *regit infinitivum. ut,* ...
3. Cum significat rem seu personam, *regit vel duos genitivos, aut nominativum & dativum, item accusativum laudis vel, vituperij quorum alter est substantivum, alter adiectivum: ut,* ... *vir magnus consilio.*

Adiectivi quod

1. Partitivum *cum est genitivum regit: ut* ... *nemo illorum &c.*
2. Cum significat differentiam *genitivum regit: ut,* ...
3. Cum significat studium & curam & similia ac contraria, *regit genitivum: ut,* ... *omnia vetri post habere* ... *hominum studiosus, vel curas* ... *parcus pecuniarum* ... *peritus loci: vel infinitivum: ut,* ... *celerrimus ad cognoscendum* ...
4. Verbale *cum est itemque denominativum, & participium nominale genitivum regit: ut,* ... *quaesitivus laudis &c* ... *(.participium nominale)* ... *inducendo exercitatus.*
5. Adiectivum *nomen vel pronomen loco substantivi nominis in genere Neutro positum regit genitivum nominis substantivi: ut,* ...
6. Adiectivum commoditatis affinitatis & contrarii *Dativum regit ut,* ... *Hoc est omnibus bonũ & salutare.*
7. Adiectivum gradus comparativi *regit genitivum: ut,* ...
8. Adiectivum accusationis, damnationis, absolutionis *genitivum criminis regit: ut,* ... *reus vinculi Et dativũ: ut,* ... *obnoxius iudicio.*
9. Adiectivum superlativum *genitivum regit: ut,* ... *omnium sapientissimus.*
10. Adiectivum mensuræ *varie regit casus suos quod usu discitur.*
11. Adiectivum Dignitatis *Genitivum & Dativum habet: ut* ... *Et* ... *dignum me.*
12. Adjectivum copiæ *genitivum habet: ut,* ...

Verbi *Vide. Y*

Invariabilium *vide. Aa*

Verbum aliud Vide. Z. / I Verbi: od vel / Regit Casus:ut

1. Activa *accusativum regunt:ut*, γράφω ... ἐγὼ, βλέπω σέ.
2. Passiva *genitivum cum præpositione: ut*, ... ὑπὸ σοῦ, *doctus sum abs te. vel dativum:ut* τοῦτο πεπραγμένον μοι *hoc actum est à me.*
3. Neutra *deponentia & communia seu Media, significationis activæ vel passivæ, activorum vel passivorum rectionem imitantur: absoluta ponuntur absolute: ut*, φεύγω καὶ λανθάνω σέ, πάσχω ὑπὸ τῆς νόσου, ἐργάζομαι τὴν γῆν, καὶ ἡ γῆ ἐργάζεται ὑπ' ἐμοῦ
4. Verba usum & acquisitionem *significantia Dativum habent : ut*, χρῆσθαι τοῖς βελτίστοις, *optimis uti.* (λέγω σε ἀριθμητικήν,
5. Quædam activa *duplicem habent Accusativum unum personæ, alterum rei: ut*, δι-
6. Verba copiæ *genitivum & dativum regunt:ut* ... γέμειν·
7 Verba precii & æstimationis *Genitivum & Dativū regunt:ut*, πρίασθαί τι μικροῦ *aliquid emere malo*, καὶ τῷ μήλῳ.
8 Verbum δέομαι *genitivum regit:ut* δέομαί σου *rogo te.*
9 Verba pudendi, blandiendi, orãdi miserẽdi *accusativum regunt:ut*, αἰσχύνομαι ὑμᾶς: *pudet me apud vos*, αἰδέομαι Τρῶας *vereor Troas*, κολακεύω σε, *Adulor te Demosthẽes, & Cicero* ἀξιῶ σε, *oro te* ἐλεῶ σε *misereor tui.* (σοι, *certo tecum.*
10 Verba comitandi & certandi *dativum habent: ut*, ἕπομαί σοι *sequor te*, πολεμῶ
11 Verba hortãdi & reprehendẽdi *dativũ habent:ut*, παραινέω σοί, *ad hortor te*, ἐπιτιμῶ, ἐπιπλήττω σοι *obiurgo te. Interdum etiam accusativum.*
12 Verba iudicialia accusandi, absolvendi *accusativum personæ, & genitivum rei habent ut*, γράφω σε μοιχείας *accuso te adulterij.*
13. Verba conandi consequendi frustrandi *genitivum habent: ut*, στοχάζομαι τοῦ λέγειν, *collineo ad benè dicendum*, ἐφικέσθαι ἀρετῆς *assequi virtutem*, ἀποτυχεῖν ἐλπίδος *frustrari spe.*
14. Verba probibendi, fruendi (.ent gẽlten.) & abstinendi *genitivum habẽt:ut*, εἴργω σὲ πυρὸς, *probibeo te igne*, ... Ich entgilt eines böswichts.
15 Verba incipiendi definendi, liberandi *genitivũ habent.ut*, ἄρχομαι λόγου, παύ-
16. Damnandi verba *genitivum habent.* (μανίας, λῆγε πόνων
17. Participandi verba *dativũ personæ et genitivũ rei habẽt:ut*, μετέχωσι τῶν ἀγαθῶν
18. Verba privatiõis *accusativũ personæ & genitivũ rei habent: ut*, ἀποστερῶ σε τ...
19. Verba admirandi *genitivum habent ut*, θαυμάζω σου, *miror te. Interdum & accusativũ personæ vel rei, cum genitivo:ut* θαυμάζω σε τῆς παρρησίας *miror tuam lic̃ẽtiam.*
20. Verba Memoriæ & oblivionis *accusativum & genitivum habent.*
21. Verba curandi negligendi cupiendi contemnendi *genitivum habent.*
22 Verba sensuum *genitivum habent.*
23. Verba studii *genitivum habent.*
24. Verba possessionis *genitivum habent*, τυχεῖν ἐπαίνου.
25 Verba differentiæ *genitivum habent:ut.* ἐκάκισμος συνεισιόντι μὴ ἔχει διαφέρει.
26 verbum substantivum *aut eius* vicarium *regit post se Nominativum.ut.* τί ... ἐστι φώμαιος: *cætera usus docebit.*

Verbum

2. Verbū aliud vel

1. Deliberativum, *& tum regit verbum infinitivi modi: ut,* βούλεται πίνειν.
2. Verba Motus ad locum *infinitivum regūt: ut,* ἦλθον ἀσπάζεσθαι, *veni salutatum.*
3. Verbum infinitivum personale, *regit ante se accusativum, post se autem casum verbi finiti.*

A 2. Invariabilium

Adverbiorum:

- Loci Genitivum: *ut* πȣ̃ γῆς.
- Temporis *genitivum: ut,* ὀψὲ τῆς ἡμέρας.
- Numeri *genitivum: ut,* ἅπαξ τȣ̃ ἐνιαυτȣ̃.
- Separandi: *ut,* χωρὶς τῶν ἄλλων.
- Cœlandi: *ut,* λάθρα τῶν φίλων, κρύβδα δ' ἰόντ, ἄλλωντε θεῶν.
- Ordinis *genitivum: ut,* ἐφεξῆς τȣ̃ ἑνός.
- Causæ: *ut,* τȣ̃ βελτίςȣ ἕνεκα, τȣ́τȣ χάριν.
- Comparandi: *ut,* πλεῖςον τῆς ἡμέρας.
- Derivativa primitivorum *casum retinent: ut,* ἀξίως τȣ̃ λόγȣ. ὁμοίως τοῖς ἄλλοις: ἴλιον εἴσω.
- Adverbia congregandi *dativū habent: ut,* ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, ὁμȣ̃ τοῖς ἄλλοις.
- Accusativo gaudent jurativa: *ut,* νὴ δία, μὰ δία.
- Vocandi adverbium ὦ, *alysque serviens affectibus vocativum habent: ut,* ὦ ἥλιε.
- Approbandi *adverbia vocativum habent: ut,* ὦ πάντες. Cætera usus subministrabit.


Præpositionum *quæ sunt rectionis vel*

- Vnius. *Recipiunt enim tantum*
  - Genitivum ἐκ, ἐξ, πρὸ, ἀντὶ, ἀπὸ.
  - Dativum, *duæ* ἐν *&* σὺν.
  - Accusativum. εἰς *&* ἀμφί.
- Multiplicis. *Aliæ enim sunt*
  - Genitivi *&* accusativi *tantum: ut, sex illæ,* ἀνὰ, διὰ, κατὰ, μετα, περὶ, ὑπὲρ.
  - *Etiam* dativi. πρὸς, παρὰ, ὑπὸ. Lectio autorum cœtera docet.

Conjunctionum. *&c.*

Interjectionum

- Indignandi, *genitivum: ut,* φεῦ τȣ̃ ἀνδρὸς.
- Comminandi *dativum: ut,* ȣ̉αὶ τοῖς ἀσεβέσι. Cætera ex usu annotabis.



Specialis

Digitized by Google

Cc

Specialis *est, quæ speciatim ab aliqua Norma vel convenientiæ vel rectionis discedit. Estque vel*

1. Synthesis *quæ nomini singulari collectivo iungit vel adiectivum vel verbum plurale:ut,* φύσει τοιοῦτος ἐστὶν ὁ πλῦς λεώς, χαίρουσι τοῖς ἀποσκώπτουσι καὶ λοιδορουμένοις. *Hæc est natura multitudinis,gaudet irrisoribus & convitiatoribus. Lucianus* ἰν ἄλλι εἰ. ὦ τέκνον, ἦ πάρεστον, *O filiæ adestis ne. Sophocles.*

2. Zeugma,*cum duobus aut pluribus substantivis, quamvis diversi numeri iungitur adiectivum vel verbum, quod cum priore aut propriore convenit:ut* Ἑβραῖοί εἰσι, κἀγώ: *Hæbrei sunt, & ego 2.Corinth* 11. θνήσκει πατήρ σὸς καὶ τὰ τέκνα. *Moritur pater tuus & liberi.Eurupides.*

3. Syllepsis *duos modos habet*

- 1. Cum duobus pluribusve substantivis *iungitur vel adiectivum vel verbum plurale,quod cum digniore convenit numero, vel genere vel persona: ut,* Ἰδοὺ ὁ πατήρ σου κἀγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε. *Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.* Lucæ 2.
- 2. Cum duobus pluribusve substantivis, *cuiuscunque sint generis & Numeri iungitur adiectivum plurale neutrum :ut,* Πενία καὶ πλοῦτος ἀναγκαῖα τῷ βίῳ: *Paupertas & divitiæ necessaria vitæ. Theodoret.de Providentia.*8.

Prolepsis,*cū quod commune est, duobus vel pluribus, præcedit, & idem mox distinguitur per partes verbo non resumpto: ut,* ὁμοπάτριοι πολλάκις ἐκ μιᾶς γαστρὸς, ὁ μέν ἄρσην, ἡ δὲ θήλεια, γίνονται. *Sæpe numero ex eodem patre, eademque Matre(diversi) nascuntur liberi,alter Masculus, alter Fæminina. Lucianus.*

FINIS SYNTAXEOS.



Digitized by Google


Digitized by Google

DIAGRAPHE ARTIS LOGICAE

Logicæ *(quæ est ars ratione bene utendi.) subiectum est quodvis propositũ quod aut mente cogitari, aut loquela scriptionéve exponi potest. Huius partes sunt*

- Thema, *quod est id, de quo agitur. Estque vel*
  - Simplex *unam rem, vel una, vel pluribus vocibus explicans: ut, homo, Sessio Cr sti ad dextram Patris.*
  - Coniunctum, *multas res, multis vocibus explicans: ut, homo est creatus ad imaginẽ (Dei*
- *Argumẽtũ quod ad aliquid arguẽdũ est affectũ. Estq; vel*
  - Declarans.
  - Demonstrans
  - Amplificans&
  - Illustrans
  - *Huius imprimus est*
    - Inventio *Quæ est artificiosus discursus cũ Themate proposito vel simplici, vel utraque parte thematis coniũcti per categorias argumẽtorum. Harũ notetur*
      - I. λόγος: *Sunt domicilia seu sedes p quas vel cum Themate simplici, vel cum coniũcti partibus singulis discurrendum est, ad argumentum, quod nobis conveniat, eruendum.*
      - Differentia. *Vide A.*
    - Dispositio. *Vide. E E.*

AA Sunt



A [illegible] argumentorum

Artificiale est vel

Artificialium, quae ex sese arguunt nullo alio in subsidiū accito. Artificiale est vel

Primū & ἀλόγως, quod suae est originis. Estq; vel

Simplex, quod simpliciter sine comparatione consideratur. Estque vel

Consentaneum, quod consentit cum re quam arguit, συγγενὴς; consentit autem vel

Ἁπλῶς absolutè seu perfectè, ut sunt

Causa Huius notetur

1. λόγος. Est enim causa id, cuius vi res est.

2 Distributio. Est

1. vel

Efficiens. Vide. B

Materia quae est causa ex qua aliquid est factum ὕλη Estq; vel

σωματικὴ & αἰσθητὴ corporea ac sensilis. ut limus terrae est materia sensilis corporis humani.

ἀσώματος & vers. incorporea & intelligibilis &c.

2. vel

Forma quae est causa, per quam res est id, quod est, et propterea hinc à cateris rebus ἐσωδῶς distinguitur: ut sermo ille erat Deus Ioh.1 v1. Hic sermo describitur à forma essentiali, quod nimirū sit Deus. Deus enim propriè loquendo non officij, non adiūcti: sed formae vox est. Sic Deus describitur à forma, quod sit spiritus. Ioh. 4. v. 24

Finis. Vide. F

Effectum Vide. G

πῶ & modo quodā: ut sunt

Subiectum Vide. K.

Adiunctum. Vide. L.

Dissentaneum. Vide. M.

Comparatum. Vide. O.

A primo ortum. Vide. P.

Inartificialium. Vide. B B.

Efficiens

B Efficiens, cujus notetur

- 1. λόγος. *Est enim causa efficiens, à qua aliquid est.*
- 2 Distributio. *Est*
  - 1. vel
    - Procreans, *quæ rem antea nondum existentem efficit. Sic Deus vocat τὰ μὴ ὄντα, ut sint Rom. 4. Bertholdus Niger chymicus Monachus, natione Germanus Venetijs invenit bombardas.*
    - Conservans, *quæ id quod iam est, porrò ut sit, efficit Sic nutrix tuetur & conservat prolem. Volucres cæli alit Deus. Math. 6.*
  - 2 vel
    - Sola, *quæ efficit sine alijs, vel quæ sociam in agendo non habet. Sic Nisus cædis Rutulorum solus fuit autor AEneid. 9.*
    - Socia, *quæ non sola, sed cum alijs efficit, id que potestate & dignitate vel*
      - Pari: *ut Pater, Filius & Spiritus Sanctus sunt sociæ causæ paris dignitatis & potestatis creaturarum.*
      - Impari: *& tunc alia est*
        - Principalis, κυρία, *imperans, quæ utitur adjuvante ad rem efficiendam: ut, deceptionis Evæ principalis causa fuit Diabolus.*
        - Adiuvans, *quæ principali est adjumento, eaque vel*
          - Agens ipsa, *& dicitur ministra: ut, afflictionis Iobi causa ministra fuit Satanas.*
          - Non agens *ipsa, & dicitur instrumentum: ut, deceptionis Evæ instrumentum fuit serpens.*

          vide. C.
  - 3. vel
    - Per se. *Vide. D.*
    - Per accidens. *Vide. E.*

Digitized by Google

C *Causa hæc Socia iterum est*

- 1. *vel*
  - Evidens, *quæ manifestè sese statim ingerit sensibus.*
  - Occulta, *quæ non sensibus, sed ratiocinatione est indaganda.*
- 2. *vel*
  - Proxima, *quæ immediatè causa effecti existit. Dicitur ἄμεσος, item propinqua. Sic actionum humanarum proxima & ἄμεσ☉ causa est voluntas hominum.*
  - Remota, *quæ mediatè causa effecti existit. Dicitur ἔμμεσ☉. Sic actionum humanarum remota & ἔμμεσος causa est providentia Dei.*
- 3. *vel*
  - Interna, *quæ intus agit intra rem: ut, Deus est interna causa fidei. Actionum humanarum interna causa est voluntas hominis.*
  - Externa, *quæ extrinsecus agit: ut, fidei causa, externa est minister verbi. Providentia Dei est actionum humanarum & aliarum creaturarum causa externa.*
- 4. *vel*
  - Impellens, *quæ incitat, & movet ad agendum aliquid. Estque vel:*
    - *προηγουμένη, quæ est interna affectio, dispositio, seu naturalis inclinatio impellens ad faciendum quidpiam: ut, cutis astrictio, & prohibita transpiratio causa sunt. προηγούμεναι febris putridæ.*
    - *προκαταρκτικὴ quæ est causa externa, interiorem (προηγουμένην) irritans: ut, προκαταρκτικαὶ febris putridæ causæ sunt* Aquilones, *& frigora constringentia, itemque balnearum constringentium usus.*
  - Impulsa, *quæ agit mota & impulsa aliunde, sed tamen liberè & citra coactionem: ut, amavi te, beneficio provocatus tuo. Cic. lib. 14. Ep. 14.*

Causa.

Digitized by Google

D.

Causa efficiens per se est, *quæ ab interno principio mota, vi & facultate insita agit. Estque vel*

- Naturalis, *quæ naturâ, hoc est, ingenita vi, ductu & instinctu naturæ agit. Sic magnes natura trahit ferrum, & ad Arcticum polum se movet.*
- Voluntaria, *quæ destinato consilio ac certa de liberatione agit ut Virgil. AEneid. 7. Consilio hanc ōnes animis que volentibus urbē. Afferimur. Estque vel*
  - Mutabilis, *ut, homo in hac vita.*
  - Immutabilis: *ut Deus; cuius dona voluntaria sunt ἀμεταμέλητα.*

E.

Causa efficiens per accidens *est quæ præter naturam & voluntatem efficit aliquid, tantum ab externa causa impulsa. Estque*

- Præternaturalis, *παρὰ τὴν ὁρμὴν quæ sua naturâ non est destinata ad hunc effectum producendum ut, affectus peccatorum exsistunt per legem. Rom. 7. Hic lex est causa per accidens peccatorum præter suam naturam.*
- Involuntaria, *quæ præter consilium & propositum invitè quidpiam facit. Est que vel*
  - Inscia, *quæ effecti sui est ignara, vel imprudens. Ut quod Christus natus est Betlehemi, causa inscia fuit Augustus Cæsar promulgans edictum, ut quisque censeretur è subditis.*
  - Coacta *quæ vi ἀναντιστάτῳ compellitur ad faciendum quidpiam. Sic Carolomānus frater Pipini ordinem Monasticum suscepit coactus à Papa Zacharia.*

F

Finis *est causa, cuius gratia quidpiam est: ut, Filius hominis venit servare quod periit Math. 18*

1. *Alius est principalis & ἀρχιτεκτονικός.*
   Alii subordinati.
2. *Unus ultimus seu extremus, summum bonum dictus.*
   Alii proximi.
3. *alius*
   - Adæquatus.
   - Non adæquatus.
4.
   - *Alius* externus.
   - *Alius* internus.

Finium

G Effectum est quod a causis existit. Consideratur autem effectum vel

- Separatim respectu singularum causarum: quomodo effectum est vel
  - 1. Efficientis Estque
    - 1. vel
      - Actio efficientis ἐνέργεια, Estque
        - 1. vel
          - Immanens, quæ in ipso agente manet: ut, sentire in sensu: intelligere in mente.
          - Transiens, quæ extra agentem se profert: talis actio Dei est creatio.
        - 2. vel
          - Dividua, quæ motionis & progressionis partibus atque temporibus distinguitur, neque simul tota est. Dicitur ἐνδελεχισμός. Talis actus est sanctificatio hominis, quæ non simul tota fit, sed gradatim.
          - Individua, quæ simul tota est: Talis actus est remissio peccatorum.
      - Opus actione efficientis productum, ἐνέργημα, ἀποτέλεσμα. Sic animæ & corporis duæ ἐνέργειαι concurrunt ad unum commune ἀποτέλεσμα..
    - 2 vel per
      - Se, quod fit natura vel consilio Huc pertinent argumenta ab
        - Absurdo.
        - Utili.
      - Accidens, quod præter natura vel consilium evenit. Estque
        - Præternaturale quod accidit præter naturalem ordinem, vim, efficaciam & inclinationem.
        - Involuntarium quod accidit non provisum præcogitatum, præmeditatum, nec arte vel dedita opera factum.
  - 2. Materiæ quod est ex Materia factū: Sic vestis est effectum panni. corpus hominis glebæ terræ. Dicitur Materiatum.
  - 3 Formæ. Vide H
  - 4. Finis Vide. I.
- Coniunctim respectu plurium causarū simul: & est Essentia: q̄ est effectum ex materia & forma constitutum. Talia effecta sunt omnes substantiæ naturales.

Formæ

- *H.* Formæ, *quod est vel*
  - Res habens formam, *Sic homo est effectum animæ rationalis.*
  - Rei illius facultas & actio propria, *manans è forma essentiali: ut, vis calefaciendi in pipere est à forma essentiali piperis.*
  - *Dicitur* formatum.

I. Finis, *quod est omne id, quod ad certum finem seu usum destinatum est Sic somnus est destinatus refectioni. Habitationi distinata domus: defensioni arma: eruditioni studium. Dicitur* Finitum *seu* destinatum.

- *K.* Subiectum *est quod adiunctis subjicitur. Estq; vel*
  - 1. *vel*
    - Proprium, *cui soli adiunctum aliquod competit: Vt primatus in Ecclesia competit soli Christo.*
    - Commune, *cui communiter cum alijs adiunctum aliquod convenit: ut, homo sentit.*
  - 2. *vel*
    - Recipiēs, *quod recipit Adiunctū vel*
      - *In*
      - *Ad*
      - *sc. δεκτικὸν Estq;*
        - 1 *vel*
          - Primū, *cui propriè, principaliter & primò inest vel adest adiunctum: Vt anima est virtutis vel vitij primū subiectū, πρῶτον δεκτικόν.*
          - Secundarium, *quod contra se habet Vt homo est secundariū subiectum virtutis vel vitij. generi inest primò speciebus inest secundario.*
        - 2. *vel*
          - *ἐν ᾧ, in quo scilicet est adiūctū aliquod: Vt eruditio ī homine.*
          - *ᾧ vel οὗ, cui vel cujus: ut arcanū Iehovæ revelatur timētibus ipsum, ps. 25. Paulus est servus Iesu Christi. Rom. 1.*
    - Occupans, *circa quod res vel persona occupatur, dicitur obiectum Estque vel*
      - Adæquatum, *quod reciprocatur cum adiuncto.*
      - Non adæquatum, *quod non reciprocatur cum adiuncto, sed eo est vel*
        - Latius.
        - Angustius

 Adiun-

Digitized by Google

I. Adiunctum est quicquid rei seu personæ adiungitur. Estq; vel

- Receptum, *quod recipitur à subiecto. Estque vel*
  - Inhærens, *quod in subiecto inhæret. Estq;*
    - 1 vel
      - Essentiale, *cujus nexus cum subiecto essentialis est. Estque vel*
        - Substātia *ut, Natura Christi humāa in hypostasi τοῦ λόγου est adiunctum οὐσιῶδες, non accidentarium.*
        - Proprietas οὐσιώδης *ex essentia necessario, & inseparabiliter orta, eique συμφυής, perpetuo nexa. Dicitur adiūctum characteristicon ἰδίωμα οὐσιῶδες. Tale adiunctum corporis est ποσότης.*
      - Accidentarium, *cujus nexus cum subiecto est accidentarius. Estq; vel*
        - Separabile, *quod actu adesse vel actu abesse potest à subiecto. tale adiunctum est aquæ calor: mentis notitia: cordis lætitia tristitia.*
        - Inseparabile, *quod actu nō potest separari à subiecto: ut albedo cygni. Aethiopis & corvi nigredo: cæcitas talpæ.*
    - 2. vel
      - Acquisitum ἐπίκτητον, *quod nostra industriâ acquiritur: ut eruditio prudentia, fides historica.*
      - Infusum, *quod non acquiritur nostrâ industria, sed singulari gratia divinitus nobis confertur: ut fides salvifica, spes, &c.*
  - Adhærens *quod subiecto adhæret. Estque vel*
    - Antecedens, *quod subiectum antecedit: ut lunæ pallor pluviam. Aurora ortum solis. Sic servandorum adiunctum antecedēs est Electio πρὸ καταβολῆς τοῦ κόσμου Eph. 1.*
    - Simul existens. *seu coëxistens, quod simul cum subiecto existit: ut Tempus.*
    - Consequens, *quod subiectū antè existens demum consequitur: Talia adiuncta morbi sunt συμπτώματα sequentia morbum.*
- Occupatū *est, quod circa aliquid subiectum occupatur: ut Pii occupantur in lege Domini. Sunt igitur adiunctū occupatum legis Domini.*

Dicen-

M Dissentaneum est quod à re dissentit. Sunt à dissentanea vel

Diversa, *quæ ita dissentiunt, ut tamen re ipsa simul in uno eodemque subiecto esse possint: ut paupertas & eruditio in homine: divitia & impietas. Dicuntur distincta τῷ λόγῳ, καὶ ἐπίνοιαν.*

Opposita, *quæ ita dissentiunt ut nunquam simul in uno eodem que subiecto, secundum idem, ad idem, eodem que tempore esse possint Dicuntur distincta τῷ εἶναι essentiâ, realiter, subiectis: ut, eadem fæmella non est simul virgo & conjux. Sunt autem opposita vel*

Disparata, *quorum unum multis pariter opponitur: ut liberalitas avaritia, prodigalitas. Deus lapis, arbor. Homo, asinus, leo. Dicuntur ἐναντία ἄμεσα.*

Cōtraria *sunt opposita quorū unū uni tantū opponitur unū cōtinētur sub eodē genere proximo suntque vel*

Relatà, *quorum unum uni ita opponitur ut tamen aliàs consensio inter ea esse: hoc est, unum alterius causa, effectum, subiectum vel adiunctum esse possit: ut, pater non est filius: Signum non est res signata; servus non est Dominus. Dicuntur ἀντικείμενα πρός τι.*

Repugnantia *quorum unū uni ita opponitur, ut nulla nunquam consensio inter ea esse possit. Sūtque vel*

Adversa, *quæ in quovis subiecto sibi repugnant. ut, bonum malum: Deus Satan: virtus vitium (&c.*

Privantia *quæ in subiecto πεφυκότι sibi repugnant: ut cæcitas, visus. Horum alterum dicitur: Vide N*

N

Habitus ἕξις *qui est res: cuius subjectum est capax per naturā: ut visus in homine.*

Privatio στέρησις *q̄ est absentia habitus in subiecto πεφυκότι: ut cæcitas in homine. Talpa enim aut lapis non est cæcus, quia per Naturam non sunt capaces videndi facultate.*

O.

Comparata *sunt quæ inter se comparantur. Horum notetur*

- Comparatio, *quæ est vel*
  - Contracta *quæ una voce c[illegible] & exprimitur.*
  - Explicata, *quæ partibus plenè est distincta : quarum*
    - Prior *di[illegible] [illegible].*
    - Posterior ἀπόδ[illegible] *& in dissimilium explicatione* [illegible], ἀπόδοσις.
- Species *Sunt enim comparata vel in*
  - Quantitate *eaq. vel*
    - Paria *quorum eadem est quãtitas Dicitur æqualia* ἴσα, παράλληλα: *eorũ comparatio dicitur* παραλληλισμός.
    - Imparia, *quorum quantitas non est eadem. Dicuntur inæqualia* ἄνισα. *Est autem impar vel*
      - Maius *cuius quantitas excedit* μεῖζον *fortius, difficilius: ut, Templo maior est Christus Mat.12.*
      - Minus *cuius quantitas exceditũr* ἧττον *facilius : ut, melior est sapientia robore hoc est, robur minus est sapientia. Ecclesiast.9.*
  - Qualitate *suntq. vel*
    - Similia, *quorum eadem est qualitas. Dicũtur proportionalia, analoga. Eorum comparatio dicitur* ἀναλογισμὸς *&* ἀναλογία*: ut qualis vir, talis oratio Seneca. Imago animi sermo est.*
    - Disimilia *quorum non est eadem qualitas: ut, cogitationes meæ non sunt ut cogitationes vestræ Ies... 55 v.8.*

Orta

P

Orta à primis sunt *priorum symbola: Ideo per se habent aliud, quod arguunt, sicut prima, unde oriuntur. Orta sunt vel*

- Ex simplicibus *tantum & vel ex*
  - Consentaneis tantùm *& vel ex*
    - Causa & effecto tantùm *qualia sunt*
      - Totum *Vide. Q.*
      - Pars *Vide. R.*
    - Reliquis etiam consentaneis. *Vide. S.*
  - Dissentaneis *etiam Vide. T.*
- Omnibus *primis. Vide. Z.*

Q

Totum *est quod habet partes. Estque vel*

- Genus *speciebus singulis totam suam essentiam æqualiter communicans: ut animal. Hoc symbolum est causæ. Dicitur totum καθόλου totum generale vel genericum, totum atributivum καθ' ἕν Estque*
  - 1. vel
    - Summum, *quo nullum est superius: ut, argumentum in logicis.*
    - Subalternum, *quod genus est inferioris, & species superioris: ut, causa in logicis.*
  - 2. vel
    - Proximum *inter quod & speciem nullum aliud est genus: ut, proximum genus hominis est animal.*
    - Remotum, *inter quod & speciem interjacet genus aliud, ut corpus remotum genus est hominis.*
- Integrum, *cujus essentiam constituunt partes. Hoc symbolum est effecti. Dicitur ὅλον, σύνολον, totum integrale, substantiale, cujus pars est extra partem. Sic homo est integrum quid, constitutum ex corpore & anima.*

Pars est q a con[illegible] ... est que vel

- Species, *totam essentiam generis participans Est igitur symbolum effecti. Estque vel*
  - Subalterna, *quæ species est superioris genus inferioris: ut, homo est species animalis, & genus singulorum: ut, Adami, Heva &c.*
  - Infima, *quæ in alias species est ἄτομος, quales sunt res individuæ, & singulares: ut, Petrus, Iacobus, Stephanus.*
- Membrum *est pars integri essentiam constituens. Est igitur symbolum causæ. Sūt autem partes*
  - 1. vel
    - Essentiales seu substātiales: *eæ sunt partes res vel*
      - Incorporeæ, *ut, animæ rationalis partes sunt mens & voluntas.*
      - Corporeæ *ex diversis naturis compositæ. quarum una non est extra alteram, alteraque rationem habet,*
        - Materiæ
        - Formæ
        - *ut in homine corpus et anima.*
    - Integrales, *eæ sunt partes rei corporeæ, in qua pars est extra partem: ut, caput, brachia, venter, pedes, sunt partes integrales corporis. Dicuntur partes quātitativæ.*
  - 2. vel
    - Principales *sine quibus integrū incolume manere non potest: ut sunt*
      - Caput
      - Cor
      - Ventriculus
      - *in corpore.*
    - Minus principales, *sine quibus integrum potest manere incolume: ut, unguis, pilus, in corpore.*

Cita ex

Nomina ex [illegible] vel

- **Cōiugata**, *quæ sunt voces dictionis & rei similitudine sub unum quasi iugum devincta: ut sapiens, sapientia, sapienter. Dicūtur συστοιχα, σύζυγα, παρώνυμα. Horum alterum dicitur*
  - **Concretum**, *quod est nomen significans subiectum suo adiuncto prædiuinum ut iustus; calidus. Dicitur* [illegible].
  - **Abstractum**, *quod est nomen significans adiunctum absque subiecto: ut iustitia, calor. Dicitur* [illegible].
- **Relata**, *quæ referuntur ad aliud suntque*
  - *1 vel* **Secundū dici** *quæ per se suā naturā habēt, ultra quam tamē referuntur ad alterū verborum tantum: ut scientia est relatū rei scibilis: & secundum suā naturā est qualitas ut mitum animi habitus.* **Secundū esse** *quorū tota essentia in mutua relatiōe cōsistit ut, Pater, filius Dominus servus, Rex subditus.*
  - *2 vel* [illegible] *unius nominis cū utraq; res seu persona, inter quas est relatio uno nōine appellatur, ut frater, hospes.* Δυώνυμα *quorū utrūq; suum distinctū nomē habet: ut pater, filius, gener socer, maritus, (uxor &c.*
  - *3 vel* **AEquiparata** *q̄ sunt æqualiter paria simulq; natura: ut, pater æternus filius.* **Inæqparata** *(æ tēus. q̄ non sunt æqualiter paria ne simul natura et tēpore: ut citator, ste[illegible].*
  - **Horum partes sunt**
    - **Relatū** *quod dicitur fūdamentū terminus à quo sic. materiale ut: pater.*
    - **Correlatum**, *& dicitur terminus ad quē, formale, ut filius.*
  - **Horum distinctio** *(non compositio) dicitur relatio quæ est σχέσις & respectus inter duo relata. Estque*
    - *1. vel*
      - **Rationis**, *qualis relatio est generis & speciærum.*
      - **Realis**, *qualis inter*
        - **Patrem**
        - **Filium.**
    - *2. vel*
      - **Accidens**, *in creatis.*
      - *Non accidens in Deo*
    - *3 vel*
      - **Interna** *inter Deum Patrem & Filium in divinis.*
      - **Externa** *inter Deum & creaturas.*
    - *4. vel*
      - **Mutua** *& reciproca ut inter Patrem & Filium.*
      - **Non mutua** *& non reciproca ut inter scientiam & scibile.*

T.

- Orta *etiam ex dissentaneis sunt in quibus consideratur tùm consensus partium in toto, tùm dissensio partium inter se. Sunt autem vel,*
  - Distributum *quod in partes distribuitur: ut, corpus & anima sunt partes hominis distributi. Homo bos, leo, sunt partes seu species animalis distributi.*
  - Distributio, *quæ est rei ad explicandum propositæ apta ac legitima distinctio. Hæc est vel è*
    - Causis *cuius partes nimirũ sunt causæ distributi vel*
      - Efficientes: *ut, sacra scriptura est vel Prophetarum vel Apostolorum.*
      - Materiales: *ut vasa Templi Salomonis, alia erant aurea, alia argentea, alia ænea.*
      - Formales: *ut animal est vel ἄλογον vel ἔλλογον: omnis ager est aut quadratus aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus. Columella lib. 5. Cap. 2.*
      - Finales. *ut Multi ex dormiẽtibus in pulvere terræ expergiscentur: hi ad vitam æternam: illi ad approbria & contemptum æternum. Dan. 12.*
    - Effectis *Vide. V*
    - Subiectis. *Vide. X*
    - Adjunctis. *Vide. T.*

Distributio

V.

Distributio ex *effectis est cujus partes sunt effecta distributi. Potest autem hujus modi distributio esse ex effectis causarum vel*

- Singularum, *& vel*
  - Efficientis: *ut, vocãdorum ad nuptias magnas regis illius,*
    - alius *in agrum suum.* / alius *ad mercaturam suam.* — *proficiscitur*
    - reliqui *prehensos servos contumeliis affectos trucidarunt.*
    - Pauci *obtemperarunt vocationi.*
  - Materiæ: *ut partes quædam arcæ fœderis factæ fuerunt ex*
    - Auro.
    - Lignis *&c.*
  - Formæ: *ut rationis in homine est*
    - *Invenire.*
    - *Inventa disponere.*
  - Finis: *ut ad verbi præconium deputati sunt ἀμέσως,*
    - Prophetæ.
    - Apostoli.
- Conjunctarum, nempe Materiæ & formæ *simul & dicitur divisio generis in species: ut lex Dei est vel*
  - Moralis.
  - Ceremonialis.
  - Forensis.

X.

Distributio est subjectis est *cujus partes sunt subjecta distributi: ut semen verbi Dei cadit aliud*

- Iuxta *viam.*
- In petrosa.
- In spinas.
- In terram *bonam.*

Huc pertinet distinctio nominis πολυσημου in suos significatus.

Y.

Distributio ex adjunctis est, *cujus partes sunt adjuncta distributi: ut Fœdus gratiæ est vel*

- Vetus.
- Novum.

 Orta ex om-

- Nomen Notatū *personæ vel rei certo consilio impositum, cujus origo ostendi potest: ut, Propheta, qui futura prædicit. Apostolus, qui immediatè à Christo missus est. locuples, qui locis abūdat. Cæsar, qui ex utero matris est cæsus.*
- Notatio, *nominis è sua origine interpretatio, quâ ostenditur unde aliquid dicatur: ut, Sacramentum dicitur à sacrando: logica ab informando τὸν λόγον: Aprilis ab aperiendo.*
- Definitū, *quod definitione explicatur: ut, ars bene loquendi est Grammatica. Grammatica est definitum &c.*

2. Orta ex omnibus primis, *ut*

- Definitio, *quâ explicatur, quid quidque sit. Estque vel*
  - *Vocis vel*
    - Simplicis, *quâ explicatur significatus illius: ut, Golgotha, qui est locus Calvariæ Math. 27.*
    - Conjunctæ, *qua explicatur significatus phraseos: ut quid sit sedere ad dextram Patris.*
  - Rei, *qua explicatur, quid res vel persona sit. Hujus notētur*
    - 1. Partes *quæ sunt*
      - Genus, *quod commune est definito cum omnibus speciebus unius generis: ut, animal.*
      - Differentia, *quæ definitum à speciebus reliquis ejusdem generis discernit. ut, rationale.*
    - 2. Species *est enim definitio rei vel*
      - Perfecta, *propriè dicta definitio, cujus differentia sumpta est à forma essentiali definiti: ut, homo est animal rationale: Hac duplex est. Vide. A A.*
      - Imperfecta, *descriptio dicta, cujus differentia sumpta est non à forma essentiali: sed ab alijs argumentis: ut vita nostra est vapor. Iacob. 4. v. 14 &c.*

Duplex

AA Duplex est hæc definitio

- Substãtiæ. hujus notetur
  - 1. λόγος. *Est explicatio generis proximi & differentiæ εἰδοποιοῦ substantiæ alicujus.*
  - 2. Instrumentum δεῖξις, *quæ est series quædam Syllogismorum ex διαιρέσει Entis incipiens, & per remotionem partium oppositarum partes subjecti essentiales omnes & tandem perfectam ex illis definitionem proximo genere & differentia constantem specifica colligens, ut ex partium illarum proprietatibus πάθος aliquod postea de subiecto illo demonstrari possit.*
  - *Exempla afferentur in lectionibus.*
- Proprij πάθους: hujus notetur
  - λόγος. *Est explicatio subiecti accidentis & causæ ob quam accidens illud subiecto insit.*
  - 2. Instrumentum ἀπόδειξις, *quæ est series quædam syllogismorum, ex proprietatibus certarum subiecti partium colligens partes causæ τοῦ πάθους, ob quam πάθος illud subiecto illi propriè inest.*
  - παραδειγματισμός *hujus explicationibus reservetur.*

Digitized by Google

λόγος: *Est enim Testimonium argumentum, quod non ex Thematis coniuncti partibus, sed extrinsecus assumitur ad fidem faciendam.*

B B. Argumentum inartificiale *est quod aliunde vim arguendi assumit, et dicitur, Testimonium vel autoritas. Hujus considerentur*

Distributio. *Est enim*

- *1. vel*
  - Personae de re aliqua: *ut Christi corpus etiam post ascensum est visibilis naturae, quia id viderunt Stephanus & Paulus: & Iohannes testatur visuros illud, qui pupugerint ipsum.*
  - Rei, *cum re consentiens confirmanda. Talia testimonia sunt*
    - Lex naturalis.
    - Mos seu Consuetudo.
    - Conscientia.
    - Gnomae.
    - Proverbia.
    - Regulae artium.
    - Principia
      - Speculabilia.
      - Practica.
    - Martyrium.
    - Obligatio.
    - Testamentum.
    - Tabulae publicae.
    - Libri rationum.
    - Chirographa.
    - Pignora.
    - Hypothecae, Apothecae
    - Monimēta seu lapides memoriae causa extructi.
    - Trophaea.
    - Miracula.
    - Portenta.
    - Signa. *& similia.*
- *2. vel*
  - Divinū, *quod Deum habet autorem. Estq; vel*
    - *Mediatum per* Angelos, Prophetas, Apostolos *profectum.*
    - Immediatū *à Deo ipso, sine ministrorum opera: ut hic est filius meus &c. Math.* 3.
  - Non divinum *idque vel*
    - Diabolorū: *ut novi te qui sis nempe sanctus ille Dei, exclamat Diabolus Marc.* 1. 5. 2.
    - Hominū. *Vide* CC.
- *3. vel*
  - Suum ipsius proprium *idque vel*
    - Liberum: *sic Iohānes liberè confessus est, Ioh.* 1. 5. 20.
    - Coactum: *quale perhibent quaestionem experti, & alij similes.*
  - Alterius. *Domine tu nosti, quòd amem te inquit Petrus Iohan.* 21. *v.* 17.

Huma-

CC. Humanũ testimo-niũ *est vel* — Amici &c. Inimici, *quod ab inimico per hibetur: id q, vel* — Pro inimico *& multum valet: ut Christus est verax, & viam Dei docuit, quia id ipsimet inimici ejus sunt testati. Math.* 22. *v.* 17. Contra inimicum *et parùm, vel nihil valet.*

APPENDIX *ad doctrinam inventionis. Ea constat.*

Quæstione *duplici quarum* — Prima *potest esse: cur Maximas (seu regulas quas vocant consequentiarum* — Secũda *cur Sophismatũ Elenchos* — *ex doctrina inventionis omittamus, vel potius eyciamus?*

λύσει, *quæstionis* — Prima:

1. Quia *multæ tales maximæ non sunt Catholicæ: ideoq, nullum, non modò in inventione, sed ne in arte quidem locũ habere possunt. Nam maximas illas principia oportet esse, & fundamenta disputationũ: q̃ nisi certissima fuerint, plus nocumẽti sunt, quàm commodi allatura.*

2. Quia *quæ Catholicæ sunt vel*

1. Argumentorum *proprietates, vires & affectiones explicant: Et sic ad argumentorum doctrinam, hoc est inventionem propriè pertinent.*

2. κριτήρια sunt veritatis & falsitatis. *At κρίσει huic nullus locus est in εὑρέσει: sed in regulis dispositionis Axiomaticæ.*

3. Regulæ *(. ut illis quidem placet.) & κριτήρια consequentiæ & inconsequentiæ. At κρίσει huic nullus locus est, nisi in regulis dispositionis syllogisticæ.*

Secunda, *quia doctrina de Elenchis est*

1. ἑτεροφογενής *et* παρέκβασις *logicæ, tantùm ab ea abhorrẽs, quantùm à veritate error, á virtute vitiũ: Barbarismus, solœcismus à Grammatica. Singula enim præcepta logicæ sunt singulæ regulæ perfectissimæ, quibus modi sophistarum, captionesque dissolvi possunt. Nimirum ut & sui & obliqui index est rectum: Ita principium omne artis, & sui et cõtrarij lumẽ est. Quare omnis illa de refellendis Sophismatis doctrina nihil est quã ματαιοτεχνία quædam futilis, ex veræ artis vel ignoratione (si perfecta fuerit.) vel certè imperfectione profecta.*

2 Superflua. *In commẽtarij tamẽ vice operæ precium fuerit aliquid de ijs annotasse, quò sophistarũ technas & fallacias possimus, cùm feliciter deregere, tùm facilius devitare.* ἐχθρὸς γὰρ ἀνδρὸς ἀληθείας, *[illegible] fallere conati, hominis est veritatem aversantis. Galenus. Vide. D D.*

CC 2 Captio-

D D. Captiones igitur *sunt vel*

- Circa dictionem *eamque vel*
  - Simplicem, *cum verbis utimur vel*
    - Inusitatis *& dicitur insolentia.*
    - Ambiguis *& dicitur homonymia.*
    - Improprijs
  - Compositam: *est que vel*
    - Amphibologia.
    - Fallax Compositio *& divisio.*
    - Prava expositio.

  Hæc sophismata ad orationis artes pertinent, earũque præceptis deteguntur.

- Extra dictionem; *hæ ad logicam spectant. Etsi autem extra dispositionẽ nulla captio occurrat: tamẽ* in doctrina inventionis semina *sunt duarum captionum.*
  - Prior est petitio *principij: hujus notetur.*
    - 1. Ratio: *cum scilicet pro argumento affertur, quod vel*
      - 1. Idem sensu *est cum quæstione.*
      - 2. Æquè obscurum *ac quæstio: ut, orandum est pro mortuis, quia sunt in purgatorio.*
    - 2. *λύσις: quæ fit per definitionem argumenti: debet enim id quod pro argumento affertur, affectum esse ad illud quod in quæstione est arguendum; hoc est illustrandum, explicandum, probandum; quod fieri non potest, nisi sit quodam modo notius, illustrius & probabilius eo, quod arguẽdum est. In hac captione semina sunt inepta [illegible]sitionis, in axiomate ἐμμέσῳ seu ambiguo.*
  - Posterior est *captio τοῦ ἀναιτίου ὡς αἰτίου, non causæ, ut causæ. Causæ nomine gẽeraliter usurpato pro quovis argumẽto. Et hæc captio singulorũ argumẽtorũ præceptis refellitur. In hac captione semina sunt axiomatis falsi, ἀμέσου, quod refellitur ex ipsarum rerum cognitione.*

Dispo-

- EE Dispositio *est secunda pars logicæ de disponendis argumentis ad bene iudicandum. Dispositio alia est*
  - Manifesta *quæ est vel*
    - Axioma *quod est dispositio argumenti cum argumento qua esse aliquid aut non esse iudicatur. Huius noscitur*
      - Partes
        - Materia
          - Antecedens *argumentum* ὅρος ἡγούμενος *quod est res arguenda. Item subiectum.*
          - Consequens *argumentum,* ὅρος ἑπόμενος, *quod est res arguens. Item prædicatum.*
        - Forma *est vinculũ vel*
          - Verbi *vel*
            - Substantivi
            - Alius

            } *in simplici axiomate*
          - Cõiunctionis *vel*
          - Alicuius *æquipollentis particulæ*

            } *In composito axiomate.*
      - Species. *Est enim Axioma vel*
        - Affirmatum, *cuius vinculum affirmatur: ut cæna Domini est Sacramentum. Affirmatio autem hæc nihil aliud est quam* σύνθεσις *consequentis cum antecedente per affirmationem vinculi.*
        - Negatum, *cuius vinculum negatur: ut corporis Christi in cæna sacra nulla est* μετουσία, συνουσία, ἐνουσία, ὑπουσία *in pane. Negatio hæc nihil aliud est quam* διαίρεσις *cõsequentis ab antecedente per negationem vinculi.*

          } *Vtrumque est. Vide. FF.*
      - πάθος
        - Modificatiõis, *unde Axiomata dicũtur Modificata, seu Modalia.*
        - Æquipollentiæ, *unde Axiomata nuncupantur* Æquipollentia.
        - Conversionis; *unde Axiomata appellantur vel*
          - Convertentia.
          - Conversa.

          } *Vide de his admonitionem in fine doctrinæ. Axiomaticæ. HH.*
    - Dianæa. *Vide II*
  - Cryptica *seu occultata. Vide. PP.*

FF Vtrumque est vel

- **Simplex** *quod verbi vinculo continetur: ut, sermo ille erat Deus. Charitas ædificat. Est autem Axioma simplex vel*
  - **Generale** *Hoc q. vel*
    - **Vniversale**, *cuius consequens omni antecedenti distributivè tribuitur: ut, Homo est animal. Huic accidunt signa seu notæ: Omnis, nullus, &c*
    - **Particulare**, *cujus consequens commune particulari antecedenti tribuitur: ut non semper violæ non semper lilia florent. Homines sunt mortales. Huic accidunt signa seu notæ: Quidam, aliquis, multi &c.*
  - **Speciale** *seu Proprium seu singulare, cujus consequens antecedenti proprio seu singulari tribuitur: ut, verbum erat in principio. Ioh. 1. v. 1. Petrus est Apostolus.*
- **Compositum.** *Vide GG*

GG. Axioma *compositum est, quod vinculo conjunctionis continetur. Itaque conjunctione affirmata, affirmatur, negata negatur. Est autem Axioma compositum vel*

- **Congregativum**, *cuius cõjunctio est cõgregativa Estque vel*
  - **Copulatum**, *cuius conjunctio est copulativa: ut, & prodesse volũt, & delectare Poëtæ.*
  - **Connexũ** *cujus conjunctio est cõnexiva seu conditionalis: ut, siquis diligit me, sermonem meum servabit.*
- **Segregativum** *cuius conjunctio est segregativa. Est autem vel*
  - **Discretum**, *cujus coniunctio est discretiva: ut, Vt desint vires: tamen est laudanda voluntas.*
  - **Disjunctum**, *cuius conjunctio est disjunctiva: ut aut operibus justificamur, aut gratis.*

HH Admonitio subiungenda doctrinæ dispositionis Axiomaticæ.

Exspectabit nũc forsan aliquis, dum ego de Modalibus, *de* æquipolletia, *de* cõversione axiomatũ *dicam aliquid. Verum* æquipollẽtiæ *doctrina à Logica aliena est, itaque ad Grammaticen siquid utilitatis habet est releganda.* Cõversionis & Modaliũ *ματαιοτεχνία nihil usus aut fructus habet. Commenta hæc sunt, ab hominibus malè feriatis in Scholas introducta, in quibus legendis adolescentes studiosi bonas horas malè collocarent. Equidẽ ego sic iudicare soleo, tricas istas & ineptias prorsus indignas esse, quæ non dico doceri, sed refelli ulterius debeant. Earum refutationem, si quis paulo curiosior videre cupiat, consulat P. Rami Scholas, Dialect. lib. 6. cap. 3 & & lib. 7. cap. 4 Talæum in quartũ istud caput lib. 2. Dialect.*

Dianaa

Digitized by Google

II Dianæa *hujus notetur*

- 1. λόγος. *Est cum ex alio aliud axioma deducitur,*
- 2. Species
  - Syllogismus: *Hujus notetur*
    - 1. λόγος. *Est* διάνοια *qua quæstio cum argumento ita disponitur, ut posito antecedente necessario concludatur.*
    - 2. Materia
      - 1 Est *quæstio dubia seu controversa.*
      - 2. Argumentum *quo quæstio illa confirmatur.*
    - 3. Forma *est legitima syllogismi & apta dispositio, constans ex*
      - Præmissis *duabus.*
        - Propositione, *q̃ est prima præmissa qua argumentum disponitur vel cum*
          - Consequente *tantum quæstionis parte.*
          - Tota *quæstione.*
        - Assumptione, *quæ est præmissa secunda, è propositione assumpta.*
      - Conclusione, *necessariò, vi argumenti in præmissis legitimè dispositi, deducta.*
    - Distributio. *Vide. RR*
  - Methodus *hujus notetur*
    - 1. λόγος. *Est dispositio plurium argumentorum, ad idem Thema explicandum adhibitorum, ita ut naturâ prius præcedat, naturâ posterius sequatur.*
    - 2. Partes
      - 1. Naturalis *argumentorum series, quæ est cum generalius præcedit: specialius sequitur. Talia sunt*
        - Totum *parte.*
        - Genus *specie.*
        - Integrum *membro.*
        - Commune *proprio.*
        - Vniversale *singulari*
        - Definitio *generis* definitione *speciei.*
        - — *generaliora notiora & priora naturâ & nobis &c.*
      - 2. Connexio *partium explicationis per* μετάβασιν *seu trãsitionem q̃ est vinculum partiũ explicationis cum ostẽditur quid dictum sit, & quid sequatur, de quo sit dicendum. Hujus notetur*
        - 1. Finis *Recreatio vel*
          - Lectoris.
          - Auditoris.
        - 2. Modus Nam
          - Proponendum *est de qua re dicturi scripturive simus: quæ summa scilicet est, & comprehensio rei tractandæ &c*
          - Thematis *propositi explicatio in partes est destinguenda.*
          - Partes *ordine eo, quo sunt in partitione posita pertractandæ sunt: & una parte declarata, per transitionem ad sequẽtem partem accedendum.* Distribu-

Digitized by Google

KK Distributio in

Simplicem Huius notetur

1. λόγος. Est in quo disponitur cum argumento quaestionis
- Praedicatum in propositione.
- Subiectum in assumptione.

3. Differentia. Est vel
- Affirmans, cujus partes omnes sunt affirmantes
- Negans, cuius altera praemissarū & conclusio est negans.

Vterque est vel
- Generalis isque vel
  - Vniversalis in quo utraque praemissa est universalis.
  - Particularis in quo altera tātum praemissarum est universalis.
- Specialis. In quo utraque praemissa est specialis, seu propria, seu individua.

4 Figura seu species σχῆμα Aristoteli. Huius notetur
- 1. λόγος. Est dispositio argumenti cum separatis partibus quaestionis praedicato quidem in propositione, subiecto autē in assumptione.
- 2. Numerus ternarius
  - Prima. Vide. LL
  - Secunda Vide. MM
  - Tertia. Vide. NN
- 3. Literae significantes Axiomatū quantitatē & qualitatē. Nam
  - A significat universalem affirmantem.
  - E significat universalem negantem.
  - I significat particularem affirmantem.
  - O significat particularem negantem.

5. Reductio Syllogismorum secundae & tertiae figurarum (q̄ earum dicta est perfectio à vulgo Logicorum) merum est figmentum: Quia confitendum esset, inanem harum figurarum doctrinam esse, si nihil necessariò concluderent earum exempla, nisi ad primam figuram reducerentur. &c.

Compositum. Vide. OO.

Primae



LI. Prima [illegible] e notis

- 1. λόγ☉. *Est in qua argumenrum est in*
  - Propositione *Subjectum.*
  - Assumptione *Prædicatum*
- 2. Modi *quorum ratione alius Syllogismus est vel*
  - Vniversalis,
    - Affirmans *in Barbara ut.*
      - Bar. *Omne animal est Substantia.*
      - Ba. *Omnis homo est animal.*
      - Ra. *Ergo omnis homo est substantia.*
    - Negans *in Celarent: ut*
      - Ce. *Nullus timidus est liber.*
      - Là *omnis avarus est timidus.*
      - Rent. *Ergo nullus avarus est liber.*
  - Particularis
    - Affirmans *in Dary ut*
      - Da. *Omnis lascivus corporis motus est à Deo prohibitus.*
      - Ri. *Quædam saltatio est lascivus corporis motus.*
      - I. *Ergo quædam saltatio est à Deo prohibita.*
    - Negans *in Ferio: ut,*
      - Fe. *Nihil est peccatum, quod divinitus est approbatum.*
      - Ri. *Quædam Stratagemata bellica sunt divinitus approbata.*
      - O. *Ergo quædam Stratagemata bellica non sunt peccata.*
  - Specialis *seu proprius*
    - Affirmans *ut,*
      - Is *cui Ananias est mentitus, est Deus.*
      - Spiritui *sancto Ananias est mentitus.*
      - Ergo *Spiritus Sanctus est Deus.*
    - Negans *ut*
      - Non *contentus suis rebus, non est dives.*
      - Avarus *est non contentus suis rebus.*
      - Ergo *avarus non est dives.*

MM Secundæ figuræ noseetur

1. λόγ☉. *Est in qua argumentum est (in* Propositione & Assumptione *Prædicatum.*

2. *Modi secundum quos syllogismus alius est*

1. Vniversalis *negans:*

Primus, *Cesare: ut*
- Ces *Turbatus Nullus benè utitur ratione.*
- A. *Omnis Sapiens benè utitur ratione.*
- Re. *Ergo nullus sapiens est turbatus.*

Secundus *Camestres, ut:*
- Cam. *Omnis res mortalis est composita.*
- Es. *Nullus animus est compositus.*
- Tres. *Ergo nullus animus est mortalis.*

2. Particularis Negans *vel*

Primus, *Festino: ut*
- Fes. *Nulli veri discipuli Christi persequuntur Ecclesiam.*
- Ti. *Quidam Pōtificij persequūtur Ecclesiā.*
- No. *Ergo quidam Pontificij non sunt veri discipuli Christi.*

Secundus *Baroco: ut*
- Ba. *Omne quod alicubi est, loco continetur.*
- Ro. *Deus loco non continetur.*
- Co. *Ergo Deus non est alicubi.*

3. Specialis *Negans vel*

Primus *ut*
- *Christus non fuit Samaritanus.*
- *Simon Magus fuit Samaritanus.*
- *Ergò Simon Magus non fuit Christus.*

Secundus *ut*
- *Eius corporis ἀνάμνησιν in cœna frequentamus, quod pro nobis traditum est.*
- Gloriosum *Cristi corpus pro nobis non est traditum.*
- *Ergo illius ἀνάμνησιν in Cœna non frequentamus.*

Tertiæ

Digitized by Google

NN Tertiæ figuræ [illegible]


1. λῆμμα. *Est in qua argumentum in* Propositione / Assumptione *est Subjectum.*

2. *Modi quorum* [illegible] *Syllogismus alius est*

- Vniversalis
  - Affirmans *ut, Darapti*
    - Da. *Omnem furem nocturnũ licet interficere.*
    - Ra *Omnẽ furẽ nocturnũ occidere est hominẽ occidere.*
    - Pti. *Ergo quẽdã hominem occidere licet.*
  - Negans: *ut Felapton*
    - Fe. *Nulla audacia est virtus.*
    - Lap. *Omnis audacia est confidentia.*
    - Ton. *Ergo quædam confidentia non est virtus.*
- Particularis *hujus sunt duo*
  - Affirmantes
    - Primus *Disamis: ut,*
      - Dis. *Quidam verè fideles sunt pauperes*
      - A. *Omnes verè fideles sũt beati*
      - Mis. *Ergo quidã beati sunt pauperes.*
    - Secundus *Datisi: ut,*
      - Dat. *Omnis doctrina virtutum necessaria est oratori.*
      - I. *Doctrina vitutum est philosophia.*
      - Si. *Ergo philosophia est necessaria oratori.*
  - Negantes
    - Primus *Bocardo: ut,*
      - Bo. *Quidã credẽtes nõ sunt divites.*
      - Car. *Omnes credentes sunt pij.*
      - Do. *Ergo quidã pij non sunt divites.*
    - Secundus *Ferison ut*
      - Fe. *Nulla legitima provocatio Christiano est prohibita.*
      - Ris. *Quædã legitima provocatio est litigatio forẽsis.*
      - O. *Ergo quædam litigatio forensis Christiano non est prohibita.*

Specialis *hujus notetur*

1. Nomen *dicitur enim* expositorius *à quibusdam.*
2. Differẽtia *Alius enim (est*
   - Affirmãs: *ut,*
     - *Abel fuit pressus cruce.*
     - *Abel fuit sanctus.*
     - *Ergo quidam sancti premuntur cruce.*
   - Negans: *ut*
     - *Iob non fuit sceleratus.*
     - *Iob fuit gravissimè afflictus.*
     - *Ergo quidam gravissimè afflicti non sunt scelerati.*



OO Syllogismi compositi notetur

- 1. λόγος. *Est Syllogismus, in quo tota quaestio est pars altera propositionis affirmatae & compositae, argumentum autem reliqua pars.*
- 2. *Nomen. Dicitur* ὑποθετικὸς *generatim.*
- 3 Distributio. *Est enim vel*
  - Connexus. *huius notetur*
    - 1. λόγος. *Est syllogismus compositus, cuius propositio est connexa, seu conditionalis.*
    - 2. Nomen. *Dicitur syllogismus* ὑποθετικὸς *speciatim, conditionalis.*
    - 3 Modi *duo*
      - Primus *qui assumit propositionis antecedens & consequens concludit: ut*
        - *Si post consecrationem panis Eucharisticus frangitur, tùm necesse est panem remanere.*
        - *At post consecrationem panis frangitur. 1. cor. 10. 16.*
        - *Ergo post consecrationem panis remanet.*
      - Secundus, *qui tollit propositionis consequens, ut tollat antecedens: ut*
        - *Si Christus non est Deus ille Israelis, non est adorandus.*
        - *At Christus est adorandus.*
        - *Ergo est Deus ille Israelis.*
  - Disjunctus *huius notetur*
    - 1. λόγος. *Est Syllogismus compositus, cuius propositio est disjuncta.*
    - 2 Nomē. *Dicitur Syllogismus*
      - Disjūctus.
      - Alternativus.
    - 2. Modi *duo*
      - Primus, *qui tollit unum, & reliquum concludit: ut*
        - 1
          - *Aut dies est, aut nox.*
          - *At dies non est.*
          - *Ergo nox.*
        - 2
          - *Aut dies est aut nox.*
          - *At nox non est.*
          - *Ergo dies.*
      - Secundus, *qui è propositione partibus omnibus affirmata assumit unum: reliquū tollit: ut.*
        - *Aut ex Evangelij concione, aut ex lege accepistis Spiritum Sanctū Gal. 3.*
        - *At ex Evangelij concione accepistis.*
        - *Ergo non ex lege.*

Dispositionis

PP Dispositionis crypticæ *seu occultæ notetur*

- 1. λόγ☉. *Estque naturalem dispositionem certis modis ingeniose occultat.*
- 2. Modi
  - 1 Defectus, *cum qua pars deest*
  - 2. Redũdantia, *cum quid prater essentiales partes accedit.*
    - *Horum* subjectum *notetur quod est vel*
      - 1. Axioma *Huius*
        - 1. Defectus *est cum abest vel*
          - Subjectum *seu pars antecedens illius: ut, In mundo erat: sc: verbum, seu Sermo, hoc est filius* Dei *Iohan.*1.*v.*10.
          - Prædicatum, *seu pars consequens illius: ut, Si primitiæ sanctæ sunt, sancta est etiã massa: & si radix sancta est, etiã rami. Hic deest consequens: Ita si pater Abraham sanctus est, sancti sunt etiam eius filij. Rom.*11.*v.*16.
        - 2. Redũdantia *est, cum amplificatur vel*
          - Subjectum *illius: ut in psalmo primo v.*1.*&* 2 *ponitur Subjecti (quod est pius) descriptio, quinque constans argumentis.*
          - Prædicatum *illius, Cic.*1. *off Omnis q̃ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id de quo disputatur. Hic præterquàm quod antecedens pro arte, descriptionem artis habet: consequens seu prædicatum etiam amplificatur á fine &c.*
        - 3. Transpositio *partium: ut, Nihil fecisse benignè est: pro: Benignè fecisse nihil est.*
      - 2. Syllogismus *huius*
        - 1 Defectus *est cum deest vel*
          - 1. Altera *præmissarum tantum.*
          - 2. Vtraque *præmissarum*
          - 3. Conclusio *tãtum.*
          - 4 Assumptio *& conclusio.*
          - *Hic defectus dicitur Enthymema. Vide.* QQ
        - 2 Redundantia. *Vide SS.*
        - 3. Transpositio. *Vide. AAA.*
      - 3 Methodus. *Vide BBB.*
  - 3. Transpositio *cum partium ordo immutatur.*

DD 3 Huius

QQ Hujus noteťur

- 1. λόγος. *Est imperfectus Syllogismus aliqua sui parte defectus.*
- 2. Finis
  - 1. Brevitas, *quòd omissa pars vel* { Nota / Gnome / Regula *usitata* } *sit.*
  - 2. Infirmitas *& incertitudo omissæ partis.*
- 3. Differentia *ab objecto. Est Syllogismi vel*
  - Simplicis, *cum pars aliqua antecedentis, sive subiectum sive prædicatum si, in cõsequente Enthymematis repetitur: ut, Homo est animal. Ergo homo est substantia. Hic subjectum antecedentis repetitur in consequente Enthymematis. Deest hic interdum:*
    - 1. Proposito *cum scilicet subiectũ antecedentis in consequente repetitur: ut,* { *Virtus est bona: Ergo expetenda* } *Hic deest propositio: Bona sunt expetenda.*
    - 2. Assumptio, *cũ scilicet prædicatum antecedentis repetitur in cõsequente, ut,* { *Qui semper eget non est dives Ergo avarus nõ est dives* } *Hic deest assumptio Avarus semper eget.*
    - 3. Conclusio: *præsertim cùm plura argumenta ad eandem sententiam firmandam adhibentur: ibi enim tædiosum atque odiosum esset subinde conclusionem repetere. &c*
    - 4. Assumptio *& conclusio. &c.*
  - Compositi. *Vide. RR.*

Compositi

RR

Compositi Syllogismi Enthymēma est in quo deest Syllogismi compositi pars vel

- Propositio *cum repetitur in consequente pars antecedentis vel*
  - Neutra *ut*
    - *Dies est* / *Ergo nox non est* — *Hic deest propositio: Si dies est, nox non est.*
  - Vtraque *ut*
    - *Nemo timens Deum contaminat se adulterio. Ergo nemo cōtaminans se adulterio, timet* Deum. — *Hic deest propositio: Si nemo timens Deum contaminat se adulterio: ergo nemo contaminans se adulterio, timet Deum &c.*
- 2, Assumptio: *ut, Ioh.15.v. 22. Si non venissem & locutus essem eis, peccatum non haberent: nunc autem non habent, quod prætexant peccato. Deest hic* assumptio: *Atqui veni & locutus sum eis.*
- 3. Conclusio: *ut, Gal 3.v.18. Nam si ex lege est hæreditas, non iam ex promissione. Abrahæ verò per promissionem gratificatus est Deus hæreditatem. Hic deest conclusio: Ergò non ex lege.*

SS

Redūdantia, *quæ dicitur Prosyllogismus, cuius spectatur*

- 1. λόγος. *Est quicquid præter propositionem, assumptionem & conclusionem principalis Syllogismi accedit.*
- 2. Finis *duplex*
  - Approbatio / Amplificatio — *Præmissæ vel*
    - Dubiæ.
    - Contractæ.
- 3. Singulares *quædam formæ seu Modi: ut,*
  - Sorites. *Vide. TT.*
  - Dilemma. *Vide. V V.*
  - Trilemma. *Vide. YY.*
  - Tetralēma. *Vide. ZZ*

TT Soritæ notetur

1. λόγος. *Est Syllogismus cum prosyllogismis involutus, in quo plures præmissæ quàm duæ eo ordine connectuntur, ut semper prædicatum sit subjectum sequentis: unde conclusio infertur, in qua subjecto primæ præmissæ attribuitur prædicatum ultimæ præmissæ.*

2. Prosyllogismi *cum quibus complicatur, sunt vel*

Vnus tantum *cum nimirum tres solùmodo sunt præmissæ ut, Heb. 7:*

Christus est Sacerdos secundum ordinem Melchizedech.
Melchizedech est major quàm Abraham:
Abraham est major quàm Levi:
Ergò & Christus est major, quàm Levi.

Hic principalis Syllogismus *est:*

Abraham est major quàm Levi, ut pote proavus Levi.
Christus est major, quàm Abraham:
Ergo Christus est major quàm Levi:

Assumptio *probatur hoc prosyllogismo:*

Melchizedech est major quàm Abraham: quia accipiens decimas major est dante.
Christus est sacerdos secundum ordinem Melchizedech.
Ergo Christus est major quàm Abraham.

Plures, *cum nimirum plures sunt quàm tres præmissæ: ut*

Afflictio parit patientiam:
Patientia experientiam:
Experientia spem:
Spes non confundit.

Syllogismus *principalis est:*

Spes non confundit.
Afflictio parit spem.
Ergo afflictio non confundit.

Assumptionis *prosyllogismus est:*

Experientia parit spem.
Afflictio parit experientiam:
Ergò afflictio parit spem.

Hujus prosyllogismi *assumptionis prosyllogismus, seu Epilogismus est:*

Patientia parit experientiam.
Afflictio parit patientiam.
Ergò afflictio parit experientiam.

Dilem-

VV. Dilemmatis notetur

λόγος. *Est enim Syllogismus cum duobus prosyllogismis complicatus, in quo quæstio controversa concluditur argumento ducto à DISTRIBVTIONE duabus necessario duntaxat partibus, ἀντιδιῃρημένως & ἀμέσως oppositis cōstante, quarū alterutram adversarius concedere necesse habet: utramvis autem concesserit adversus ipsum tamen concluditur.*

2. Nomina *dicitur* 1. Syllogismus *Cornutus, à Gellio.* 2. Complexio, *à Cicerone.*

3. Notatio. *Dicitur* δίλημμα, *quasi* δὶς *vel* δισσῶς λαμβανόμενον, *hoc est, bis vel dupliciter capiens & constringens adversarium.*

4. Modi *duo*

Primus *est in cujus principali Syllogismo tollitur utrumq; cornu in dilemmatis consequente propositionis connexæ positum, ut tollatur antecedens, additis duobus prosyllogismis, quorum priore prius dilemmatis membrū: posteriore posterius probatur: ut, Non est cuiquam absenti obtrectandum. Nam si amicus est, cur præsentem potius non admonet: Sin inimicus, cur odium eius irritas & tibi noces? Quæstio est, An sit cuiquam absenti obtrectandum. Negatur argumento petito à distributione constante partibus duabus immediatè contrariis, quia nec amico, nec inimico sit obtrectandum. Concluditur hoc principali Syllogismo. Si cui est obtrectandum, tùm aut amico aut inimico erit obtrectandum. At neque amico neque inimico est obtrectandum. Neutri igitur. Assumptio probatur hoc prosyllogismo duplici: Priore: Si amicus potius præsens est admonendus, non erit ei absenti obtrectandum. At primum. Ergo & postremum. Posteriore: Si inimici odium irritas, & tibi noces, non est ei absenti obtrectandum. At prius. Ergo & posterius.*

Secundus. *Vide. XX*

Digitized by Google

XX

Secundus *cum principali Syllogismo, ex altero tantum cornu dilemmatis concluditur: prosyllogismorũ autem altero probatur assumptio principalis Syllogismi, altero assumptio Prosyllogismi: ut, Si improbus est, cur uteris? Sin probus cur accusas? Principalis Syllogismus est: Si probus est, non debes eum accusare. Atqui probus est. Ergò non debes eum accusare. Assumptio probatur hoc prosyllogismo: Aut probus est aut improbus. Non autem improbus. Ergo probus. Huius prosyllogismi assumptio probatur isto Epilogismo: Si esset improbus, non eo utereris Atqui eo uteris. Ergo improbus non est.*

YY

Trilemma. *Est syllogismus cum prosyllogismis complicatus, in quo quæstio cõtroversa argumento ducto à* Distributione, *tribus duntaxat partibus necessariò constante, negatur, partibus õnibus negatis: subiecto cuilibet parti* Argumento, *cur negetur.*

ZZ

Tetralemma *est Syllogismus, cum prosyllogismis complicatus, in quo quæstio controversa argumento ducto à* Distributione, *quatuor duntaxat partibus necessario cõstante, negatur, partibus omnibus negatis subiecto cuilibet* argumento, *cur negetur.*

AAA

Transpositionis { 1. *Nomen Inversio partium Syllogismi vel Enthymematis. &c*
2. *λόγος. Est occultatio Syllogismi vel Enthymematis &c, cum partes cuius transponuntur.*


Method.

Digitized by Google

BBB
Methodi *dispositio cryptica est, quâ pro ratione temporum locorum & personarum, in explicandis rebus utimur. Huius notetur*

- 1. Finis, *qui est vel*
  - 1. Delectatio.
  - Commotio.
  - *vel*
    - Lectoris.
    - Auditoris.
- 2. Nomen *Dicitur Methodus prudentiæ.*
- 3. *Modi tres*
  - Primus *est, cū lumina quædam omittuntur, ut sunt:*
    - Definitiones.
    - Partitiones.
    - Transitiones.
  - Secundus *est superfluitas sive redundātia vel*
    - Homogeneorū *huius notetur*
      - 1. Nomen. *Dicitur* ἐπιμονὴ, *commoratio in eadem re: item* ἐξήγησις ἐπεξήγησις ἐπεξεργασία, *expolitio.*
      - 2. λόγος. *Est cum eadem res & sententia vel iisdem, vel aliis verbis iteratur: ut, creavit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei creavit eum. Gen. 1. v. 27. &c.*
    - Heterogeneorum. *Vide. CCC*
  - Tertius *est inversio Methodi. Vide. FFF*

Digitized by Google



CCC
Heterogeneorum *redundantia notetur.*

1. λόγος. *Est cum ea adduntur essentiali explicationi alicujus rei, quæ ad ejus tractationem propriè non pertinent.*

2. *Locus qui est. Orationis vel* Principium *hujus notetur*

Nomen. *Dicitur* Exordium. Proœmium. Præfatio.

2. λόγος. *Est quo aditum nobis paramus ad disserendum de re illa, cuius gratia dictio vel scriptio præcipuè est suscepta.*

3. Fines *tres* Benevolentia. Attentio. Docilitas.

4. Inventio *& dispositio, quæ eadem est, cum aliis partibus orationis.*

5. Distinctio *in*

1. Liberum, *quali utimur in re minimè odiosa, nullam auditoris lectoris offensionem verentes.*

Insinuans *in re. vel* Odiosa Tristi *Cuius partes sunt* Narratio *benevolentiæ captatrix.* Petitio Audientiæ. Facilitatis *simplicitatem orationis benè accipiendi.*

2. Simplex. Floridum. *quale est ps. 45*

Reliquus *cursus. Vide. DDD*

Finis. *Vide EEE*

Reliqui

DDD. Reliqui cursus orationis redundantia est vel


Amplificatio, *hujus notetur*

1. λόγ☉. *Est cum sententiæ alicujus explicatio copiosior & auctior efficitur.*

2. Vsus, *Maximus est in Concionibus & orationibus. Nam proposito aliquo* Argumento, *confiematur & illustratur illud Testimonijs & exemplis: redduntur ejus Causæ: ostenditur usus: deducuntur ex eo consectaria, nempe doctrinæ, confutationes, reprehensiones morum, institutiones, consolationes: illustratur remotione oppositorum, prolepsi objectionum, comparatione cum alijs. Amplificationum enim ijdem sunt Loci, qui & probationum.*

Digresio, παρέκβασις, *cum videlicet vel gratiæ vel jncunditatis, vel excitandi causâ assumitur extrinsecus etiam id, quod ex principali explicatione non consequitur. Gen. 2. v. 8, talis extat παρέκβασις, quæ jnterriputa narratione de hominis Creatione, exponit, quod & quale domiciliū fuerit homini per gratiam Dei præparatum. Hac absolutâ instituitur contraria ad rem propositam ἀνάβασις. Cujus exemplum extat Gen. 2. v. 15.*

 Finis


EEE Finis notetur

- 1. Nomen. *Dicitur*
  - Epilogus.
  - Peroratio.
  - Conclusio.
- 2. Partes
  - Brevis ἀνακεφαλαίωσις, *seu summaria repetitio eorum, quæ sunt proposita, capitum.*
  - 2. vel
    - Cohortatio, *ut auditores vel lectores nostræ orationi fidem adhibeant.*
    - Petitio, *ut orationem multò tenuiorem, quàm ut argumenti dignitati ac magnitudini, & auditorum expectationi respondeat, boni consulant.*

FFF Methodi *inversionis notetur*

- 1. λόγος. *Est cum specialia generalibus, vel naturâ & tempore posteriora, naturâ & tempore prioribus præponuntur.*
- 2. Nomen. *Dicitur*
  - ὕστερον πρότερον.
  - 2. ὑστέρωσις.
- 3. Vsus apud
  - Poetas.
  - Oratores.
  - Ipsum *spiritum sanctum*. Dan. *cap.* 2. *v.* 20 & *sequentibus*. *Item Ioh.* 1. *v.* 10. & *alibi*.


FINIS LOGICAE

Logices autori, qui est Pater æternus, æterni λόγου, Filij sui Vnigeniti, cum æterno Spiritu, sit benedictio, gloria laus & imperium in dies æternitatis, Amen, Amen.




Methodus

Cum hæc pagella vacaret, visum est quantumvis ἑτερογενῆ διατύπωσιν hancce de ratione formandi sacras ὁμιλίας adjicere. Quod factum, studiose lector bonam in partem, opinor, interpretabere.



Digitized by Google



Troporum

Digitized by Google

A Troporum *seu* Modificationum *genera sunt duo*

- Primum *est simplex: ut*
  - Metonymia *huius notetur*
    - 1 λόγ℘. *Est tropus consentaneorum, cum nimirum vicissitudo & conversio est eorum.*
    - 2. Modi *Est enim Metonymia*
      - 1. *vel*
        - Causæ *cum scilicet nomen causæ σημαντικὸν pro effecti σημαντικῷ ponitur. Ea est vel*
          - Efficientis *cum causa efficiens pro effectu ponitur: ut, Ceres pro frumento: Bacchus & Liber pro vino: Homerus pro scriptis: Venus pro amore, Mars pro bello: Spiritus Dei pro χαρίσμασι spiritus Dei. Iuel. 2. v. 28 &c.*
          - Materialis, *cum vox Materiam propriè significans pro re effecta ponitur: ut Frumentum pro pane è frumento cocto. Aurum pro nummis aureis. Avena pro fistula ex avena Eclog. Virgil. 1. Ferrum, pro romereas, pro lituo &c.*
        - Effecti. *Est cum vox effectum propriè significans, causæ vicem explet: ut, Noto suspensam & incertam plebem Romanorum obscura spe, & cæca expectatione pendere. Spes obscura dicitur, quia reddit incertos sperantes: & expectatio cæca, quia cæcos & ignaros exspectantes reddit.*
      - 2. *vel*
        - Subiecti *Metonymia est, cum vox subiectum propriè significans pro adiuncto ponitur: ut, Secula pro hominibus seculorum. Tempora, mores pro hominibus in tempore, vel certis moribus viventibus: iam proximus ardet, Ucalegon, pro domus Ucalegontis,* deß nachsten on sorg hauß.
        - Adiuncti *Metonymia est, cum vox adiunctum propriè significans pro subiecto ponitur: ut, Luxuries, pro luxurioso: Crudelitas pro crudeli: avaritia pro avaro: superbia pro superbo: scelus pro scelesto &c.*
  - Ironia *est Tropus à dissentaneo ad dissentaneū: ut, papæ valde agilis vir: id est, minime agilis vir. Heus bone vir, curasti probe: Id est: heus male, curasti improbe. &c.*
- Secundum
  - Comparatum: *ut, Metaphora. Vide. B*
  - Distributum: *ut, Synecdoche. Vide, C.*

Methaphora

Digitized by Google

B

Metaphora *est quando ex simili significatur simile: ut cum*

1. In rebus animalibus *aliud pro alio ponitur: ut, Livius à Catone allatrari est solitus.*

2. Inanima *pro inanimis sumũtur. ut, Classiq; immitit habenas.*

3. Pro rebus animalibus *inanima: ut, Ferro an fato virtus Argivum occidit.*

4 Pro rebus inanimis *animalia: ut, sedet inscius (Metus) alto &c*

C. Synechdoches *notetur*

1. Λόγος. *Est tropus, quo ex parte totũ, aut ex toto pars significatur & intelligitur.*

2 Modi *Est enim Synecdoche vel*

Partis *& vel*

Membri, *cum scilicet vox Membrum propriè significans loco integri ponitur: ut, Mucro pro gladio. Tectũ pro domo; parietes pro domo, Mænia pro urbe. &c*

Speciei, *cum scilicet vox speciem propriè significans, pro genere ponitur: ut, Sex centa licet ejusmodi proferre. Plautus. &c.*

Totius *& vel*

Integri, *cum vox integrum propriè significans, pro membro ponitur: ut, Virgil. Eclog. 1 Pabula gustassent Troia, Xãthumque bibissent; pro, partem pabulorum & partẽ Xanthi.*

Generis *cum vox genus propriè significans, pro specie ejus ponitur: ut, Virtus pro fortitudine: Vrbs pro Troia: populus pro militibus: Consul pro Cicerone: hostis pro Catilina. & c.*

Digitized by Google

- **D.** Figura *est elocutio, qua oratio simplex & Grammatica à recta & simplici cõsuetudine traducitur. Estque vel*
  - 1 τῆς λέξεως, dictionis. *Figura autem dictionis est, qua elocutio vestitur & ornatur dictionibus aptè & iucundè inter se resonantibus. Ea existit in sonorum vel*
    - Dimensione vel
      - Poëtica, *quæ perpetuus certorum spaciorum legibus astringitur. Estque vel*
        - Rhythmus, *qui est numerus poëticus certum numerum syllabarum, inclausula similiter desinentium, continens.*
        - Metrum, *seu versus, qui est Numerus poeticus certos pedes certis locis collocatos habens.*
      - Oratoria, *quæ est numerus spaciorum & syllabarum non incertus quidem, sed tamen & poetico & sibi ipsi perpetuò dissimilis.*
    - Repetitione, *quæ est ejusdem soni, suavitatis aut amplificationis causa, frequẽtatio. Estque Soni vel*
      - Similis, *cũ idem sonus similiter repetitur, idque vel*
        - Continuè, *cum idem sonus continuè, nullo alius vocis interventu, repetitur, in sententia vel*
          - Eadem: *ut in Epizeuxi, in qua idem sonus similiter, & continuè in eadem sententia vel sine vel cum Epenthesi interposita iteratur: ut, Occidi, occidi, Ah Corydõ, Corydõ. Et lõgũ formosa vale, vale, inquit Iola. Virg Ecloga.* 3.
          - Diversa
            - Anadiplosi *Vide. E.*
            - Climace. *Vide.* F.
        - Disjunctè, *cũ idem sonus similiter quidẽ: sed ita repetitur, ut inter repetitionem aliquid intercedat. Hoc fit. Vide. G.*
      - Dissimilis: *ut in*
        - Paronomasia. *Ea Est, qua dictio cũ mutatione vel literæ vel syllabæ simul significationem mutat: ut, Hunc avium dulcedo ducit in avium. Nolo esse laudator, ne videar adulator. Virũ homini navo, an vano, credere malis? Amari iucundum est, si nihil insit amari &c.*
        - Polyptoto. *Vide. H.*
  - 2. τῆς διανοίας, *sententia. Vide.* I.

Anadi-

Digitized by Google

E Anadiplosis *est, qua idem sonus in clausula sententiæ præcedentis, & in principio sequentis iteratur: ut,* Deiphobumq; *videt lacerum crudeliter ora: Ora manusq; ambas. Virg. Æneid.* 8.

F Climax *gradatio est cum Oratio tribus aut compluribus gradibus ita progreditur, ut antecedens sequenti loco prius repetatur, quàm proximum assumatur: ut, Nec verò se populo solum sed senatui commisit, nec senatui modò, sed etiam publicis præsidiis & armis neque his tantum: sed eius potestati cui senatus totam Remp. commisit pro Milone. In urbe luxuries creatur: ex luxurie avaritia existat necesse est, ex avaritia erumpat audacia: unde omnia scelera & maleficia gignuntur. Cic. pro Rosc Amer.*

G Hoc fit in loco vel

Vno: ut in
- Anaphora, *qua idem sonus in principiis clausularū repetitur: ut, Caruit foro postea Pompeius caruit senatu: caruit publico. Cic pro Milone.*
- Epistrophe, *qua idem sonus in fine clausularū repetitur: ut Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare &c. Cic pro Marcell.*

Diversis ut in
- Epanalepsi, *qua idem sonus in principio & fine sententiæ similiter repetitur: ut, Non est est flagitium, adolescentulum scortari, neque potare, non est. Terēt in Adelph. Ambo florētes ætatibus Arcades ambo Virg Eclog* 7.
- Epanodo, *qua idem sonus in principio & medio, vel in Medio & fine repetitur: ut, pacem meam relinquo vobis: pacem illam meam do vobis: non prout mundus dat, ego do vobis Ioh* 14. *v* 27. Γηραιὰ ἀλώπηξ μόλις ἁλίσκεται, ἀλλ' ὅμως ἁλίσκεται, *id est, Annosa vulpes ægrè capitur, attamen capitur, Proverbium.*

H. Polyptotō *est quo voces eiusdem thematis, seu originis alia atq; alia terminatione repetūtur: ut, Omnia vincit amor, nos & cedamus amori. Si canimus sylvas, sylvæ sunt consule dignæ.*

Digitized by Google

1 Figura τῆς διανοίας, *seu sententiæ est qua* [illegible] *versatur velin*

Logismo *quæ est figura sententiæ qua sine collocutione sola deliberatione & cogitatione sententia figuratur. Eius genera sunt*

1. Exclamatio *est figura in Logismo per nomina, adverbia & varias interjectiones, affectuum videlicet notas expressa aut intellecta: ut, O terque, quaterque beati &c. AEneid. O mulier, magna est fides tua, Math. 15 v. 25. Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Virg. AEneid.* 1

2 Revocatio *sui est qua quidpiam quod vel dicturi eramus vel iam diximus, certis de causis revocamus. Estque vel*

Correctio *qua res positas & affirmatas repente corrigimus: ut, Firmissimum exercitum invicto genere veteranorum militum comparavit, patrimoniumque suum effudit: quamquam, non sumus usi eo verbo, quo decuit. Non enim effudit: sed in salutē Reipublicæ collocavit. Cic. philip* 3

Reticentia, *qua orationis cursus ita abrumpitur ut pars eius aliqua ferè principalis reticeatur ut, Quos ego: sed motos præstat componere fluctus Virg. AEneid.* 1.

3. Apostrophe *est, quâ oratio ad aliam quandam rem, quàm orationis cursus institutus & rectus postulat, convertitur: ut, Vos ô clarissima mundi lumina, labentem, cæloque ducitis annũ, Liber & alma Ceres. Virgilius Georg.* 1.

4. Prosopopæia *est, qua persona nostra deposita, aliud quiddam convenienter & decenter loquens facimus & introducimus: ut, Cic Verr.* 1 *Sicilia tota, si una voce loqueretur, hoc diceret: Quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus, sedibus, delubris fuit &c id mihi tu C. Verres eripuisti: &.*

Dialogismo. *Vide. K*

Dialo-

K
Dialogismus *est, cum oratio quasi colloquendo & sermocinando conformatur & exornatur. Consistitque vel in*

Interrogatione *in qua versatur*

Deliberatio, *qua de rebus & dubiis & certis deliberatur. Estque vel*

1. Addubitatio, *qua ipsi nobiscum de rebus aut dicendis aut faciendis deliberamus, disquirimus, rogamus: ut, Quid primum querar? aut unde potissimum exordiar? aut quod, aut a quibus auxilium petam? &c.*

2. Communicatio, *cum quis bonitate & certitudine causæ suæ fretus, alium aliquem in consilium adhibet, sententiamque rogat: ut Gen. 18. v. 13 & 14. utitur Abraham communicatione hac ad Deum: Nunquid etiam disperdes iustum cum impio: &c*

Occupatio *cum alieni consilij interrogationem ita occupamus & anteverti mus, ut ad eam simul respondeamus diluendam: ut, Math. 11. v. 26. Servator inquit: Etiam Pater, quia ita placuit tibi. Cic. 1. off. Quamquam te Marce fili, annum iam audientem Cratippum, idque Athenis. &c.*

Responsione *quæ consistit vel in*

Permissione, *quâ licentia, potestas aut laus facti alicujus conceditur, ut reliqua, quæ ad institutum nostrum faciunt magis exaggerari possint: ut, Tribuo Græcis literas, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam, denique etiam si qua sibi alia sumunt, non repugno: Testimoniorum religionem & fidem ista natio non coluit. Cic. pro Flacco.*

Concessione, *quâ dictum aliquod, aut argumentum adversario ita conceditur, ut ipsius causa noceatur, nostra vero commodetur. Verr. 7: Sit sacrilegus, sit fur, sit flagitiorum omnium vitiorumq. Princeps: at est bonus imperator. AEneid. 10: Italiam petiit fatis autoribus: Esto.*

L. Pronunciationis (quae est ornata cogitationis enunciatio.) partes [illegible]

Vox auribus debita. Huius notetur

1. Bonitas q̃
- Primum *optanda nobis.*
- Deinde *quaecunque ea fuerit, tuenda & exercenda.*

2. Modus: *Omnia proferetur sono vocis, rebus, quae dicitur, accommodato*

3. Praeceptum *generale Unum: ne sit*
- Gravissima, *nam submissio illo murmure debilitatur omnis intentio.*
- Acutissima. *Omnia namque dicere clamose insanum est.*

4. Virtus *est crebra mutatio.*

5 Vitium *μονοτονία.*

6. Moderatrix *varietatis vocalis est animi cogitatio. Haec enim sima causa est pronunciationis, ut vox sit animi interpres ac nuncia. Sunt enim voces ut nervi in fidibus: atque ita sonant, ut à motu animi sunt pulsa.*

7 Obiectum *sunt vel*
- Singula verba. *In horum pronuncatione, troporum genera, si qua insunt actuosa, reluceant necesse est: Non enim aliter Ironia, neque Metaphora illustrior & animosior intelligeretur.*
- Tota sententia, *in qua figurae omnis generis affectusque comprehendũtur. Hic est cantus quidam de quo Tullius in Oratore & Fabius: Is consistit in vocis flexione, seu intensione & remissione.*

5. Diversitas *in affectibus: ut in*
- Miseratione *vox erit flexibilis, plena, interrupta flebilis.*
- Iracundia *vox erit acuta, incitata, crebro incidens.*
- Metu *& verecundia contractus & haesitans sonus est.*
- Voluptate *tenerum, lene, effusum, hilaratum vocis genus optatur.*
- Dolore *(extra commiserationem) grave quiddam & imo pressu ac sono obductum requiritur.*
- Blandiendo, *satisfaciendo rogando levis vox & submissa est. &c.*

Actio *seu* gestus, *oculis tributus. Vide M*

Actionis

M. Actionis & gestus lex [illegible]

- Præstantia. Nam
  - Est sermo
    - Rerum
      - Animatarum: ut,
        - Hominũ omnium. *Hæc enim imperiti, hæc vulgus, hæc denique barbari maximè commoventur. Verba enim neminem movent, nisi eum qui eiusdem linguæ societate cõiunctus est: sententiaq; sæpe acuta, non acutorum hominũ sensus præter volant. Actio verò quæ præ se motum animi fert, omnes movet: iisdem enim omnium animi motibus concitantur, & eos iisdem notis in aliis agnoscunt & in se ipsi iudicant. Argumẽto magno est Pantomimus, qui solo gestu, sine voce, omia spectantibus significat: ut gestus in tanta per tot gentes linguarum diversitate, tanquam communis hominum sermo esse videatur.*
        - Bestiarum, *quæ signis affectus suos enunciant.*
      - Inanimatarum. *Sic enim picturæ & imagines tacitè loquũtur.*
    - Corporis: *ut, Cicero nominat.*
  - In ea *Cicero & Demosthenes duo summi oratores summum studium posuêre. Quintilianus autor est chironomiam ab heroicis usque temporibus repetitam, ab ipso etiam Socrate probatam, a Platone quoque in parte civilium positam virtutum.*
- Præcepta de gestu
  - Totius corporis *in quo consideranda sunt*
    - Gestus Virilis, *de quo lex una summa est, ut omnes vocis flexiones subsequatur, non hic verba exprimens scenicus: sed universam rem & sententiam non demonstratione, sed significatione declarans, laterum inflexione hac forti & virili, non ab scena & histrionibus, sed ab armis aut etiam à palæstra. Trunco igitur totius corporis orator seipsum moderetur. gesticulatio autem ridicula est.*
    - Status corporis, *qui sit secũdum naturam erectus & excelsus. Contraria nutatio & vacillatio indecora est.*
  - Partium corporis *Vide. N.*

j. Partium corporis item sua quædam ratio est: aliquarum quidem

- Virtutes expositæ sunt, ut:
  - 1
    - Capitis, *et eq. præcipua cum illo corporis statu consentientis. Sed*
      - Modestia & *metus demisso capite significatur: id quod Virgil. in Didone & Homerus in Vlysse proponit: eòque gestu par est Ciceronis timorem in principiis significatum esse.*
      - Aspectus *vertitur eòdem, quò gestus corporis: exceptis, quæ aut damnanda aut removenda sint, ut videamur aversari. Solo tamen capite gestum facere, vitiosum scenicis doctoribus visum est.*
    - Frontis: *quam ferire in dolore, Ciceroni videtur oratorium. Fabio scenicum.*
    - Oculorum. *In ore ac vultu sunt omnia: in eo autem ipso dominatus est omnis oculorum. Vultus autem imago est animi, indices oculi. Quare cum effeceris, ne quid ineptum aut vultuosum sit, tum oculorum magna debet esse moderatio, qui quot animi motus sunt, tot significationes & communicationes habent. Tullius in Pisonem cavillatur ineptum & discrepantem oculorum motum.*
  - 2
    - Brachii. *Nam brachium procerius proiectum, quasi quoddam telum orationis est, continuosque acdecurrentes locos maxime decet, & cum speciosius quiddam, uberiusquè dicēdum est. Sinistrum vero brachium, si quid eo agendum sit, eò usque allevandum est, ut quasi normalem angulum faciat.*
    - Manus. *Manus enim minus arguta, digitis subsequens verba, non exprimens, tantum potest, ut sine hac trunca videatur actio. Nam cæteræ partes loquentem adiuvant, manus propè ipsa loquitur. Sinistra autem sola, nunquam gestum facit: dextræ sese frequenter accommodat. Quantus vero sit iunctarum manuū gestus, pleraque in poetis illustria exempla demonstrant. Manus vero complodere est scenicum.*
    - Digitorum. *Vide. O*
- Vitia *ferè notata sunt maiorà, quam illæ virtutes, ut*
  - Pectoris & *ventris, quæ proijcere vitium est, cædere etiam pectus: Fabio scenicum.*
  - Fæmoris. *At id ferire, quod Athenis primus fecisse creditur Cleon, [illegible] & indignatos decet, & excitat auditorem.*
  - Pedū. *In dextrū ac [illegible] latus vacillare, alterni pedibus insistere [illegible] [illegible] pedis in contentionibus [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible] est.* Digito-

Maximè, *quo medius digitus in pollicem contrahitur, explicatis tribus, duoque medij sub pollicem veniunt: & gestus est instantior & tribus pollice pressis.*

Indicis, (*quo Crassũ in exprimendo animi dolore atque impetu scienter usum significat Antonius:*) *qui*

- Inexprobrando *& indicando*
  - Allevata *aspectante humerum manu paulum inclinatus affirmat.*
  - Versus *in terram & quasi pronus urget.*
- Aliquando *pro numero unitatis est.*

Complicatorum *digitorum. Est enim & ille verecundæ orationi aptissimus, quo quatuor primis leviter in summum coëuntibus digitis non procul ab ore aut pectore fertur ad nos manus, & deinde prona ac paululum prolata laxatur. Quintilianus credit hoc modo cepisse Demosthenem in illo pro Ctesiphonte timido, summissoque principio: sic item formatā Ciceronis manum, cum diceret Si quid est in me ingenij, &c.*

Pacificator *in statuis, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachio ab aure protenso, manum infesto pollice extendit: qui quidem maximè placuit ijs, qui se dicere sublata manu iactabant.*

FINIS RHETORICAE.

ASTRONOMICAE SCIENTIAE DIAGRAPHE.

Astronomiæ, quæ [illegible] partes sunt duæ

Sphærica, quæ circa primum mobile [illegible] quod motu primo super polos & axem Mundi seu æquatoris ab ortu in occasum 24 horis circulariter volvitur.) Hujus notetur

Imago, quæ est sphæra Materialis. Cujus observetur

1. λόγ☉. Est enim sphæra Materialis, seu artificialis, sphæræ Naturalis, seu ultimi cæli quatenus movetur effigies, ex certis quibusdã circulis artificiose, tanquàm in una corporis globosi circumferentia descriptis extructa, qua omnis primi motus ratio demõstratur.

2 Divisio, ratione positus in sphæram

- Rectam, in qua uterque polus sphæræ est in horizonte.
- Obliquam, in quam alter polorum sphæræ elevatur (non tamen perpendiculariter) super horizontem, alter infra eandem deprimitur.
- Parallelam, in qua poli sphæræ cum polis horizontis uniuntur.


3 Partes, quibus constat: quæ sunt

- Centrum, quod est globulus ille in sphæræ Materialis medio, repræsentans terram centrum mundi Naturalis, à quo omnes rectæ ad cælum eductæ sunt inter se æquales.
- Axis, qui est linea recta, à polo per centrum sphæræ ad polum ducta, circa quam immobilem sphæra volvitur.
- Poli, qui sunt duo extrema axis sphæræ puncta, quibus veluti ianua cardinibus vertitur: horum alter
  - Supra horizontem, dicitur septentrionalis, Arcticus, Borealis, Aquilonaris.
  - Infra horizontem nobis qui latet dicitur Meridionalis, Antarcticus, Australis, Notius.
- Circuli, qui sunt circulares eius armillæ, congrua dispositione distinctæ, repræsentantes certos cæli ultimi tractus, quibus ipsum in partes locis distinctas dividuum est: & per quos phænomena Motus eius demonstrantur. Vide. ♌.

Phænomena. Vide. ♋.

Theorica, quæ planetarum motum (qui secundus & proprius dicitur, & super polos & axem zodiaci ab occasu versus ortum circulariter) per Theorias eorum singulas exquirit. Hujus notentur

- Orbes Theoriarum. Vide. ♎
- Apparentiæ secundorũ mobiliũ. Vide. ♍



A. Horum notentur

- **Distinctio. Alij enim sunt**
  - 1 vel
    - Maximi *vel* magni *vel* Maiores: *ut,*
      - Æquinoctialis. *Vide. E.*
      - Zodiacus. *Vide. D.*
      - Duo coluri. *Vide. I.*
      - Horizon. *Vide. L*
      - Meridianus.
    - Minores: *ut sunt*
      - Duo tropici.
      - Duo polares.
  - 2 vel
    - Mobiles: *ut,*
      - Æquinoctialis,
      - Zodiacus.
      - Duo Coluri.
      - Duo tropici.
      - Duo polares.
    - Immobiles: *ut,*
      - Horizon.
      - Meridianus.
  - 3 vel
    - Paralleli: *ut,*
      - Duo polares.
      - Duo tropici.
      - Æquinoctialis.
      - Horizon parallelus.
    - Obliqui: *ut,*
      - Zodiacus.
      - Horizon *obliquus.*
    - Recti. *ut,*
      - Duo coluri.
      - Meridianus.
      - Horizon rectus.
- **Partitio circulorū in sectiones. Quarū notentur**
  - Numerus. *Quilibet circulus (ut & orbis) 360 habet sectiones. Et quælibet sectio rursus secatur in 60. sexagesimas, & quælibet harum sexagesimarum in alias 60. sexagesimas, & sic deinceps.*
  - 2 Nomina.
    - Trecentesimæ *sexagesimæ partes dicuntur*
      - 1. Generaliter
        - Gradus.
        - Partes.
      - 2 In *specie, si de*
        - Zodiaco *agatur, gradus.*
        - AEquinoctiali, *tempora.*
        - Cæteris circulis, *partes.*
    - Partium *superiorum sexagesimæ generaliter dicuntur vel*
      - Minuta.
      - Scrupula.
      - Horū *sexagesimæ dicūtur minuta prima: primorū sexagesimæ Minuta secūda: [illegible] dorū sexagesimæ dicuntur tertia Minuta & sic deinceps. At in primis [illegible] mus. Cætera enim nō nisi per analogia [illegible] t scunt.*

AEqu

1 λόγος. *Est enim circulus sphaerae maximus mobilis, à polis sphaerae aequidi-* 3
stans.

2 Nomina
- 1. ἰσημερινός, *aequinoctialis.*
- 2 AEquator.
- 3. Parallelorum
  - Medius.
  - Maximus.
- 4. Cingulum *primi motus.*

1. Usus & Officia
1. Est mensura *primi motus, quia solus circulorum in recta & obliqua sphaera ad motum sphaerae aequaliter movetur, ad axem erectus existens ab omni horizonte bifariam eodem loco divisus.*
2. Est mensura *temporis, quia temporum, quae sol sub Zodiaco incedens describit, quantitatem terminat, & metitur.*
3. Ostendit *in Ecliptica duo puncta aequinoctialia: dum duobus in locis eam intersecat, quae loca sunt principia Arietis & Librae, in quibus à polis mundi Sol aequaliter abest, & aequinoctium efficit in universa terra, nostro seculo ad* 10. *vel* 11. *Martij, & ad* 13. *vel* 14. *Septembris.*
4. Est mensura *Anomaliae zodiaci, omniumque eius signorum & graduum.*
5. Dividit *sphaeram in medietatem borealem, in qua polus septentrionalis est: & in meridionalem, in qua polus est austrinus.*
6. Dividit *Zodiacum in signa septentrionalia & meridionalia.*

7 Affectiones circulo numerantur stellarum, seu quae idem est graduum Eclipticae, aut cujuslibet puncti caeli vel
- 1. Declinatio, *quae est arcus circuli declinationis, scilicet Horizontis recti seu meridiani, interceptus inter aequinoctialem & centrum stellae vel quodlibet datum punctum: vel est distantia dati puncti ab aequinoctiali versus alterutrum polum brevissima.*
- 2 Ascensio et descensio, quae est vel
  - Recta, *quae est arcus aequinoctialis interceptus inter locum verum aequinoctij verni & circulum declinationis, dati cuiuscunque puncti caeli. Circuli declinationum autem non possunt omnes fabricari, praeter duos coluros, qui ex eorum numero sunt. Horizon vero rectus, sicut & meridianus eos omnes potest supplere.*
  - Obliqua. *quae est arcus aequinoctialis interceptus inter locum verum aequinoctij verni & illud punctum aequatoris, quod una cum data stella supra horizontem exoritur vel sub eundem descendit:*
- 3 Differentia *ascensionalis, quae est arcus aequatoris, quo ascensio vel descensio stellae recta vel obliqua inter se differunt.*
- 4 Amplitudo *ortiva, quae est arcus horizontis interceptus inter aequinoctialem & ortum dati alicuius puncti in caelo.*

8
9. ... *sur*, C
10

C. In Geographia Hujus ope numeramus locorum in globo terreno
- Longitudinem, *quæ est arcus æquinoctialis, interceptus inter duos meridianos, quorum alter per Insulas Fortunatas, alter per verticem loci ducitur.*
- Latitudinem, *quæ est arcus Meridiani interceptus inter æquinoctialem & verticem vel Zenith loci.*

In γνωμονικῇ *ad conficienda sciaterica, seu horologia solaria: circuli hujus beneficio horarum justa spacia distribuuntur.*

In Astrologia. *Mensura est hic circulus distinctionũ domiciliorum, & directiones gubernat: quibus artificiosa prædictione eventuum tempora innotescunt.*

D. Zodiacus. *Hujus notetur*

1. λόγ☉. *Est enim circulus sphæræ maximus mobilis, sub quo Planetæ perpetuò versantur.*

2. Differentia *à reliquis omnibus circulis. Hic enim solus latitudinem habet. Cæteri tantùm velut circulares lineæ in sphæra descripti intelliguntur.*

3. Nomina. *Dicitur*
- Zodiacus *ab animalium signis in eo depictis.*
- Σημειοφόρ☉, *Signifer.*
- Circulus *signorum; duodecim videlicet.*
- κύκλ☉ λοξὸς, *circulus obliquus.*

4. Linea *Media. Hujus notētur*
- 1. Nomina
  - Ecliptica, *quia luminaria tantùm sub hac linea deficiunt.*
  - κύκλ☉ ἡλιακὸς, *circulus solaris,* der sonnen circkel. *&c.*
- 2. Definitio. *Est enim Ecliptica circuli sphæræ maximi mobilis.*

5. Divisio *secundum vel*
- Latitudinem, *quæ ab Ecliptica vergit vel in* Septentrionē / Austrũ — *Hujus* quantitas *est graduum* Duodecim. / Sedecim, *secundum recentiores.*
- Longitudinem, *cujus ratione dividitur in partes duodecim, quæ signa vel δωδεκατημόρια di untur, quorum quod libet habet 30. gradus: unde Zodiaci longitudo est graduum 360. Signorũ horum notetur.* *Vide. E.*

6. Vsus. *Vide. H.*

Signo-

P. Signorum. Notetur

1. Numerus duodenarius. Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.

2. Characteres. ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍, ♎, ♏, ♐, ♑, ♒, ♓.

3 Initiũ, *quod est sectio Zodiaci & aequinoctialis verna, tanquam pũctum maximè principale inter cardinalia, quorum sunt quatuor.*

1. Quo *sol in Boream attollitur, vernale dictum.*
2. Quo *sol in Austrum descendit, autumnale dictum.*

Per hac transiens, aequinoctium procreat in universa terra.

3 Quo *sol ab aequatore longissimè digressus ad Boreã vergit, aestivũ dictũ*
Quo *sol ab aequatore lõgissime digressus ad Austrũ vergit, hyemale dictũ*

Per hac meãs sol, pedem sistit, & solstitium efficit.

Distinctiones in signa

1. Septentrionalia *qualia sunt*: Aries. Taurus. Gemini. Cancer. Leo. Virgo
Australia: *ut sunt, Libra, scorpius sagittarius, capricornus, Aquarius, pisces.*

2. Ascendentia *ex austro cum sole & reliquis planetis in Septentrionẽ: ut, Capricornus, aquarius, pisces, aries, Taurus, gemini.*
Descendentia *cum sole & reliquis planetis ex septentrione in austrũ: ut, Cancer, Leo Virgo, libra, scorpius, sagittarius.*

3. Alia sunt

Vernalia, *nimirum signa primi quadrantis, quibus Sol tempore veris à verno aequinoctio ab aequatore in Boream receduñt, ut,* Aries. Taurus. Gemini

Aestiva, *nimirum signa secundi quadrantis, quibus Sol in aestate a solstitio aestivo ad aequatorem revertitur ut* Cancer. Leo. Virgo.

Autũnalia *signa videlicet tertij quadrãtis, quibus Sol in autumno ab autumnali aequinoctio, ab aequinoctiali in austrum descendit: ut,* Libra. Scorpius. Sagittarius.

Hyemale *signa nimirum quarti quadrantis, quibus Sol tempore brumae post solstitium hybernum ad aequatorem denuò ascendit: ut,* Capricornus Aquarius. Pisces.

4 Vide F.

5. Vide G

F. Signa. Alia sunt

- Cardinalia, *quæ cardinalibus punctis proximè succedunt: ut,*
  - Aries.
  - Cancer.
  - Libra.
  - Capricornus
- Media, *quæ inter cardinalia & communia locantur, & fixa dicuntur, quòd sole in eis constituto perfectiorem aeris temperiem experimur, quàm in cardinalibus est: ut,*
  - Taurus.
  - Leo.
  - Scorpius.
  - Aquarius.
- Communia, *quæ & fixorum præcedentium & cardinaliū sequentium naturam communiter participant: & δίσωμα, bicorporea dicuntur, ab imaginibus octavæ sphæræ, quæ duplicatæ pinguntur: ut,*
  - Gemini.
  - Virgo.
  - Sagittarius.
  - Pisces.

G. Signa. Alia sunt

- Primæ *triplicitatis seu Trigoni: ut*
  - Aries.
  - Leo.
  - Sagittarius.
  - *Dicitur Trigonus Igneus.*
- Secundæ *triplicitatis seu Trigoni: ut,*
  - Taurus.
  - Virgo.
  - Capricornus
  - *Dicitur Trigonus Terreus.*
- Tertiæ *triplicitatis seu Trigoni: ut,*
  - Gemini.
  - Libra.
  - Aquarius.
  - *Dicitur Trigonus Aereus.*
- Quartæ *triplicitatis seu Trigoni: ut,*
  - Cancer.
  - Scorpius.
  - Pisces.
  - *Dicitur Trigonus Aqueus.*

Digitized by Google

1 Sicut *Æquinoctialis primi motus: ita Zodiacus vel Ecliptica secundorum mobilium mensura est. Ipsa enim omnia in motibus suis hunc circulum, ejusque polos observant. Sol enim sub Ecliptica perpetuò incedit, ab ea ne minimum quidem digrediẽs. Cæteri Planetæ ab Ecliptica ultra suos definitos limites non exspaciantur: nec tamen extra Zodiacum evagantur. Stellæ fixæ autem, ubi toto cælo sint, distantias suas ab Ecliptica, quas olim habuerunt, strictissimè hodieque tuentur.*

2. In hoc *circulo numerantur stellarum*
- Fixarum
- Erraticarũ
- Cujuscunque *puncti cæli*

vel

- Longitudinem, *quæ est arcus Eclipticæ interceptus inter locum verum æquinoctij verni & circulum latitudinis stellæ, qui est circulus magnus mobilis, per polos, Eclipticam & datam stellam ductus. Ex taliũ circulorũ latitudinis numero est colurus solstitiorũ.*
- Latitudinẽ, *quæ est arcus circuli latitudinis inter Eclipticam et centrum stellæ interceptus, hoc est, Est distantia stellæ ab Ecliptica versus alterutrum polorum Eclipticæ brevissima.*

3 Iuxta *hujus circuli partes totum cælum, adeoq; totus Mundus in 12. signa tribuitur. Unde ejusdem gratia stellæ tàm fixæ quàm erraticæ, quin & repentinæ, quales sunt cometæ, aliaque Meteora in hoc aliove signo esse dicuntur.*

4 In hoc *circulo notantur gradus signorum, cum quibus stellæ, tàm in recta, quàm obliqua sphæra oriuntur & occidunt.*

5. Obliquitas *Eclipticæ causa est inæqualitatis dierum tàm naturalium in utraque sphæra, quàm artificialium in obliqua sphæra.*

6. Hic circulus *describit præcipua anni tẽpora: nimirũ Annũ motu solari, Mẽnstruũ motu lunari, & 4. anni partes, ver, æstatem, autumnũ, hyemem: quibus addi potest Annus Magnus Platonicus, cõstans una revolutione stellarũ fixarũ super polos zodiaci, si modo Mundũ tantũ tẽpus edurare summus Opifex vellet.*

7 Ecliptica *monstrat loca & tempora Eclipsium Solis et lunæ: [illegible] sub ipsa defic[illegible].*

8. Sicut ab *obliquitate Eclipticæ positus seu delineatio Tropicorum: ita à polis ejus polaris [illegible]catio dependet.*

9 Obliquitate *ejusdem tàm zonæ quàm Climata determinantur.*

10. Præcipuo *[illegible] usui est in Astrologia. Etenim ipse cuspides domorum distinguit: in eo aspectus & configurationes planetarum observantur: præcipuum judicium tàm in Thematibus, quàm in revolutionibus & directionibus ab hoc circulo desumitur.*

 Coluro-

I. Colurorum. Notetur

1. λόγος. *Sunt circuli sphæræ maximi mobiles, per polos sphæræ ducti.*
2. Nomen. *Dicuntur circuli declinationum.*
3. Usus communes.
   1. Fulciunt *sphæræ materialis circulos mobiles.*
   2. Sectione *sua mutua monstrant & sustinent polos sphæræ.*
   3. Monstrant 4. *Ecclipticæ puncta cardinalia: nimirum* 2. *solstitialia &* 2 *æquinoctialia.*
   4. Dividunt *Eclipticam in* 4. *quadrantes, quibus Sol* 4 *anni partes definit.*
   5. Notant *puncta Eclipticæ, quibus Sol vel æqualiter à polis sphæræ abest, vel ad alterum quam proximè accedit.*
   6. Distinguit *Eclipticæ & æquinoctialis quadrantes, qui in sphæra recta æqualiter cooriuntur.*
4. Species. *Est enim alius*
   - Æquinoctiorũ. *Hujus notetur*
     1. λόγος. *Est circulus sphæræ maximus mobilis, per polos sphæræ & puncta æquinoctialia ductus.*
     2. Usus
        1. Monstrat *sectione sua cum Ecclipticæ puncta æquinoctialia, quibus scilicet Ecclipticæ & æquator sese intersecant, & sol in iis æquinoctium efficit in universa terra, exceptis regionibus sub sphæra parallela.*
        2. Dividit *Eclipticam in Medietatem septentrionalem & meridionalem, non aliter quàm ipse æquinoctialis.*
        3. Discernit *signa, in quibus Sol efficit dies longiores noctibus, ab iis signis, quibus dies breviores noctibus fiunt.*
        4. Docet *quæ medietates Eclipticæ & æquatoris in sphæra obliqua æqualiter cooriantur.*
        5. Designat *duo alia solstitia in sphæra recta, quibus sc: Sol per Zenith transit.*
   - Solstitiorum. *Hujus notetur. Vide.* K.

Coluri

K. Coluri Solstitiorum notetur

1 λόγ ♋. *Est circulus sphæræ maximus mobilis, per polos sphæræ & puncta solstitialia ductus.*

Vsus

1. Sectione *sua cum Ecliptica mõstrat duo puncta solstitialia seu tropica, in quibus fiunt sôlis stationes seu conversiones: quorum alterum nobis, qui extra tropicos habitamus, dicitur æstivũ, seu altum, in principio cancri, quãdo æstate Sol in Meridiano altissimus est, & zenith nostro proximus: Alterum hybernum, seu imum, in principio capricorni, quando sol hyeme in meridiano humilimus & à Zenith nostro remotissimus est. Illis autem qui intra* Tropicos *degunt, duo alta et duo ima sunt solstitia. Duo quidem alta, Sole per Zenith (quo aliud punctũ supra horizontem altius non est.) transeũte, quod fit duobus Eclipticæ locis, à principio cãcri vel capricorni æqualiter remotis: Duo vero ima, sole in punctis Tropicis, (quæ à Zenith ipsorum versus polos utrinque sunt remotissima.) constituto.*

2. In hoc *circulo, arcu nimirũ inter æquatorẽ et Eclipticam intercepto, metimur maximam Solis declinationem, seu obliquitatem Eclipticæ: quæ fuit*
- Tempore *Ptolomæi:* Graduum. 25. Scrupulorum. 51. Sectionum 20.
- Nostro: *ita decrevit ut hodie sit* Graduum. 23. Scrupulorum *ferè* 28.

3. Indicat *loca Eclipticæ, quibus Sol ad zenith nostrũ proximè accedẽs efficit diem artificialẽ lõgissimã, vel ab eodẽ lõgissimè refugiẽs, brevissimã.*

4. Zodiacum *dividit in Medietatem ascendentem & descendentem.*

5. Distinguit *signa, quæ in sphæra obliqua rectè, et quæ obliquè oriuntur Medietas enim descendens oritur rectè: ascendens obliquè.*

6. Notat *puncta Eclipticæ, quibus maxima differentia ascensionum rectarum & obliquarum contingit.*

7. Distinguit *signa, in quibus sole cõstituto dies artificiales augentur, noctibus decrescẽtibus, ab ijs, quibus dies minuũtur augescentibus noctibus.*

8 In hoc *circulo sunt poli Zodiaci: eorumq́; distantiam à polis æquinoctialis in eodem numeramus, quæ æqualis est obliquitati Eclipticæ, seu declinationi Solis maximæ.*

9. In hoc *circulo determinãtur latitudines zonarũ. Duplicata enim Eclipticæ obliquitas, zonæ torridæ: distantia polorũ Eclipticæ et æquatoris frigidarũ: et residui duo arcus temperatarum latitudinem terminant.*

L. Horizontis notetur

1. λόγος. *Est circulus sphæra maximus immobilis, à puncto verticali (quod directo vertici capitis, sive cujusque loci superimminet) æquidistans.*

2. Nomina
- 1. Totius, *dicitur*
  - 1. ὅρος τῆς ὄψεως, *terminus & finis visionis, apparentem mundi partem, ab ea quæ occultatur definiens.*
  - 2. Finiens, *finitor.*
  - 3. Terminus *cæli.*
  - 4. Circulus *hæmisphærij.*
  - 5. Gyrus *terrestris.*
- Partium
  - Orientalis *dicitur ab Astrologis*
    - Horoscopus.
    - Domus *prima.*
  - Occidentalis
    - Domus *septima.*
    - Cuspis *septima domus.*

3. Centrum *est Terræ centrum, vel potius oculus noster in terræ superficie, definiens partem Mundi apparentem.*

4. Numerus. *In sphæra Materiali vnicus potest sufficere, etsi plures sint, singuli singulis punctis terræ secundum longitudinem & latitudinem debiti.*

5. Distinctio
- 1. In
  - Rectum, *in cujus plano incumbit axis Mundi: seu, qui æquinoctialem ad angulos rectos secat.*
  - Obliquum, *super quem alter polorũ sphæræ attollitur: alter infra eundem deprimitur: seu, qui æquatorem ad angulos obliquos secat.*
  - Parallelum, *In cujus polos sphæræ cardines incidunt: seu qui æquatoris plano vnitur.*
- 2.
  - Rationalem, *quem supra definivimus.*
  - Sensibilem *duplici modo*
    - 1. Est tanta *terræ portio in quanta phænomena cæli (ut sunt ortus & occasus stellarum, altitudo poli, quantitates & initia dierum & noctium, item aëris temperies &c:) ad sensum non mutantur.*
    - 2. Est circulus *qui in globi terreni superficie rotunda determinant segmentum quousq; visus extendi potest. Nam ultra hunc visus, tumore rotunditatis terræ impeditus loca posita non cernit.*

6. Vsus, *Vide.* M.

Digitized by Google

M. Vsus

1. Dividit *spharam in medietatem visui patentem seu superam, & occultam seu inferam.*
2. Meridiani *descriptio in sphara ab Horizonte dependet, transit enim per ejus polos.*
3. Ostendit *differentiam sphara recta, obliqua & parallela.*
4. Horizon *obliquus secernit stellas perpetuò apparentes & perpetuo lacentes ab ÿs, qua oriuntur & occidun.*
5. In hoc circulo *notantur stellarum & cujuscunque puncti cœli Ortus seu ascensio & occasus seu descensio.*
6. Ostendit *qui gradus Ecclipticæ, quod tempus seu pars æquinoctialis cum quovis cœli puncto tàm in recta quàm obliqua sphæra ascendat. Hinc hora ortus & occasus cujusque puncti in cœlo innotescit.*
7. Cujusque *puncti cœli differentiam ascensionalem determinat.*
8. In hoc circulo *numeratur amplitudo ortiva cujusq; puncti cœli.*
9. Causa *est diei & noctis artificialis*
10 Ostendit *causam æqualitatis dierum & noctium artificialium in sphæra recta, & inæqualitatis in sphæra obliqua.*
11. Ostendit, *quæ stella, aut quæ partes cœli, quovis momento in hæmisphario nobis conspicuo sint: item quæ φαινόμενα cœlestia, qualia sunt Eclipses, conjunctiones stellarum cum Luna &c. nobis apparere possint & qua non.*
12. Ab eo *numeramus crepusculum matutinum. Sol enim oriturus, quando 18. vel 19. gradibus in circulo verticali numeratis ab horizonte abfuerit, aëris superior regio illuminari & crepusculum incipit. Sic si totidem gradibus post occasum descenderit, crepusculum desinit.*
13 In Geographia *ab hoc numeramus elevationem poli & æquinoctialis, quibus de latitudine cujusque loci certiores simus.*
14. In γνωμονικῇ *hujus circuli beneficio horas usurales tàm æquales quàm planetarias, de die & nocte, cœlo sereno, cognoscimus.*
15. In Astrologia *in constituendo themate, omnis distinctio domiciliorum ab eo dependet: Initium enim sumitur ab horiscopo seu oriente quem horizõ (sicut & domum septimam seu occasum) designat.*

N. Meridiani notetur

1 λόγος: *Est circulus sphara maximus immobilis, per polos mundi et horizontē ductus.*

2. Nomina. *Dicitur*
- μεσημβρινός.
- Meridianus.
- Circulus *Medij diei.*
- Circulus *Media noctis.*
- Medium *cæli.*
- Circulus *medij cæli.*
- Decima *domus.*
- Cuspis *Regalis.*
- Cardo *Regius.*
- Cor *cæli.*
- Culmen *cæli &c.*

3. Numerus. *In Shara materiali unicus satis est: etsi alioqui sint plures: quorū primus est, qui per Insulas Fortunatas ducitur. Ab eo cæteri numerantur versus ortum, imitando signorum Zodiaci ordinem.*

4 Vfus
1. Distinguit *partem mundi orientalem seu anticam ab occidentali seu postica.*
2. Ostendit *plagā Meridionalem et septentrionalē. Dextra enim ejus, quā sol tēpore meridiei nobis cōspicitur, meridiē respicit, et sinistra septētrionē.*
3. Secat *bifariā segmēta æquatoris omniumq; eius parallelorū, tàm supra, quàm infra horizontem existentia. Transit enim per utrorumq; polos.*
4. Tempus *diurnum et nocturnum, hoc est, diem et noctem artificialem bifariam dividit.*
5. Definit *tempus meridiei et media noctis: tempus semidiurnum et seminocturnū. Sol enim in eo cōstitutus pari intervallo ab ortu et occasu abest.*
6. In omni *sphara obliqua vices horizontis recti supplet, cùm ad æquatorem similiter sit rectus.*
7. Meta est, *à qua numerantur tempora ab æquali æquatoris motu descripta quorum principale est, diei Naturalis initiū, quod vel à meridie, vel à media nocte sumi solet.*
8. In eo *notatur zenith, punctum supra horizontem altißimum, à quo omnium stellarum distantias metimur.*
9. In hunc *circulū sol omnesq; stellæ ubi inciderint, sunt vel in altißima elevatione, nimirū in zenith, tuncq; dicuntur culminare; vel in infima depreßione, nimirum in Nadir. Id quod in stellis perpetuò apparentibus manifestum est.*

Cætera *Vide.* ⊙.

Digitized by Google

10. In hoc *numeramus distantias Tropicorum totamque Ecliptica obliquitatem. Ex altitudine enim solis meridiana in utroque solstitio observata, minor ex majore ablata relinquit Tropicorum distantiam, cujus dimidium est distantia Unius Tropici ab aequatore.*

11. In Meridiano *observamus & numeramus latitudinem locorum in terra & elevationem poli, quae est arcus Meridiani inter horizõtem & polum Mundi apparentẽ interceptus, perpetuò aequalis latitudini loci. Observantur autem hac ita: cognita stellae alicujus inoccidua maxima & minima altitudine meridiana, earumque differentia dimidia: tollatur haec ex altitudine maxima, vel addatur ad minimam, quod prodit, altitudo poli est.*

12. In eodem *circulo numeramus etiam elevationem aequinoctialis, quae est arcus Meridiani inter horizontem & aequatorem interceptus, & dicitur complementum latitudinis loci, estque aequalis complemento altitudinis polaris, inter zenith & polum apparentem contentus. Observatur autem altitudo aequinoctialis: Inventa per observationes utraque solstitiali altitudine, & per eas unius Tropici remotione ab aequatore: tollatur haec ex altitudine solstitiali aestiva, vel addatur solstitiali brumali altitudini: quod prodit, altitudo aequatoris est, latitudinis complementum.*

13. Meridiani *terminant longitudines locorum in terra.*

14. In Meridiano *determinantur latitudines zonarum: colurus enim solstitiorum ei quotidie bis unitur: Item climatum latitudines, sive initia, media & fines hoc circulo notantur. In eodem circulo, praesertim in globo terreno signato quaerimus Antaecos, Periaecos & Antipodas.*

15. Ab hoc *circulo numeramus (ut & ab horizonte) horas usuales.*

16. In Astrologia *hic circulus cuspidem regalem in erigendis thematibus & duas cardinales domos, decimam & quartam, seu summum & imum caeli denotat. Sumitur autem praecipuum iudicium ex gradu culminante, & decima domo.*

P. Tropicorum notetur

1. λόγος. *Sunt circuli sphæræ minores, mobiles, æquatori paralleli, Ecclipticā utrinq; attingentes: vel sunt circuli sphæræ mobiles, in motu primo à punctis Ecclipticæ solstitialibus descripti.*

2. Nomina *Dicuntur*
- 1. Tropici, *quia cum sol ad eos pervenit, postea ad æquatorem revertitur: vel quia à punctis Tropicis describuntur.*
- 2. Solstitiales, *vel circuli solstitiorum, quod propter Ecclipticæ insensilem declinationis mutationem, sol eo loco aliquot dies quasi stare videatur.*

3. Numerus *binarius*

Tropicus Cancri. *Hujus notetur*
- 1. λόγος. *Est circulus sphæræ minor mobilis, æquatori parallelus, Eccliptîcam in principio cancri, sive in puncto maximè boreo attingens.*
- 2. Nomina. *Dicitur*
  - 1. Tropicus *cancri, quia Eccliptîcam in principio cancri attingit.*
  - 2. Tropicus *æstivus.*
  - 3. Circulus *solstitij æstivi, quod in æstate sol ad eum accedit.*
  - 4. Circulus *solstitialis κατ' ἐξοχὴν.*
  - 5. Tropicus *septentrionalis vel Boreus, quia in ea mūdi parte est.*
  - 6. Circulus *alti solstitij, quia sol in eo existens, nobis qui extra Tropicos in Borea habitamus, in Meridiano est altißimus, & nostro zenith proximus.*

Tropicus *capricorni hujus notetur*
- 1. λόγος. *Est circulus sphæræ minor mobilis, æquatori parallelus Eccliptîcam in primo puncto capricorni attingens*
- 2. Nomina. *Dicitur*
  - 1. Tropicus *capricorni, quod in principio capricorni Eccliptîcam tangit.*
  - 2. *χειμερινὸς Græcis. Tropicus hyemalis, hybernus brumalis.*
  - 3. Circulus *solstitij hyberni, quod sol tempore hyberno eum assequitur.*
  - 4. Circulus *imi solstitij, quia sol in eo, à nostro zenith remotißimus est, & in Meridiano altitudinem humilimam habet.*

4. Vsus
- 1. Monstrāt *in Ecclipticа puncta Tropica seu solstitialia, sc: principia cancri & capricorni*
- 2. Determinant *maximam solis declinationem: qua hodie est. 23 graduum, 28. scrupulorum: qua Tempore Ptolemai fuit 23. graduum. 51. scrupulorum, et 20. sectionum.*
- 3. Determinant *etiam Ecclipticæ obliquitatem. Sunt enim limites viæ solaris, quos sol non egreditur.*
- 4. Ad horum *alterutrum, sol perveniens puncto nostro verticali aut proximus est, aut ab eo remotißimus.*
- 5. In sphæra *obliqua metiuntur diem & noctem artificialem longißimam & brevißimam.*
- 6. Tropici *tàm in cælo, quam in terra includunt zonam torridam, eamq; à zona temperata utraque seperant,*

Polarium

Digitized by Google

2. Polarium notetur

1. λόγος: *Sunt enim circuli sphæræ minores, mobiles, æquatori paralleli, per Eclipticæ polos transeuntes: vel sunt circuli sphæræ mobiles, motu primo à polis Eclipticæ descripti.*

2. Ratio *Nominis. Dicuntur enim Polares partim quod*
   - Propè *polos sphæræ consistunt.*
   - A'Polis *zodiaci motu primo describuntur.*

3. Numerus *binatius*
   - Arcticus, *qui est circulus sphæræ minor, mobilis æquatori parallelus, per polum Eclipticæ boreum transiens.*
   - Antarcticus, *qui est circulus sphæræ minor mobilis, æquatori parallelus, per polum Eclipticæ Austrinum transiens.*

4. Distantia *à polis sphæræ seu Mundi. Ea tanta est, quanta Tropicorum ab æquatore, nimirum nostro seculo* 23. *graduum* 28. *scrupulorum. Quanta enim est Eclipticæ obliquitas, seu quantũ tropici ab æquatore recedunt, tantundem poli Eclipticæ à polis mundi digrediuntur.*

5. Vsus
   1. Monstrant *polos zodiaci, eorumque distantiam à polis æquatoris metiuntur.*
   2. Terminant *zonas temperatas. Arcticus quidem temperatam borealem: Antarcticus autem Australem: easque à duabus frigidis, quas complexu suo ambiunt, separant. Vnde duo polares unà cum Tropicis tàm cœlum quàm terram in quinque zonas distinguunt. &c.*

Tantũm de Sphæricæ partis Imagine, nimirum Sphæra Materiali ejusque partibus & partium usibus. Sequitur de phænomenis, quæ à conversione primi mobilis dependent, quæ dicta sphærica est.

Digitized by Google

69 Doctrinæ sphæricæ partes sunt quatuor: quarum

Prima *Astronomicos ortus & occasus signorũ Ecclipticæ tradit, q̃ dicuntur signorũ Astronomicæ*

- Ascensiones *Ascensio autem Astronomica signi est arcus æquinoctialis, qui cum aliquo signo, vel quovis arcu Eccliptica dato supra Horizontem ascendit. Vide. R.*
- Descensiones. *Descensio autem Astronomica signi est arcus æquinoctialis, qui cum aliquo signo vel quovis arcu Eccliptica dato sub Horizontẽ descendit. De hac generalis est Regula: Descensio cujusque partis Eccliptica æqualis est partis opposita & sua ipsius ascensioni.*

Secunda *Poëticos ortus & occasus stellarũ dictos, quatenus nimirum illi examinantur ad solem exponit. Vide S.*

Tertia *de*
- Diebus *Vide. Z.*
- Horis *Vide. Ee.*
- Anno. *Vide. ff.*

Quarta *varietatem phænomen͂ων pro diversitate positus sphæra ostendit. Vide.*

R. Hujus *notetur*

1. Distributio. *Est enim ea pro diversitate sphæra vel*

- Recta *quæ numeratur in sphæra recta, seu, quæ sumitur ex Tabulis ascensionum rectarum, computatatarum sc: ad rectam sphæram. Vide. S.*
- Obliqua, *quæ in obliqua computatur sphæra, seu quæ depromitur ex tabula aliqua ascensionum obliquarum. Vide. T.*

Nota:

Parallelæ *ascẽsiones nullæ sunt. In sphæra enim parallela ratione primi motus nulla circuli portio ascendere potest, cum totum hemisphærium ibi veluti lapis molaris circumagatur.*

2. Modus *inveniendi arcũ Ecliptica, qui data ascensioni vel descensioni correspondet. Is talis est.*

Pone *sphærã vel rectam vel aliquã obliquam: evolve ipsam donec arcus æquatoris, sive ascensio data fine suo horizontem orientalem, descensio autem occidentalem attingat: ibi tum horizontis & Eccliptica sectio finem arcus Eccliptica correspondẽtis offeret, numerati sc: arcus cõtinui, ab æquinoctio verno.*
Sin vero *detur ascẽsio vel descensio discreta, gradum Eccliptica quære, tàm principio, quam fini respondentem.*
Arcus *igitur, inter eos gradus interceptus, is est, qui quæritur. Hoc modo per ascensiones & descensiones stellarum datas investigantur etiam Eccliptica gradus coörientes. &c.*

Hujus

Digitized by Google

S. Hujus *notetur*

1. λόγῳ. *Est enim ascensio arcus Eclipticæ recta, cum de æquatore major portio ascendit, quam arcus ille in Ecliptica obtinet.*

2. Ratio *appellationis ab angulis deducta, quos Ecliptica & horizon utrinque conformat paulo rectiores, sive inter se magis æquales. Unde eis Major æquatoris portio congruere debet.*

3. *habet novem*

1. Quadrantes *Eclipticæ inchoati à punctis cardinalibus, æquantur suis ascensionibus: Hoc est quadrantes Eclipticæ, quorum initia sunt cardinalia puncta, habent de æquatore itidem quadrantes coäscendentes.*

2. Portiones *continuæ à solstitiis inchoatæ usque ad æquinoctia, rectè ascendunt.*

3. Arcus *discreti, quò ad solstitia propius accesserint, eò rectius ascendunt.*

4. Partes *Eclipticæ æquales æqualiter ab uno & eodem quatuor punctorum cardinalium distantes, habent æquales ascensiones.*

5. Partes *Eclipticæ oppositæ habent æquales ascensiones.*

6. Binorum *Eclipticæ quorumcunque quadrantum immediatè sese subsequentium ascensiones sunt semicirculus.*

7. Ascensiones *rectæ propter angulorum rectitudinem & sui uniformem habitudinem sunt mensura ascensionum obliquarum. Nam differentia ascensionalis, addita vel ablata ascensionibus rectis, facit ascensiones obliquas. Ideo nisi illæ habeantur: hæ nesciuntur.*

8. Quæcunque *de ascensionibus rectis dicuntur, in meridiano etiam omnium locorum verificantur, cum & ipse ex rectorum numero circulorum sit. Hinc transitus isti signorum Eclipticæ per Meridianum dicuntur non modo Mediationes cæli, sed etiam ascensiones rectæ medij cæli.*

9. Ascensiones *rectæ numerant longitudines partium Eclipticæ, ut & omnium stellarum, secundum partes seu tempora æquatoris.*

T. Hujus *notetur*

1. Differentia *quæ est in sphæra obliqua vel*

Septentrionali / Australi

Vtraque *est triplex Nam horizõtes obliqui rationem habent vel*

1. Vnam *& eandem ascensionum partium Eclipticæ ut quorum zenith est inter æquatorem & polarem arcticum In hac sphæra differentia ascensionalis, ascensione recta minor est. Hujus 9. conclusiones sunt. Vide V.*

2. Aliam, *eamque à priori diversam sub polari circulo antarctico. In hac sphæra differentia ascensionalis est æqualis suæ ascensioni rectæ. Huius conclusiones 3. Vide. X.*

3. Aliam *intra polarem & polum Mundi. In hac sphæra differentia ascensionalis magnitudine accedit ascensiones suas rectas, Vide Y.*

2. Differentiæ *patefaciendæ Modus: qui est differentia Ascensionalis; Nimirum portio æquatoris, qua ascensio recta & obliqua inter se differunt.*

Digitized by Google

...scensionum obliquarum conclusiones sunt

Prima: *Duæ Medietates Eclipticæ inchoatæ à punctis æquinoctialibus æquantur suis ascensionibus.*

Secunda: *Partes illarum medietatum vel etiam Medietates quæcunque alibi inchoatæ, non æquantur ascensionibus suis sed habent vel majorem vel minorem de æquatore portionem coascendentem.*

Tertia *Portiones continuæ Medietatis Eclipticæ inchoatæ ab æquinoctio verno usque ad æquinoctium autumnale, sive ab initio arietis, ad finem virginis ascendunt magis obliquè, quàm in sphæra recta. Contrà verò in altera Medietate portiones ab æquinoctio autumnali usque ad vernum magis rectè ascendunt.*

Quarta: *Arcus discreti, quò fuerint æquinoctio verno propiores, eò magis obliquè ascendunt, rectius autem quò ad æquinoctium autumnale propius accesserint.*

Quinta: *Partes Eclipticæ æqualiter ab uno & eodem puncto Cardinali remotæ, sicut æquales declinationes: ita etiam æquales differentias ascensionales habent.*

Sexta: *Ascensiones obliquæ partium Eclipticæ ab vno æquinoctialium punctorum æqualiter distantium, æquales sunt.*

Septima: *Ascensiones obliquæ partium Eclipticæ ab unò solstitialium punctorum æqualiter distantium, quamquam inæquales sunt: tamen simul sumptæ, æquantur ascensionibus earundem partium Eclipticæ rectis, itidem simul sumptis.*

Octava: *Signorum oppsitorum ascensiones simul sumptæ, æquantur eorundem signorum ascensionibus rectis simul sumptis.*

Nona: *Ascensio partis Eclipticæ æqualis est descensioni signi oppositi.*

Decima: *Partes Eclipticæ rectè orientes, obliquè descendunt, & contrà. Vnde, quæcunque de ascensionibus partium Eclipticæ dicta sunt, in descensionibus etiam partium oppositarum verificantur.*

Hujus

Digitized by Google

X. Hujus cõclusiones propriæ sunt

Prima: *Ab æquinoctio verno integer quadrans antè & pòst numeratus, hoc est, tota Medietas Eccliptica ascendens nullam habet ascensionem obliquam.*

Secũda: *Medietas Eccliptica descendẽs totũ æquatorem cõascendentẽ habẽt.*

Tertia: *Totius Medietatis Ecliptica descendentis, omniumq; ejus & singularũ partiũ ascensiones rectiores quidem sunt, quam in sphara recta: Alterius verò Medietatis à capricorno per arietem ad cancrum non modo non obliqua magis quàm ejusdem medietatis ascensiones recta, sed nulla prorsus sunt.*

Quarta: *Arcuũ Ecliptica discretorũ medietatis descendentis ascensiones dupla sunt ad ascensiones eorundem arcuum in sphara recta, hoc est aquantur eorum & etiam oppositorum arcuum ascensionibus rectis simul sumptis.*

Y. Hujus conclusiones sunt

Prima: *non omnes Ecliptica partes oriuntur vel occidunt: sed aliqua circa solstitium æstivum semper apparent, earumque opposita semper occultantur. Reliqua totum æquatorem coascendentem habent.*

Secunda: *Arcus Ecliptica, in Medietate descendente, qui quidem oriuntur & occidunt, in ascensionibus suis maiorem partem de æquatore absumunt, hoc est, ascendunt rectè, & quidem ordine recto: Reliquam vero portionem æquatoris, arcubus circa æquinoctium vernum relinquunt. Hi autem arcus Ecliptica ordine inverso, seu præpostero oriuntur; partes enim posteriores pracedunt, & priores sequuntur.*

Tertia: *Ascensiones signorum seu arcuum discretorum, præpsterè orientium, ablata ex ascensionibus signorum oppositorum relinquunt arcum æqualem ascensionibus eorundem signorum rectis, simul sumptis.*

Z. Est autem Poeticus

Ortus *vel* elevatio *stella, sive apparitio ejusdem supra Horizontem ad solem determinata. Estq; vel*

- Cosmicus, *est quando stella unà cum sole supra Horizontem oritur.*
- Acronychus, *est quando stella supra horizontẽ exoritur, sole è regione sub horizontem descendente.*
- Heliacus *est, quando stella, qua antea propter solis vicinitatem non conspiciebatur, iam ipso remoto noctu iterum apparere incipit.*

Occasus *vel* descẽsus *vel occultatio ejusdem subter Horizontem ad solem determinata Estq; vel*

- Cosmicus, *est quando stella sub Horizontem occidit, sole ex adverso supra horizontẽ se elevante.*
- Acronychus, *est quando stella unà cum sole sub Horizõtẽ occidit.*
- Heliacus *est quando stella, qua antea propter solis ab ea majorem distantiam noctu conspiciebatur, iam ipso appropinquante apparere desinit.*

Digitized by Google

Ascensionum *obliquarum conclusiones sunt*

Prima: *Duæ Medietates Ecclptica inchoatæ à punctis æquinoctialibus æquantur suis ascensionibus.*
Secunda: *Partes illarum medietatum vel etiam Medietates quæcunque alibi inchoatæ, non æquantur ascensionibus suis sed habent vel majorem vel minorem de æquatore portionem coascendentem.*
Tertia *Portiones continuæ Medietatis Eccliptica inchoatæ ab æquinoctio verno usque ad æquinoctium autumnale, sive ab initio arietis, ad finem virginis ascendunt magis obliquè, quàm in sphæra recta. Contrà verò in altera Medietate portiones ab æquinoctio autumnali usque ad vernum magis rectè ascendunt.*
Quarta: *Arcus discreti, quò fuerint æquinoctio verno propiores, eò magis obliquè ascendunt, rectius autem quò ad æquinoctium autumnale propius accesserint.*
Quinta: *Partes Ecclipticæ æqualiter ab uno & eodem puncto Cardinali remotæ, sicut æquales declinationes: ita etiam æquales differentias ascensionales habent.*
Sexta: *Ascensiones obliquæ partium Eccliptica ab vno æquinoctialium punctorum æqualiter distantium, æquales sunt.*
Septima: *Ascensiones obliquæ partium Eccliptica abunó solstitialium punctorum æqualiter distantium, quamquam inæquales sunt: tamen simul sumptæ, æquantur ascensionibus earundem partium Eclipticæ rectis, itidem simul sumptis.*
Octava: *Signorum oppsitorum ascensiones simul sumptæ, æquantur eorundem signorum ascensionibus rectis simul sumptis.*
Nona: *Ascensio partis Eclipticæ æqualis est descensioni signi oppositi.*
Decima: *Partes Eccliptica rectè orientes, obliquè descendunt, & contrà. Vnde, quæcunque de ascensionibus partium Eccliptica dicta sunt, in descensionibus etiam partium oppositarum verificantur.*

Hujus

X. Hujus conclusiones propriæ sunt

Prima: *Ab æquinoctio verno integer quadrans antè & pòst numeratus, hoc est, tota Medietas Ecliptica ascendens nullam habet ascensionem obliquam.*

Secũda: *Medietas Eccliptica descendẽs totũ æquatorem coäscendentẽ habet.*

Tertia: *Totius Medietatis Eclipticæ descendentis, omniumq; ejus & singularũ partiũ ascensiones rectiores quidem sunt, quam in sphæra recta: Alterius verò Medietatis à capricorno per arietem ad cancrum non modo non obliquæ magis quàm ejusdem medietatis ascensiones rectæ, sed nullæ prorsus sunt.*

Quarta: *Arcuũ Eclipticæ discretorũ medietatis descendentis ascensiones duplæ sunt ad ascensiones eorundem arcuum in sphæra recta, hoc est æquantur eorum & etiam oppositorum arcuum ascensionibus rectis simul sumptis.*

Y. Hujus conclusiones sunt

Prima: *non omnes Eclipticæ partes oriuntur vel occidunt: sed aliquæ circa solstitium æstivum semper apparent, earumque opposita semper occultantur. Reliquæ totum æquatorem coäscendentem habent.*

Secunda: *Arcus Eclipticæ, in Medietate descendente, qui quidem oriuntur & occidunt, in ascensionibus suis maiorem partem de æquatore absumunt, hoc est, ascendunt rectè, & quidem ordine recto: Reliquam vero portionem æquatoris, arcubus circa æquinoctium vernum relinquunt. Hi autem arcus Eclipticæ ordine inverso, seu præpostero oriuntur: partes enim posteriores præcedunt, & priores sequuntur.*

Tertia: *Ascensiones signorum seu arcuum discretorum, præpsterè orientium, ablata ex ascensionibus signorum oppositorum relinquunt arcum æqualem ascensionibus eorundem signorum rectis, simul sumptis.*

Z. Est autem Poeticus

Ortus *vel* elevatio *stellæ, sive apparitio ejusdem supra Horizontem ad solem determinata. Estq; vel*

- Cosmicus, *est quando stella unà cum sole supra Horizontem oritur.*
- Acronychus, *est quando stella supra horizontẽ exoritur, sole è regione sub horizontem descendente.*
- Heliacus *est, quando stella, quæ antea propter solis vicinitatem non conspiciebatur, iam ipso remoto noctu iterum apparere incipit.*

vel

Occasus *vel* descẽsus *vel occultatio ejusdem subter Horizontem ad solem determinata Estq; vel*

- Cosmicus, *est quando stella sub Horizontem occidit, sole ex adverso supra horizontẽ se elevante.*
- Acronychus, *est quando stella unà cum sole sub Horizõtẽ occidit.*
- Heliacus *est quando stella, quæ antea propter solis ab ea majorem distantiam noctu conspiciebatur, iam ipso appropinquante apparere desinit.*

Digitized by Google

- Ali Dies sunt vel
  - Astronomici. *Horum notetur*
    - λόγος. *Sunt quos Astronomi certa quantitate per æquatoris revolutiones dimensos considerant.*
    - Distributio. *Sunt enim vel*
      - Naturales *horum notetur*
        - 1. λόγος. *Sunt spacia temporum quibus integer æquator, unà cum additamento, motui solis proprio correspondente revolvitur.* Additamenti *notetur*
          - 1. λόγος. *Est enim portio æquatoris, motui solis sub Ecliptica proprio respondens.*
          - 2. Distributio *in*
            - Verum, *seu apparens, seu inæquale, quod est ascensio seu portio æquatoris correspondens motui solis proprio vero, seu apparenti.*
            - Mediũ *seu æquale, quod est portio æquatoris æqualis motui solis Medio sive æquali.*
        - 2. Distributio *ratione additamentorum in dies vel*
          - Veros *seu apparẽtes seu inæquales, quibus præter integram æquatoris conversionem accedunt additamẽta apparentia seu vera. Haec cum sint inæqualia, ipsos etiam dies inæquales efficiunt.*
          - Æquales *seu, Medios, quibus præter integrã æquatoris conversionem apponuntur additamenta media seu æqualia.*
        - 3. Initium, *sumitur non ab horizonte, sed à circulo Meridiano, sive à Meridie, vel Media nocte. Meridianus enim ubique locorum se sicut Horizon rectus habet.*
      - Artificiales. *Vide. B.b*
  - Politici *seu* civiles. *Vide D.d.*

Artificia-

1. λόγος. Diei solaris. Est enim dies artificialis temporis spatium, quo solis centrum supra Horizontē commoratur. Ecotra nox Artificialis est tempus, quo solis centrū infra horizontē latet.

2. λόγος. Diei stellaris. Vide. C c.

Bb. Artificialium notetur

Conclusiones quedã de diebus & noctibus artificialibus

1. In sphara recta est perpetuū aquinoctiū, hoc est, Dies artificiales noctibus suis semper aquales deprehendūtur. Quia et dies diebus, & noctes noctibus, singula singulis sunt aquales.

2. In sphæra obliqua tantum duo sunt in anno æquinoctia, sole existente in principijs arietis & libra.

3. In sphæra obliqua septentrionali dies artificiales, sole versante in borealibus signis, longiores sunt noctibus suis: in australibus verò breviores. In sphara autem obliqua Meridionali hac in signis oppositis verificantur.

4. In sphæra obliqua sole commorante in solstitio æstivo, dies est in toto anno longissimus, & nox brevissima: In solstitio vero brumali dies est brevissima & nox longissima.

5. In sphæra obliqua, per tota Medietatem Ecliptica descendentem sol efficit dies posteros breviores antecedentibus: noctes autem longiores. Vice versa in Medietate ascendente posteri dies augentur: noctes verò minuuntur.

6. Sole existente in locis Ecclipticæ aqualiter ab eodē puncto solstitiali remotis, dies diebus, et noctes noctib9 sunt æquales.

7. Sole existente in locis Ecclipticæ æqualiter ab eodē puncto æquinoctiali remotis, dies unius æqualis est nocti alterius.

8. Graduum Ecclipticæ oppositorum, ad quos sol post semestre accedit, dies unius est nocti alterius æqualis.

9. In sphæra obliqua, quò major est elevatio poli, eò majora sunt incremēta diei et noctis lōgissima & brevissima, nec nō et reliquarum, sua tamē servata proportione: donec sub polaribus circulis dies longissima fit 24. horarum, & inde in plures dies Naturales excrescat.

10. Dies artificiales, qui aliquot dies Naturales cōplectūtur (quod fit intra polares.) majores sunt noctibus oppositis.

11. In sphæra parallela totus annus in vnum diē, et unā noctē artificialem secatur. Dies tamen noctē magnitudine vincit.

Cc.

Dies stellæ *est tempus quo stella super Horizōtē fertur.*

Nox stellæ *est tempus quo ipsa infra Horizōtem ab occasu ad ortum redit.*

De his notētur conclusiones sequentes

1. In sphæra *recta stellæ in universum omnes habent perpetuum æquinoctium, quandoquidem Horizon rectus omnes æquatoris parallelos bifariam dividit.*
2. In sphæra *obliqua stellæ fixæ, quarū declinatio Borealis ab æquinoctiali major est cōplemento latitudinis loci, cujus modi apud nos sunt stella polaris, ursæ, plaustrum capella &c. æternū diē habere dicuntur.*
3. In sphæra *obliqua, quarū declinatio australis excedit complementū latitudinis loci, quales apud nos sunt Canopus & aliæ, quarum propè polum Austrinū præter 20 insignes tres maxime illustres et clarissimæ stellæ esse dicuntur, æternam noctem habere statuuntur.*
4. Stellæ *intermediæ in sphæra obliqua, vices dierū et noctiū obeunt.*
5. In sphæra *obliqua erraticæ stellæ, quoniam Zodiacū totum sicut sol pervagātur, varietates dierū & noctiū, sicut et ipse sol, observāt ōnes.*
6. Propter *motū firmamenti propriū fit, ut stellæ quædam sempiternæ apparitionis, successu temporis oriri & occidere incipiant & contra.*
7. In sphæra *parallela omnes stellæ boreales æternos dies agūt: australes perpetuas noctes ducūt, nisi quatenus motibus suis proprijs ex uno in aliud hemisphærium vel ascendunt vel descendunt.*

D d. Civiliū *seu* politicorū *dierū notetur*

1. λόγῳ. *Sunt tempus νυχθημερίνου, prout cuivis genti vel Nationi consuetum est illud inchoare & usurpare.*

2. Initium *sive* principium *quod diversum est apud varios populos,*

1. Iudæi *enim divina autoritate diem ab occasu solis incipiunt: ut et Athenienses olim: item Silesij hodie & Itali, quorum horologia in occasu solis horam vigesimam quartam sonant, inde ab integro iterum incipiunt.*
2. Babilonij *ab ortu solis inchoant diē sicut & hodie Noribergenses.*
3. Vulgus *apud nos diem non in ortu solis, sed in crepusculo matutino ordiri solet.*
4. Vmbri, *Aegyptij, Alexandrini, Arabes sicut et Astronomorū plerique exordium diei in merid. emponunt.*
5. Romani *diem à media nocte sunt exorsi, quā consuetudinem Mysi retinēt.*
6. Germani *communiter diem inchoant tàm à media nocte, quam à merdie, siquidem horologia usitata utroque isto tempore ad numerorum initia redeunt.*

3. Distributio. *Tribuuntur enim dies politici sicut & astronomici*

1. In
   - Diem *artificialem: hic tribuebatur olim in horas* 12.
   - Noctem *artificialem: hæc tribuebatur olim in horas* 12.
2. *In* tempus
   - Antemeridianum
   - Pomeridianum

   Numerādo *scilicet à media nocte.*

Horæ

Ee. Horæ notetur

1. λόγος. Est enim vel vicesima quarta diei naturalis, vel duodecima diei artificialis pars. (23

2. Distributio in

Temporales: seu inæquales harum spectetur

1 λόγος. sunt duodecima καιρικαὶ diei vel noctis artificialis (partes.

2. Usus. Apud veteres fuit.

3. Ratio Nominis

1. Dicuntur enim καιρικαὶ temporales propter commoditates rerum agendarum.

2. Dicuntur inæquales quia non quidem unius et ejusdem diei vel noctis: sed diversarum dierum partes istæ duodecimæ inæquales sunt: nam cum eorū incremento & decremento ipsæ similiter variantur.

3. Planetariæ quòd Planetæ suarū virtutū seu influētiarū dominia secundū istas horas inter se partiri cēsentur.

Æquales: harū notetur

1. λόγος. Sunt vicesima quartæ partes diei naturalis.

2. Ratio nominis. Æquales dicuntur, quia omnes omnium dierum naturalium partes 24. sunt æquales. &c.

Ff. Anni notetur distributio in

Astronomicū cujus notetur

1. λόγος. Est enim Temporis spacium, quo sol vel ad idem Eclipticæ punctum vel ad eandem stellarum fixarum revolvitur.

2. Distributio in

Vertētem seu tropicū: hujus notetur

1. λόγος. Est enim Temporis spacium, quo sol sub Ecliptica ab eodem ad idem punctum redit.

2. Nomen Dicitur

1. Temporalis, quia quaternas anni vicissitudines tēperat.

2. Naturalis, quia naturæ vestigia sequendo, tempori mensurando accomodatur.

3. Tropicus seu vertens &c.

3. Quantitas, est inæqualis, propter inæqualem æquinoctiorū processionem, aliâs major, aliâs minori Medius seu æqualis, qui ad æquinoctium medium computatur, continet dies naturales 365, horas 5. 49'. 15''. 46'''. Sed verus hic annus seu apparens interdum excrescit (ultra dies 365. horas 5) in scru 56'. 53''. 1'''. interdū vero diebus et horis dictis suppaddit tantū 42'. 38''. 29'''.

Sidereum: hujus notetur

1. λόγος. Est temporis spacium, quo sol sub orbe stellifero ad eandem stellam fixam revenit.

2. Quantitatis. Cōtinet æqualiter semper dies 365 horas 6. 9'. 10''. Hic annus propter æqualitatem suam est regula anni vertentis.

3. Initium. Id commodissimè ponitur in prima stella arietis.

Politicum. Vide. Gg.

Digitized by Google

Gg. Politici anni noscitur

1. λόγος. *Est spatium, quod vel ad solis vel lunæ, vel etiam utriusque cursum populari gentium numeratione accommodatur.*
2. Distributio. *Est enim annus hic vel*
   1. Iulianus, *quo nos hodie utimur. Estque vel*
      - Communis, *habens dies 365*
      - Intercalaris, *habens dies 366. Nam sex illæ horæ super 365. quater sumptæ, quarto anno intercalari efficiunt diem addendum 365.*
   2. AEgyptius *habens perpetuò dies 365.*
   3. Iudaicus *qui continet interdum* {12. 13.} lunationes
3. Initium
   1. Vetustioribus *Romanis à Martio fiebat:* Posterioribus *à solstitio hyberno.*
   2. Iudæis *fit à Novilunio, quod æquinoctio verno est proximum.*
   3. Atticis *à solstitio æstivo sive à Novilunio ei propinquo.*
   4. Asiaticis *ab aquinoctio autumnali. &c.*
   5. Nobis *à Calendis Ianuarijs.*

Phænoménων *primi mobilis varietas sequitur varium positum sphæræ. Alius enim est positus,*

1. Sphæræ rectæ, *seu eorum locorum, quorũ zenith in æquatorem incidit. Hujus sphæræ phænomena hæc sunt conclusiones:*
   1. Signorum *Eclipticæ ascensiones eæ sunt, quem ad modum supra de ascensionibus rectis est dictum.*
   2. Omnes *stellæ oriuntur & occidunt, nec ulla inoccidua, nec semper occultata manet: ideò etiam nulla est, quæ ortus & occasus Poëticos vitare possit. Arctus & Antarcticus circulus ibi nullus est.*
   3. Quotiescunque *diurno motu puncta æquinoctialia ad meridianũ devolvuntur, Ecliptica ad rectos angulos horizontem, atq; in punctis tropicis secat.*
   4. Hic *perpetuum est æquinoctium.*
   5. Sol *quotannis bis per zenith eorum locorum transiens, eis fit verticalis quando nimirum fuerit in parallelorum medio seu maximo.*
   6. Sol *donec totum zodiacum percurrit, quantũ descendit à zenith in Austrum, tantundem etiam digreditur ab eodem in boream.*
   7. Hic *quatuor sunt solstitia. Duo ima, sole ad latera Mundi descendente, & in Tropicis punctis constituto: Et duo alta, cum nimirum sol in ipsum æquatorem inciderit.*
   8. Hic *quotannis geminæ sunt æstates, Sole æquinoctia accedente. Sic etiam geminas quasi hyemes ista terra habet, sole sc: prope Tropicos versante, ubi radios magis obliquos demittit.*
   9. Quinque *differentias umbrarum habent, Meridionalem scilicet, septentrionalem (unde ἀμφίσκιοι sunt,) Orientalem, Occidentalem: quas sol in partibus Mundi oppositis projici facit; & perpendicularem, si modo etiam hac Umbræ nomen usurpare potest.*
2. Sphærę obliquæ, *seu eorum locorum quorum. Vide. Hh.*
3. Sphæræ parallelæ, *seu eorum locorum, quorum zenith cum polo Mundi unitur. Vide. Nn.*

Sphæræ

Hh. Sphæræ obliquæ *seu eorum locorum quorum*

1. Zenith *intra æquatorem & cancri Tropicum consistit.* *Hujus φαινομένων hæ sunt conclusiones*

1. Signorũ *ascensiones rectificantur, seu examinãtur regulis ascensionum obliquarum.*

2. Stellæ *aliquæ boreales semper supra horizontẽ manentes habent æternos dies: & ex opposito nõ nullæ æterna nocte obscurantur. Unde istæ nulli ortui & occasui Poëtico obnoxiæ fiunt. Arcticus autem et Antarcticus qui sunt limites semp apparentiũ aut semper latentiũ partiũ Mũdi sunt intra polares circulos, unde ipsi magnitudinẽ eorũ nõ adæquãt.*

3. Duobus *Eclipticæ punctis, quorũ declinatio borealis latitudini loci est æqualis, in meridiano superiori constitutis; ipsa Ecclptica erecta est ad Horizontem; attamen ab eo nec in Tropicis, nec in Aequinoctialibus punctis secatur: Poli Eclipticæ tunc in Horizonte inveniuntur.*

4. Dies *artificialis non æquatur nocti suæ exceptis tantum illis duobus diebus, quibus in omni obliqua sphæra est æquinoctiũ universale. Diei autem maximi longitudo in illo terræ tractu potest horas* 13. *cum dimi-dia conficere.*

5. Sol quotannis *fit bis verticalis. Cum enim ad illos Eclipticæ gradus, quorum declinatio latitudini loci æqualis est, pertigerit; Convertitur in parallelo per zenith ducto.*

6. Sol *à Zenith in Meridiano ulterius in austrũ, quã in boreã descendit.*

7. Quatuor *etiam sunt solstitia, duo alta: & duo ima.*

8. Geminas *etiam habẽt æstates & hyemes: impares tamen si temporis durationem, & caloris æstivi remissionem, eique succedens frigus consideres. Nam quò propius ad Tropicũ cancri zenith accesserit, eò magis diuturna & aspera est hyems. Sole circa austrum occupato brevior autem minusq; frigida, sole Tropicum capricorni tenente. Adeò, ut in locis dicto Tropico vicinis, æstates binæ, quas sol quotannis per zenith trãsiens efficit, alteram hyemem omninò excludant, ipsæque sibÿpsis nulla hyeme interveniente connectuntur.*

9. Quinque *umbrarum differentias habent: nisi quod Meridionales umbræ maximæ longitudinem borealium maximarum exæquare non possunt.*

2. Zenith *in cancri Tropico est. Vide Ii*

3. Zenith *intra Tropicum cancri & polarem arcticum habetur. Vide.* K *k.*

4. Zenith *in ipso polari septentrionali circulo quiescit. Vide. L l.*

5. Zenith *intra polarẽ boreum & polum Mundi vicinũ versatur. Vide. M m.*

D d Hujus

Digitized by Google

Ii. Hujus φαινομένων hæ sunt conclusiones:

1. Signorum *ascensiones magis obliquæ sunt, quam intra zonam torridam, minus tamen quàm in temperata.*
2. Omnes *stellæ, quas circulus polaris boreus amplectitur, sunt perpetuæ apparitionis: opposito verò polari comprehensæ perpetuò latent. Arcticus & Antarcticus circuli æquales sunt circulis polaribus, nam cum ipsis uniuntur.*
3. Initio *Cancri in Meridiano superiori constituto, ipsa Ecclíptica erecta est, seu angulos rectos conformat cum Horizonte, & ab eo in punctis æquinoctialibus dividitur. Ac tum poli Eclipticæ utrinq; in Meridiani & Horizontis sectione mutua reperiuntur.*
4. Dies *artificialis longissima est sole per zenith transeunte; Brevissima, si ab eo in meridiano remotissimus sit: æqualis autem, si dimidiata fuerit hæc distantia.*
5. Semel *duntaxat sol fit verticalis, nimirum in primo cancri puncto.*
6. Sol *in Meridiano ultra zenith nunquam in boream ascendit: sed extra principium cancri perpetuò Austrinus est.*
7. Tantum *duo sunt ibi solstitia: Unum altũ, & alterum imum. Altum, sole in Tropico cancri per zenith eunte: Imum, in Tropico opposito. In illo dies est longissima: In hoc brevissima.*
8. Vna *hic æstas est, sole propè zenith versante: hyems loco opposito.*
9. Quatuor *habent umbrarum differentias orientalem, occidentalem, borealem & perpendicularem: Unde istorum locorum situs primus est, quibus Umbra Meridionalis deficit. Hic igitur ἑτερόσκιοι incipiunt.*

Kk Hujus φαινομένων hæ sunt conclusiones:

1. Cum *augmento altitudinis polaris augetur obliquitas ascensionum signorum Zodiaci.*
2. Plurimæ *stellæ semper manent conspicuæ; quantò enim altius attollitur polus, tantò plures stellæ occasui obnoxiæ esse desinunt: totidẽ etiã ex opposito ad hæmisphæriũ nostrũ nõ amplius exoriũtur. Arcticus etiã et Antarcticus circuli majores sunt polaribus, Minores Tropicis.*
3. Eccliptica *nunquam fit erecta ad horizontem, nec etiam cum eo unitur. Angulum autem quantum fieri potest maximum conformat cum Horizonte, quando principium cancri fuerit in Meridiani parte superiore: Minimum, si in inferiore. Polus Eccliptica septentrionalis nec ad horizontem, nec ad zenith devolvitur.*
4. Major *est dierum & noctium artificialium inæqualitas. Dies longissima est, & nox brevissima, sole ad zenith proximè accedente: brevissima dies & nox longissima, sole maximè remoto: Æquinoctium verò est in locis intermedijs. Porrò longissima vel dies vel nox non minor esse potest horis 13. cum dimidia; attamen ad 24 horas non extenditur.*
5. Sol hic *nunquam fit verticalis, nec etiam in Meridiano Horizontem stringit.*
6. Sol *in meridiano perpetuò manet Australis.*
7. Duo *sunt solstitia, Altum, in principio cancri: Imum, in principio capricorni.*
8. Vna *est æstas, Una hyems hæ tamen si qualitas & temperies aëris consideretur, dissimiles sunt. Loca enim Tropicis vicina, Majorẽ æstum, minusq; frigoris sentiunt: sed polaribus magis propinqua, plus frigoris, quam caloris experiuntur. Medium vero ejus zonæ temperatam & gratam aëris dispositionem ex frigore & calore commixtam habet.*
9. Tres *differentias umbrarum habent: orientalem, occidentalem: & septentrionalem. Hujus zonæ incolæ dicuntur ἑτερόσκιοι.*

Hujus po-

L I. Hujus positus φαινομένων hæ sunt conclusiones:

1. Ascensiones *Medietatis unius Eccliptica, qua Ascendens vocatur, nec recta sunt, nec obliqua: sed nulla omninò. Alterius autem Medietatis arcuum ascensiones dupla sunt ad ascensiones suas rectas.*

2. Omnes *stella, quarũ declinatio major est obliquitate Eccliptica, aut nõ occidunt, si boreales sint: aut non oriuntur, si fuerint Australes. Circuli enim, qui semper apparentium & latentium limites sunt, cum Tropicis uniuntur.*

3. Primo *puncto cancri in meridiani superiorem Medietatẽ delato, Eccliptica cum Horizõte, quantũ quidem potest, maximum angulum creatẽ: sed cum eo nullũ prorsus cõformat, quando eidẽ medietati meridiani principiũ capricorni applicat; tum enim plana eorum omnino uniuntur. Polus itẽ Eccliptica boreus in zenith incidit. Hinc in utroq; semestri, quo sol vel ascendentem vel descendentem Eccliptica medietatem perambulat, ipse ex omni parte horizontis oriẽtalis oritur, & ex omni parte occidentalis occidit.*

4 Longissima *dies est horarum* 24, *nox brevissima est vel momẽtum, vel omninò nihil. Eodem modo nox longissima cum die brevissima se habet.*

5. Solis *centrum quotannis bis stringit horizontem sine occasu vel ortu, nimirum in punctis Tropicis. Tropici enim Horizontem tangunt.*

6. Sol *Tempore meridiano semper australis conspicitur; veruntamen in Tropico æstivo sub Mediã noctẽ, seu in circulo Media noctis, in borea etiam cernitur.*

7. Duo *habent solstitia: Altũ in cãcro: Imũ in capricorno. Quod si verò ad* Ana*logiã solstitiorũ in cæteris zonis (quibus solstitiũ dicitur vel maxima vel minima elevatio solis in Meridiano.) respiciamus: Tria habebunt solstitia. Altũ unũ in cancro, ubi elevatio solis æquat distantiã Tropicorũ: Ima duo quorũ alterum itidem est in Tropico cancri versus Boreã, sive in circulo media noctis, quo loco sol stringens Horizontẽ, altitudinem supra Horizontem in Meridiano habet minimam. Alterum in Tropico capricorni, quo itidem Horizontem stringit.*

8. Vnam *æstatem, unamq; habent hyemem. Ea tamen videntur omninò opponi æstati & hyemi degentiũ sub Tropico: Quãtus enim est æstatis fervor sub tropico, tanta est frigoris intensio sub polaribus: & è contra quantum de calore illic tempore hyberno remittitur (si quidẽ illic nulla est frigoris intẽsio, sed æstus immensi aliqua remissio prozelu hyemali censenda est.) tantundem asperitas frigoris hîc mitigatur.*

9. Quatuor *umbrarum differentias habẽt. Orientalem, Occidentalem Septentrionalem & Meridionalem: hanc tamen semel tantum in anno, eamq; in infinitum ejectam, sole in Tropico cancri ad circulũ Media noctis descendente. His locis desinunt* ἑτερόσκιοι & *incipiunt* περίσκιοι.

Mm. Hujus φαινομένων hæ sunt conclusiones

1. Non *omnes Ecclipticæ partes ascendunt supra Horizontem, sed quædam perpetuò supra, quædam perpetuò infra eum manent: reliquarum illæ, quæ in medietate ejus descendente sunt oriuntur ordine inverso seu præpostero.*

2. Pauculæ *sunt stellæ, quæ oriri et occidere possunt, quæ scilicet non multum ab æquatore declinant. Arcticus enim et Antarcticus circuli, majores sunt Tropicis, et æquatori propiores.*

3. Ecclíptica *Horizontem, dum una conversio fit, bis omni loco secat: Anguli sectionum modo ad ortum, modo ad Austrū, modò ad Occasum, modò ad Boream respiciunt. Ii quando cancri initium in circulo Medij dies fuerit ad rectitudinem, quantum quidem fieri potest, maximè accedunt: sed si in circulo media noctis fit initium idem cancri, anguli isti maximè obliquescunt. Polus Eccliptica circa zenith circumvolvitur.*

4. AEquinoctium *habent sicut alia terra loca, Sole in arietem vel libram ingrediente. At in duobus illis gradibus quorum declinatio borea æqualis est distantiæ poli mundi à zenith, dies artificialis 24 horarum est, nocti vero de Naturali die Unicum tantùm momentum relinquitur. Inde dies artificialis per tot dies naturales extenditur, quæ Solis motus proprius ad conficiendum arcum Eccliptica duobus illis gradibus interceptum qui inoccidum est, postulat Idem nocti insignis oppositis accidit.*

5. Sol *in ijs Eccliptica gradibus constitutus, quorum declinatio sive borea sive austrina æqualis est distantiæ zenith à polo Mundi, stringit Horizontem in sectione ejus cum Meridiano: attamen sine ortu vel occasu. Hoc quotannis quater fit. Ac tùm vel dies vel nox artificialis diem totum naturalem æquat.*

6. Sol *in Meridiani Medietate superiori constitutus, ea quidem anni parte, qua supra Horizontem commoratur in austro cernitur sed tempore æstivo in circulo Med. æ noctis, seu meridiani inferiore Medietate aliquot diebus in borea conspicitur.*

7. *U*nicum *habent solstitium, altum nimirum, in Tropico cancri: Nam oppositum eos latet. Sed iuxta analogiam de qua ante dictum est sex solstitia illis sunt. Duo alta, sole in Tropico cancri existente: et quatuor ima, quibus Solis centrum horizontem in sectione cum Meridiano tangit seu radit.*

8. *U*nam *æstatem, Unamque hyemem habent. Porro videntur omninò opponi æstati et hyemi degentium intra tropicos. Etenim loca illa perpetuo frigore adeo rigent, ut maris glacialis nives et glacies quotannis tantum duobus mensibus resoluta navigationibus accessū ad earum accolas permittat.*

9. Quatuor *umbrarum differentias habent. Orientalem, occidentalem australem et borealem. Australis tamen brevitatem borealis assequi non potest. Hic sunt περίσκιοι.*

Hujus

Nn. Hujus *φαινομένων hæ sunt conclusiones:*

1. Nullas *habent signorum ascensiones, sed tota Medietas Zodiaci borealis semper supra Horizontem, altera infra eum manet, idque propter Horizontem & æquatorem, unitos.*

2. Primi *motus conversio nullum ortum & occasum stellarum efficit.*

3 Horizon *Eclipticam perpetuò, & tantum in æquinoctialibus punctis, & ad eosdem angulos secat.*

4. Dies *artificialis in totum semestre extenditur, sicut & nox.*

5. Sol *in æquinoctialibus punctis constitutus, in Horizonte circũ circa rotatur. Oritur enim sol in æquinoctio verno (motu proprio, non motu diurno eò delatus.) & occidit in autumno.*

6. Nec *sol, nec ulla stella, nullaque Mundi pars ad Horizontem comparata, potest orientalis vel occidẽtalis, australis, vel borealis dici. Ortus enim & occasus ibi nullus est: nec ad ullam horizontis, partem polus mundi magis, quam ad aliam declinat, cujus inclinationis gratia, ea pars borealis, eique opposita Meridionalis dici possit. Hinc vel nunquam, vel semper eis est Meridies oriens &c. Meridiani enim omnes totius terræ ibi conveniunt.*

7. Vnicum *Solstitium habent, Altum sc: in cancro. Sed secundum aliorum solstitiorum Analogiam huic alto solstitio duo ima annumerari possunt, quæ sunt in principijs Arietis & libra, quibus ima Solis altitudo supra Horizontem in Meridianis est. At quoniam Meridianus ibi certus nullus est, sed omnes simul conveniunt, & usurpari possunt Sol in Tropico & æquinoctiali circumductus maximam & minimam altitudinem omnibus æqualiter communicat. Solstitia igitur innumera ibi fieri necesse erit: nisi præcisè ad horam horæque scrupulum ingressus solis in ista cardinalia puncta, solstitia illa referre studeamus.*

8. Vnam *æstatem unamque hyemem habent: vel potius tenuem remissionem frigoris sentiunt, & acerrima diuturnaque hyeme premuntur. Nam radij solis toto semestri eis nulli lucent: reliquo semestri valde sunt obliqui.*

9. Vmbras *habent in omnes mundi partes æqualiter proiectas. Suntque Medij τῶν περισκίων.*

♎ Theoriarum *planetarum vel secũdorum mobiliũ notetur*

1. λόγος. *Sunt effigies sphæræ stellarum fixarum, vel alicujus ex septem erraticis, ex certis quibusdam orbibus se mutuò ambientibus, artificiosè structæ, quibus vel sphæræ stellarum fixarum, vel alicujus planetæ motus ratio demonstratur.*

2. Orbes; *horum notetur*

- 1. λόγος. *Sunt figuræ rotundæ, quæ ex suis centris & polis descriptæ repræsentant illiusmodi orbes in cœlo, qui causa sunt variorum motuum, quibus stellæ volvuntur.*
- 2. Numerus *septenarius*
  - 1. Eccentricus. *Vide O o.*
  - 2. Deferentes *Apogæũ. Horum notetur*
    - 1. λόγος: *Sunt enim duo orbes Theoriarum cujusvis ex septem Planetis, diformes, concentrici & eccentrici simul, qui eccentricos omnes intra se complectuntur, quibusque tota sphæra planetæ mundo concentrica efficitur.*
    - 2. Conversionis *ratio. Non habent enim peculiares & separatas cõversiones, sed simul æqualiter circumeunt, hac motus Analogia, ut spissior unius pars perpetuò tenuiori alterius parti adhæreat. Vnde etiam pro uno orbe haberi possent, qui tamen intra se alios orbes includunt.*
    - Officia & *usus*
      - 1. Apogæa *& perigæa planetarum ipsi motibus suis sub zodiaco promovent.*
      - 2. Totam *sphæram cujusvis Planetarum efficiunt Mundo concentricam.*
      - 3. Trium *superiorum, sicut & Veneris & Mercurij deferentibus, Munus deferendi nodos committitur*
  - 3. Epicyclus. *Vide. Q q.*
  - 4. Æquans. *Vide. R r.*
  - 5. Eccentricus *eccentrici. Vide. S s.*
  - 6. Orbes *Deferentes nodos. Vide. T t.*

3. Distinctio *duplex. Vide V u.*

Eccentrici

Oo. Eccentrici orbis notetur

- 1. *λόγος. Est orbis Theoriarū cujusvis ex septē Planetis, uniformis, eccētricus, centrum Mundi ambiens, & vel Planetam vel Epicyclum immediatè ferens.*
- 2. Nomina
  - 1. Eccētricus *dicitur specialiter, propter diversū ejus cētrū à Zodiaco.*
  - 2. Deferens *centrum Epicycli, idque in Theorijs sex Planetarum, qui Epicyclis utuntur.*
  - 3. Deferens *corpus vel centrū Solis in sola Solis Theoria.*
- 3. Usus
  - 1. Secundum *eccentricorum conversiones numeramus motus periodicos (Planetarū.*
  - 2. Per hunc *seu orbē, seu circulum demonstratur, Planetas in alijs zodiaci partibus velociores, in alijs tardiores esse.*
  - 3. In hoc *circulo notamus puncta à quibus omnis seu præcipua computationis Anomaliarum ratio dependet, nimirum*
    - Apogæum ἀπόγειον, *quod est pūctum in circumferentia totius orbis à terra remotissimum.*
    - Perigæum περίγειον, *quod est punctum in circumferentia totius orbis terræ proximum.*
    - Vide. *Pp.*
  - 4. Ob eccentricum *in Theoria Solis Medius solis motus extra Apogæum & perigæum differt ab ejus vero motu: Sic propter eundē differt Anomalia media & vera: Ex quibus προσθαφαίρεσις seu æquatio elicitur.*
  - 5. Eccentricorum *declinatio ab Ecliptica in sex planetis præter solem, explicat eorum latitudines, tàm boreales, quàm australes.*

Pp. Horum punctorum notetur.

- 1. Determinatio, *quæ fit per lineā ex Centro Mūdi per Centrū eccētrici eiectā, & utrinq; ad circūferentiam terminatā, & hæc linea nominatur linea Apogæi.*
- 2. Officium *lineæ apogæi: Nam in ea metimur eccentricitatē. Hujus notetur.*
  - 1. *λόγος. Est enim eccentricitas distantia Centri eccentrici à centro zodiaci: Sive est recta, à centro Mundi ad centrum eccentrici ducta.*
  - 2. Usus
    - 1. Hinc *planetas à terris aliâs remotiores, aliâs viciniores eisdem esse demonstratur.*
    - 2. Eccētricitas *causa est, quod eædem æquationes seu προσθαφαιρέσεις epicyclorum aliquando majores, aliquando minores sunt.*
    - 3. Eccentricitas *Eccētrici causa est, quod in Theoria solis linea veri motus differt à linea medij seu æqualis motus ejus. Quod a. in solis Theoria est ipsum corpus seu Centrū solis: id in alijs Theorijs est Epicyclus, seu centrum Epicycli.*

Q. q. Epicycli *notetur*

1. λόγος: *Est orbiculus Theoriarum Planetarum, qui orbi alteri cuidam totus insertus, ab eodem circumfertur.*

2. Locus. *In omnibus, praterquam in solis Theoria.*

3. Nomina.
- 1. Epicyclus *communiter.*
- 2. Anomalia *seu inaequalitas Ptolemao.*
- 3. Anomalia *commutationis Copernico.*

4. Officia *seu* Usus
- 1. Per Epicyclum *salvatur altera anomalia motus longitudinis Planetarum. Solent enim Planetæ in ijsdem locis Eccentrici aliquando magis, aliquando minus veloces esse, quàm eccentricitatis ratio postulat.*
- 2. Epicyclus *causa est, sicut velocitatis concitatioris & tarditatis remissioris: ita & stationum & regressuum Planetarum quinque, præter Luminaria.*
- 3. Per Epicyclos *demonstratur magis evidens ratio inaequalis distantiæ planetarum à terra, quæ etiam in oculos vulgi cadere potest. Hinc aliquoties contigit, ut Martis stella ptopter propinquitatem ad terram in imo Epicycli insolita magnitudine apparens, pro nova stella fuerit habita, quæ tamen aliàs in Epicycli summitate constituta, tanta exilitate visa est, ut vix stellas secundæ magnitudinis æquaret.*
- 4. In eo *determinamus Apogæum & perigæum, nimirum per lineas eductas excentro vel Mundi, vel Eccentrici, vel suæ æqualitatis, & trajectas per Centrum Epicycli. Istæ. n. lineæ inferiori sua sectione cum circumferentia Epicycli, perigæum sive angis oppositum: superiori verò augem, seu Apogæum denotant.*
- 5. In eo numeramus *Argumentum (arcum, qui ultimam æquationem, adeoque verum planetæ locum prodit.) medium: cujus initium dependet ab Apogæo medio: & verum, seu æquatum, quod à vero Apogæo numeratur usque ad Planetam.*
- 6. Epicyclus *in tribus superioribus Planetis, ut & in Venere & Mercurio, declinans plano suo à plano eccentrici, ostendit alteram latitudinis inæqualitatem quæ sese ejus causa immiscet.*

Æquantis

Digitized by Google

R 1. AEquantis notetur

1. λόγος: *Est enim circulus in Theorijs Planetarũ in plano Eccentrici descriptus, ad cujus centrũ, quodcunq; illud sit, Eccentrici et epicycli motus aequalis est.*
2. Nomina
   1. Circulus *aequalitatis.*
   2. Æquator.
   3. Eccentricus *aequator.*
3. Centrum: *dicitur punctum aequalitatis.*
4. Officij *translatio in Orbem deferentem Nodos in Theoria lunae.*
5. Vsus
   1. Est regula *motus eccentricorum in omnibus planetis praeter solem.*
   2. Æquantis *eccentricitas in tribus superioribus & in Venere atq; Mercurio causa est, quod linea veri motus Epicycli eorum differt à linea Medij motus: & inde verus motus ab eorundem motu Medio: item Anomalia Eccentri Media à vera.*
   3. Epicyclorum *triũ superiorũ, atque Veneris & Mercurij cõversiones hoc ipsum aequalitatis punctum observare animadvertuntur.*
   4. AEqualitatis *punctum causa est, ut extra Apogaeum & perigaeum Eccentrici Epicyclo constituto, apogaeum Epicycli medium & verum, sicut & punctum contactus & inde Anomalia epicycli seu Argumentum Medium & verum inter se discrepent.*

S 2. Orbis q dicitur Eccentrum Eccentri notetur

1. λόγος. *Est orbis Theoriae planetarum uniformis, eccentricus, centrum Mundi ambiens, & alium orbem eccentricum continens.*
2. Nomina *Dicitur*
   1. ἔκκεντρος ἐκκέντρου.
   2. Eccentricus *Eccentrici.*
   3. Eccentrus *Eccentri.*
   4. Deferens *augem Eccentrici ejus, qui intra eum est inclusus.*
3. Locus. *Theoria Mercurij, propter multiplices motus illius varietates.*
4. Vsus
   1. Hic orbis *motu suo circa suum centrum circumducit centrum Eccentrici, quod hac conversione parvum circulum describit.*
   2. Eccentricitatem *Eccentrici hic orbis mutat. Maxima enim est Eccentricitas, sive maxima centri Eccentrici & mundi est distantia, quando hujus orbis motu centrum eccentricus in summitate circuli parvi fuerit: minima autem si in imo.*
   3. Hic orbis in Theoria Mercurij, *rationẽ explicat, quare Mercurius quotannis semel à terra remotissimus sit, minimasq; in Epicyclo prosthaphaereses habeat & tamen bis terrae proximus fiat, atque prosthaphaereses maximè augeat.*

11. Orbis *deferentis Nodos noteтur*

1. λόγ☉. *Est orbis in Theoria alicujus Planetæ uniformis, cõcentricus, totum Planetæ sphæræ systema continens, & Nodos sub Ecliptica circumducens.*
2. Nodi, *qui sunt duo puncta Eccentricorum, quibus plana eorum ab Ecliptica plano intersecantur.*
3. Nodorum
   1. Nomina
      1. Puncta *intersectionum.*
      2. Nodi.
      3. σύνδεσμοι.
   2. Differentia, *Est enim alius*
      1. Αναβιβάζων, *ascendens, quo Planeta ab eo ultra Eclipticam in boream ascendit, nostroq; Zenith fit propior. Dicitur caput Draconis.*
      2. Καταβιβάζων, *descendens, quo Planeta in Austrum descendit. Dicitur cauda Draconis.*
4. Locus, *Tantum in Theoria lunæ.*
5. Vsus *seu* officia
   1. Intersectionum *nodos sive caput & caudam Draconis, & unà cum illis limites maximarum latitudinum, adeoque omnium latitudinum varietates per Zodiacum defert.*
   2. In Lunæ *Theoria beneficio hujus orbis scitur, qua Novilunia & plenilunia sint Ecliptica.*
   3. In eadem *Theoria orbis hujus Centrum quod idem est cum Zodiaci centro, pro æqualitatis centro accipitur. Vnde etiam ipse hic orbis AEquans appellatur, juxta quem Eccentrici motus regularis & æqualis deprehenditur.*

Orbes

Digitized by Google

V u. Orbes *enim sunt*

- 1. vel
  - Vniformes; *horum spectetur*
    - 1. λόγος: *Sunt enim quorum spissitudo est æqualis, hoc est, quorum utraque superficies ex uno & eodem centro describitur.*
    - 2. Species *quæ sunt*
      - 1. Eccentrici.
      - 2. Æquantes.
      - 3. Eccentri *eccentrorum, quà sunt unus orbis.*
      - 4. Orbes *nodorum.*
      - 5. Integræ *planetarum sphæræ.*
      - 6. Item Epicycli.
  - Difformes; *horũ notetur*
    - 1. λόγος. *Sunt enim, quorum spissitudo est inæqualis, major alibi, alibi minor: hoc est, quorum superficies non ex uno eodemque, sed ex diversis centris descriptæ sunt.*
    - 2. Species *quæ sunt*
      - 1 Deferentes *Apogæa.*
      - 2. Eccentri *eccentrorum, quà dividuntur in duos orbes.*
- 2. vel *Mundo*
  - 1. Cõcentrici; *horum notetur*
    - 1. λόγος. *Sunt enim, quorum idem cum Mundo centrum est.*
    - 2. Species
      - 1. Deferentes *nodos.*
      - 2. AEquàns *in Theoria Lunæ.*
      - 3. Integræ *sphæræ cælestes.*
  - 2. Eccẽtrici; *horum spectetur*
    - 1. λόγος. *Sunt enim quorum centrum à mundi centro aliud & diversum est.*
    - 2. Species
      - 1. Eccentrici.
      - 2. Epicycli.
      - 3. Eccentri *eccentrorum.*
      - 4. AEquantes
        - 1. Saturni.
        - 2. Iovis.
        - 3. Martis.
        - 4. Veneris.
        - 5. Mercurij.
    - 3. Distributio. *Vide. XX.*
  - 3. Concentrici *& eccentrici simul. Vide. Y y.*

Xx. Diſtributio *Eccentrici Nam alij*

- 1. Ambiunt *centrum mundi, idq; vel*
  - 1. Intra *ſe alium continendo eccentricum centrum mundi itidem ambientem, ut ſunt Eccentri eccentorum.*
  - 2. Intra *ſe non continendo alium orbem ſed vel*
    - Corpus *Planetæ.*
    - Epicyclũ
    - Dicuntur *ſpecialiter Eccentrici.*
- 2. Non ambiunt *centrum mundi, ſed longe ſupra illud elevati ſunt, Vt ſunt Epicycli.*

Yy. Concentricorum & eccentricorũ *ſimul notetur*

- 1. λόγος. *Sunt enim quorum altera ſuperficies Mundo concentrica, altera verò eccentrica eſt.*
- 2. Species *Deferentes*
  - Apogæa, & Perigæa,

Doctrina

Digitized by Google

♍ Doctrina *Theorica apparentias explicat secundorum mobiliũ, quæ sunt stellæ vel*

Erraticæ *seu septẽ planetæ. Hic traduntur duo hæc*

1. Motus *longitudinis & latitudinis 7. Planetarũ, nimirum*

Solis; *in hujus Theoria notentur*

1. Orbes *tres*

1. Eccentricus, *qui corpus solis defert. Vide. Z z.*
2. Duo deferentes *Apogaũ Eccentrici, qui Eccentricum intra se continent, & totam Solis sphæram faciunt concentricam. Vide. A A.*
3. His accessit *iuxta copernici demonstrationes Eccentrus Eccentri, propterea quod Apogæa solis inæqualiter incedant, & eccentricitas mutetur. Vide. B B.*

2. Apogæi *seu* Augis *motus. Vide. C C.*
3. Linea *Mediȷ motus solis. Vide. D D.*
4. Linea Veri *motus solis. Vide. E E.*
5. Anomalia *annua ejus, vel Argumentũ. Vide. FF.*
6. Medius *& verus motus. Vide. G G.*
7. Prosthaphæreses, *vel* Æquatio. *Vide. H H.*
8. Motus secundum *latitudinem. Vide. I I.*

Lunæ. *Vide. Kk.*

Saturni. Iovis. Martis. *Vide M M.*

Veneris. *Vide. N N.*

Mercurij. *Vide. O O.*

2. Passio nes *Planetarum, quæ comitantur orbium eorum hypotheses. Vide. Q Q.*

Fixæ, *sive* stellæ octavi *orbis. Vide. V V.*

1. λόγ☉. *Est spacium, quod vel ad solis vel lunæ, vel etiam utriusque cursum populari gentium numeratione accommodatur.*

2. Distributio. *Est enim annus hic vel*
- 1. Iulianus, *quo nos hodie utimur. Estque vel*
  - Communis, *habens dies 365*
  - Intercalaris, *habens dies 366. Nam sex illæ horæ super 365. quater sumpta, quarto anno intercalari efficiunt diem addendum 365.*
- 2. AEgyptius *habens perpetuò dies 365.*
- 3. Iudaicus *qui continet interdum* 12. / 13. lunationes

3. Initium
- 1. Vetustioribus *Romanis à Martio fiebat:* Posterioribus *à solstitio hyberno.*
- 2. Iudæis *fit à Novilunio, quod æquinoctio verno est proximum.*
- 3. Atticis *à solstitio æstivo sive à Novilunio ei propinquo.*
- 4. Asiaticis *ab æquinoctio autumnali, &c.*
- 5. Nobis *à Calendis Ianuarijs.*

...hæno-*ménων* ...rimi mo-...ilis va-...ietas se-...uitur va-...um po-*situm* ...phæræ. ...lius e-...tim est ...ositus,

1. Sphæræ rectæ, *seu eorum locorum, quorũ zenith in æquatorem incidit. Hujus sphæræ phænomena hæ sunt conclusiones:*
- 1. Signorum *Eccliptica ascensiones eæ sunt, quem ad modum supra de ascensionibus rectis est dictum.*
- 2. Omnes *stellæ oriuntur & occidunt, nec ulla inoccidua, nec semper occultata manet: ideò etiam nulla est, quæ ortus & occasus Poëticos vitare possit. Arctus & Antarcticus circulus ibi nullus est.*
- 3. Quotiescunque *diurno motu puncta æquinoctialia ad meridianũ devolvuntur, Ecclipticæ ad rectos angulos horizontem, atq; in punctis tropicis secat.*
- 4. Hic *perpetuum est æquinoctium.*
- 5. Sol *quotannis bis per zenith eorum locorum transiens, eis fit verticalis quando nimirum fuerit in parallelorum medio seu maximo.*
- 6. Sol *donec totum zodiacum percurrit, quantũ descendit à zenith in Austrum, tantundem etiam digreditur ab eodem in boream.*
- 7. Hic *quatuor sunt solstitia. Duo ima, sole ad latera Mundi descendente, & in Tropicis punctu constituto: Et duo alta, cum nimirum sol in ipsum æquatorem inciderit.*
- 8. Hic *quotannis geminæ sunt æstates. Sole æquinoctia accedente. Sic etiam geminas quasi hyemes ista terra habet, sole sc: prope Tropicos versante, ubi radios magis obliquos demittit.*
- 9. Quinque *differentias umbrarum habent, Meridionalem scilicet, septentrionalem (unde ἀμφίσκιοι sunt,) Orientalem, Occidentalem: quas sol in partibus Mundi oppositis projici facit; & perpendicularem, si modo etiam hæc Umbræ nomen usurpare potest.*

2. Sphærę obliquæ, *seu eorum locorum quorum.* *Vide. Hh.*

3. Sphæræ parallelæ, *seu eorum locorum, quorum zenith cum polo Mundi unitur.* *Vide. Nn.*

Sphæræ

Digitized by Google

Hh. Sphæræ obliquæ *seu eorum locorum quorum*

1. Zenith *intra æquatorem & cancri Tropicum consistit.*

Hujus φαινομένων hæ sunt conclusiones

1. Signorũ *ascensiones rectificantur, seu examinãtur regulis ascensionum obliquarum.*
2. Stellæ *aliquæ boreales semper supra horizontẽ manentes habent æternos dies: & ex opposito nõ nullæ æterna nocte obscurantur. Unde istæ nulli ortui & occasui Poëtico obnoxiæ fiunt. Arcticus autem et Antarcticus qui sunt limites semp apparentiũ aut semper latentiũ partiũ Mũdi sunt intra polares circulos, unde ipsi magnitudinẽ eorũ nõ adæquãt.*
3. Duobus *Eccliptica punctis, quorũ declinatio borealis latitudini loci est æqualis, in meridiano superiori constitutis; ipsa Ecclyptica erecta est ad Horizontem; attamen ab eo nec in Tropicis, nec in Aequinoctialibus punctis secatur: Poli Eccliptica tunc in Horizonte inveniuntur.*
4. Dies *artificialis non æquatur nocti suæ exceptis tantum illis duobus diebus, quibus in omni obliqua sphæra est æquinoctiũ universale. Diei autem maximi longitudo in illo terræ tractu potest horas* 13. *cum dimidia conficere.*
5. Sol quotannis *fit bis verticalis. Cum enim ad illos Eccliptica gradus, quorum declinatio latitudini loci æqualis est, pertigerit; Convertitur in parallelo per zenith ducto.*
6. Sol *à Zenith in Meridiano ulterius in austrũ, quã in boreã descendit.*
7. Quatuor *etiam sunt solstitia, duo alta: & duo ima.*
8. Geminas *etiam habẽt æstates & hyemes: impares tamen si temporis durationem, & caloris æstivi remissionem, eique succedens frigus consideres. Nam quò propius ad Tropicũ cancri zenith accesserit, eò magis diuturna & aspera est hyems. Sole circa austrum occupato brevior autem minusque frigida, sole Tropicum capricorni tenente. Adeò, ut in locis dicto Tropico vicinis, æstates binæ, quas sol quotannis per zenith trãsiens efficit, alteram hyemem omninò excludant, ipsæque sibypsis nulla hyeme interveniente connectantur.*
9. Quinque *umbrarum differentias habent: nisi quod Meridionales umbræ maximæ longitudinem borealium maximarum exæquare non possunt.*

2. Zenith *in cancri Tropico est. Vide Ii*

3. Zenith *intra Tropicum cancri & polarem arcticum habetur. Vide.* K *k.*

4. Zenith *in ipso polari septentrionali circulo quiescit. Vide. L l.*

5. Zenith *intra polarẽ boreum & polum Mundi vicinũ versatur. Vide. M m.*

II. Hujus φαινομένων hæ sunt conclusiones:

1. Signorum *ascensiones magis obliquæ sunt, quam intra zonam torridam, minus tamen quàm in temperata.*

2. Omnes *stellæ, quas circulus polaris boreus amplectitur, sunt perpetuæ apparitionis: opposito verò polari comprehensæ perpetuò latent. Arcticus & Antarcticus circuli æquales sunt circulis polaribus, nam cum ipsis uniuntur.*

3. Initio *Cancri in Meridiano superiori constituto, ipsa Ecclipti ca erecta est, seu angulos rectos conformat cum Horizonte, & ab eo in punctis æquinoctialibus dividitur. Ac tum poli Eclipticæ utrinq; in Meridiani & Horizontis sectione mutua reperiuntur.*

4. Dies *artificialis longissima est sole per zenith transeunte; Brevissima, si ab eo in meridiano remotissimus sit: æqualis autem, si dimidiata fuerit hæc distantia.*

5. Semel *duntaxat sol fit verticalis, nimirum in primo cancri puncto.*

6. Sol *in Meridiano ultra zenith nunquam in boream ascendit: sed extra principium cancri perpetuò Austrinus est.*

7. Tantum *duo sunt ibi solstitia: Unum altũ, & alterum imum. Altum, sole in Tropico cancri per zenith eunte: Imum, in Tropico opposito. In illo dies est longissima: In hoc brevissima.*

8. Vna *hic æstas est, sole propè zenith versante: hyems loco opposito.*

9. Quatuor *habent umbrarum differentias orientalem, occidentalem, borealem & perpendicularem: Unde istorum locorum situs primus est, quibus Umbra Meridionalis deficit. Hic igitur ἑτερόσκιοι incipiunt.*

Kk Hujus φαινομένων hæ sunt conclusiones:

1. Cum *augmento altitudinis polaris augetur obliquitas ascensionum signorum Zodiaci.*

2. Plurimæ *stellæ semper manent conspicuæ; quantò enim altius attollitur polus, tantò plures stellæ occasui obnoxia esse desinunt: totidẽ etiã ex opposito ad hæmisphæriũ nostrũ nõ amplius exoriũtur. Arcticus etiã et Antarcticus circuli majores sunt polaribus, Minores Tropicis.*

3. Eccliptica *nunquam fit erecta ad horizontem, nec etiam cum eo unitur. Angulum autem quantum fieri potest maximum conformat cum Horizonte, quando principium cancri fuerit in Meridiani parte superiore: Minimum, si in inferiore. Polus Eccliptica septentrionalis nec ad horizontem, nec ad zenith devolvitur.*

4. Major *est dierum & noctium artificialium inæqualitas. Dies longissima est, & nox brevissima, sole ad zenith proximè accedente: brevissima dies & nox longissima, sole maximè remoto: Æquinoctium verò est in locis intermedys. Porrò longissima vel dies vel nox non minor esse potest horis 13. cum dimidia; attamen ad 24 horas non extenditur.*

5. Sol hic *nunquam fit verticalis, nec etiam in Meridiano Horizontem stringit.*

6. Sol *in meridiano perpetuò manet Australis.*

7. Duo *sunt solstitia, Altum, in principio cancri: Imum, in principio capricorni.*

8. Vna *est æstas, Una hyems hæ tamen si qualitas & temperies aëris consideretur, dissimiles sunt. Loca enim Tropicis vicina, Majorẽ æstum, minusq; frigoris sentiunt: sed polaribus magis propinqua, plus frigoris, quam caloris experiuntur. Medium vero ejus zonæ temperatam & gratam aëris dispositionem ex frigore & calore commixtam habet.*

9. Tres *differentias umbrarum habent: orientalem, occidentalem: & septentrionalem. Hujus zonæ incolæ dicuntur ἑτερόσκιοι.*

Hujus po-

LI. Hujus positus φαινόμενα hæ sunt conclusiones:

1. Ascensiones *Medietatis unius Eccliptica, qua Ascendens vocatur, nec rectæ sunt, nec obliquæ: sed nullæ omninò. Alterius autem Medietatis arcuum ascensiones duplæ sunt ad ascensiones suas rectas.*

2. Omnes *stellæ, quarũ declinatio major est obliquitate Eccliptica, aut nõ occidunt, si boreales sint: aut non oriuntur, si fuerint Australes. Circuli enim, qui semper apparentium & latentium limites sunt, cum Tropicis uniuntur.*

3. Primo *puncto cancri in meridiani superiorem Medietatẽ delato, Eccliptica cum Horizõte, quantũ quidem potest, maximum angulum creatẽ: sed cum eo nullũ prorsus cõformat, quando eidẽ medietati meridiani principiũ capricorni applicat; tum enim plana eorum omnino uniuntur. Polus itẽ Eccliptica boreus in zenith incidit. Hinc in utroq; semestri, quo sol vel ascendentem vel descendentem Eccliptica medietatem perambulat, ipse ex omni parte horizontis oriẽtalis oritur, & ex omni parte occidentalis occidit.*

4 Longissima *dies est horarum 24, nox brevissima est vel momẽtum, vel omninò nihil. Eodem modo nox longissima cum die brevissima se habet.*

5. Solis *centrum quotannis bis stringit horizontem sine occasu vel ortu, nimirum in punctis Tropicis. Tropici enim Horizontem tangunt.*

6. Sol *Tempore meridiano semper australis conspicitur; veruntamen in Tropico æstivo sub Mediã noctẽ, seu in circulo Media noctis, in borea etiam cernitur.*

7. Duo *habent solstitia: Altũ in cãcro: Imũ in capricorno. Quod si verò ad* Ana*logiã solstitiorũ in cæteris zonis (quibus solstitiũ dicitur vel maxima vel minima elevatio solis in Meridiano.) respiciamus: Tria habebunt solstitia. Altũ unũ in cancro, ubi elevatio solis æquat distantiã Tropicorũ: Ima duo quorũ alterum itidem est in Tropico cancri versus Boreã, sive in circulo media noctis, quo loco sol stringens Horizontẽ, altitudinem supra Horizontem in Meridiano habet minimam. Alterum in Tropico capricorni, quo itidem Horizontem stringit.*

8. Vnam *æstatem, unamq; habent hyemem. Ea tamen videntur omninò opponi æstati & hyemi degentiũ sub Tropico: Quãtus enim est æstatis fervor sub Tropico, tanta est frigoris intensio sub polaribus: & è contra quantum de calore illic tempore hyberno remittitur (si quidẽ illic nulla est frigoris intẽsio, sed æstus immensi aliqua remissio pro gelu hyemali censenda est.) tantundem asperitas frigoris hîc mitigatur.*

9. Quatuor *umbrarum differentias habẽt. Orientalem, Occidentalem Septentrionalem & Meridionalem: hanc tamen semel tantum in anno, eamq; in infinitum ejectam, sole in Tropico cancri ad circulũ Media noctis descendente. His locis desinunt* ἑτερόσκιοι *& incipiunt* περίσκιοι.

Mm. Hujus *περισκίων hæ sunt conclusiones*

1. Non *omnes Ecclipticæ partes ascendunt supra* Horizontem, *sed quædam perpetuò supra, quædam perpetuò infra eum manent: reliquarum illæ, quæ in medietate ejus descendente sunt oriuntur ordine inverso seu præpostero.*

2. Pauculæ *sunt stellæ, quæ oriri et occidere possunt, quæ scilicet non multum ab æquatore decliuant. Arcticus enim et Antarcticus circuli, majores sunt* Tropicis, *et æquatori propiores.*

3. Ecclíptica *Horizontem, dum una conversio fit, bis omni loco secat: Anguli sectionum modo ad ortum, modo ad Austrū, modò ad Occasum, modò ad Boream respiciunt. Ii quando cancri initium in circulo Medij diei fuerit ad rectitudinem, quantum quidem fieri potest, maximè accedunt: sed si in circulo mediæ noctis fit initium idem cancri, anguli isti maximè obliquescunt. Polus Ecclipticæ circa zenith circumvolvitur.*

4. AEquinoctium *habent sicut alia terra loca, Sole in arietem vel libram ingrediente. At in duobus illis gradibus quorum declinatio borea æqualis est distantiæ poli mundi à zenith, dies artificialis* 24 *horarum est, nocti vero de Naturali die Unicum tantùm momentum relinquitur. Inde dies artificialis per tot dies naturales extenditur, quæ Solis motus proprius ad conficiendum arcum Eccliptica duobus illis gradibus interceptum qui inoccidiuus est, postulat Idem nocti insignis oppositis accidit.*

5. Sol *in ijs Eccliptica gradibus constitutus, quorum declinatio sive borea sive austrina æqualis est distantiæ zenith à polo Mundi, stringit Horizontem in sectione ejus cum Meridiano: attamen sine ortu vel occasu. Hoc quotannis quater fit. Ac tùm vel dies vel nox artificialis diem totum naturalem æquat.*

6. Sol *in Meridiani Medietate superiori constitutus, ea quidem anni parte, quæ supra Horizontem commoratur in austro cernitur sed tempore æstivo in circulo Med. æ noctis, seu meridiani inferiore Medietate aliquot diebus in borea conspicitur.*

7. *U*nicum *habent solstitium, altum nimirum, in Tropico cancri: Nam oppositum eos latet. Sed iuxta analogiam de qua ante dictum est sex solstitia illis sunt. Duo alta, sole in Tropico cancri existente: et quatuor ima, quibus Solis centrum horizontem in sectione cum Meridiano tangit seu radit.*

8. *U*nam *æstatem, Unamque hyemem habent. Porro videntur omninò opponi æstati et hyemi degentium intra tropicos. Etenim loca illa perpetuo frigore adeo rigent, ut maris glacialis nives et glacies quotannis tantum duobus mensibus resoluta navigationibus accessū ad earum accolas permittat.*

9. Quatuor *umbrarum differentias habent. Orientalem, occidentalem australem et borealem. Australis tamen brevitatem borealis assequi non potest. Hic sunt περίσκιοι.*

Hujus

Nn. Hujus φαινομένων hæ sunt conclusiones:

1. Nullas *habent signorum ascensiones, sed tota Medietas Zodiaci borealis semper supra Horizontem, altera infra eum manet, idque propter Horizontem & æquatorem, unitos.*

2. Primi *motus conversio nullum ortum & occasum stellarum efficit.*

3 Horizon *Eclipticam perpetuò, & tantum in æquinoctialibus punctis, & ad eosdem angulos secat.*

4. Dies *artificialis in totum semestre extenditur, sicut & nox.*

5. Sol *in æquinoctialibus punctis constitutus, in Horizonte circũ circa rotatur. Oritur enim sol in æquinoctio verno (motu proprio, non motu diurno eò delatus.) & occidit in autumno.*

6. Nec *sol, nec ulla stella, nullaque Mundi pars ad Horizontem comparata, potest orientalis vel occidẽtalis, australis, vel borealis dici. Ortus enim & occasus ibi nullus est: nec ad ullam horizontis, partem polus mundi magis, quam ad aliam declinat, cujus inclinationis gratia, ea pars borealis, eique opposita Meridionalis dici possit. Hinc vel nunquam, vel semper eis est Meridies oriens &c. Meridiani enim omnes totius terræ ibi conveniunt.*

7. Vnicum *Solstitium habent, Altum sc: in cancro. Sed secundum aliorum solstitiorum Analogiam huic alto solstitio duo ima annumerari possunt, quæ sunt in principijs Arietis & libræ, quibus ima Solis altitudo supra Horizontem in Meridianis est. At quoniam Meridianus ibi certus nullus est, sed omnes simul conveniunt, & usurpari possunt Sol in Tropico & æquinoctiali circumductus maximam & minimam altitudinem omnibus æqualiter communicat. Solstitia igitur innumera ibi fieri necesse erit: nisi præcisè ad horam horæque scrupulum ingressus solis in ista cardinalia puncta, solstitia illa referre studeamus.*

8. Vnam *æstatem unamque hyemem habent: vel potius tenuem remissionem frigoris sentiunt, & acerrima diuturnaque hyeme premuntur. Nam radij solis toto semestri eis nulli lucent: reliquo semestri valde sunt obliqui.*

9. Vmbras *habent in omnes mundi partes æqualiter projectas. Suntque Medij τῶν περισκίων.*

♎ Theoriarum *planetarum vel secundorum mobiliũ notetur*

1. λόγος. *Sunt effigies sphæræ stellarum fixarum, vel alicujus ex septem erraticis, ex certis quibusdam orbibus se mutuò ambientibus, artificiosè structæ, quibus vel sphæræ stellarum fixarum, vel alicujus planetæ motus ratio demonstratur.*

2. Orbes; *horum notetur*

- 1. λόγος. *Sunt figuræ rotundæ, quæ ex suis centris & polis descriptæ repræsentant illiusmodi orbes in cœlo, qui causa sunt variorum motuum, quibus stellæ volvuntur.*
- 2. Numerus *septenarius*
  - 1. Eccentricus. *Vide O o.*
  - 2. Deferentes *Apogæũ. Horum notetur*
    - 1. λόγος: *Sunt enim duo orbes Theoriarum cujusvis ex septem Planetis, difformes, concentrici & eccentrici simul, qui eccentricos omnes intra se complectuntur, quibusque tota sphæra planeta mundo concentrica efficitur.*
    - 2. Conversionis *ratio. Non habent enim peculiares & separatas cõversiones, sed simul æqualiter circumeunt, hac motus Analogia, ut spissior unius pars perpetuò tenuiori alterius parti adhæreat. Vnde etiam pro uno orbe haberi possent, qui tamen intra se alios orbes includunt.*
    - Officia *& usus*
      - 1. Apogæa *& perigæa planetarum ipsi motibus suis sub zodiaco promovent.*
      - 2. Totam *sphæram cujusvis Planetarum efficiunt Mundo concentricam.*
      - 3. Trium *superiorum, sicut & Veneris & Mercurij deferentibus, Munus deferendi nodos committitur*
  - 3. Epicyclus. *Vide. Q q.*
  - 4. Æquans. *Vide. R r.*
  - 5. Eccentricus *eccentrici. Vide. S s.*
  - 6. Orbes *Deferentes nodos. Vide. T t.*
- 3. Distinctio *duplex. Vide V u.*

Eccentrici

Oo. Eccentrici orbis notetur

1. λόγος. *Est orbis Theoriarū cujusvis ex septē Planetis, uniformis, eccētricus, centrum Mundi ambiens, & vel Planetam vel Epicyclum immediatè ferens.*

2. Nomina
   - 1. Eccētricus *dicitur specialiter, propter diversū ejus cētrū à Zodiaco.*
   - 2. Deferens *centrum Epicycli, idque in Theorÿs sex Planetarum, qui Epicyclis utuntur.*
   - 3. Deferens *corpus vel centrū Solis in sola Solis Theoria.*

3. Vsus
   - 1. Secundum *eccentricorum conversiones numeramus motus periodicos* (*Planetarū.*
   - 2. Per hunc *seu orbē, seu circulum demonstratur, Planetas in alÿs zodiaci partibus velociores, in alÿs tardiores esse.*
   - 3. In hoc *circulo notamus puncta à quibus omnis seu præcipua computationis Anomaliarum ratio dependet, nimirum*
     - Apogæum ἀπόγειον, *quod est pūctum in circumferentia totius orbis à terra remotissimum.*
     - Perigæum περίγειον, *quod est punctum in circumferentia totius orbis terra proximum.*
     - Vide *Pp.*
   - 4. Ob eccentricum *in Theoria Solis Medius solis motus extra Apogæum & perigæum differt ab ejus vero motu: Sic propter eundē differt Anomalia media & vera: Ex quibus* προσθαφαίρεσις *seu æquatio elicitur.*
   - 5. Eccentricorum *declinatio ab Ecclíptica in sex planetis præter solem, explicat eorum latitudines, tàm boreales, quàm australes.*

Pp. Horum punctorum notetur.

1. Determinatio, *quæ fit per lineā ex Centro Mūdi per Centrū eccētrici eiectā, & utrinq; ad circūferentiam terminatā, & hæc linea nominatur linea Apogæi.*

2. Officium *lineæ apogæi: Nam in ea metimur eccentricitatē. Hujus notetur*
   - 1. λόγος. *Est enim eccentricitas distantia Centri eccentrici à centro zodiaci: Sive est recta, à centro Mundi ad centrum eccentrici ducta.*
   - 2. Vsus
     - 1. Hinc *planetas à terris aliàs remotiores, aliàs viciniores eisdem esse demonstratur.*
     - 2. Eccētricitas *causa est, quod eædem æquationes seu* προσθαφαιρέσεις *epicyclorum aliquando majores, aliquando minores sunt.*
     - 3. Eccentricitas *Eccētrici causa est, quod in Theoria solis linea veri motus differt à linea medÿ seu æqualis motus ejus. Quod a. in solis Theoria est ipsum corpus seu Centrū solis: id in alÿs Theorÿs est Epicyclus, seu centrum Epicycli.*

Q. 9. Epicycli *notetur*

1. λόγος: *Est orbiculus Theoriarum Planetarum, qui orbi alteri cuidam totus insertus, ab eodem circumfertur.*

2. Locus. *In omnibus, praterquam in solis Theoria.*

3. Nomina.
   1. Epicyclus *communiter.*
   2. Anomalia *seu inaqualitas Ptolemao.*
   3. Anomalia *commutationis Copernico.*

4. Officia *seu* Usus

1. Per Epicyclum *salvatur altera anomalia motus longitudinis Planetarum. Solent enim Planeta in iisdem locis Eccentrici aliquando magis, aliquando minus veloces esse, quàm eccentricitatis ratio postulat.*

2. Epicyclus *causa est, sicut velocitatis concitatioris & tarditatis remissioris: ita & stationum & regressuum Planetarum quinque, prater Luminaria.*

3. Per Epicyclos *demonstratur magis evidens ratio inaequalis distantia planetarum à terra, qua etiam in oculos vulgi cadere potest. Hinc aliquoties contigit, ut Martis stella ptopter propinquitatem ad terram in imo Epicycli insolita magnitudine apparens, pro nova stella fuerit habita, qua tamen aliàs in Epicycli summitate constituta, tanta exilitate visa est, ut vix stellas secunda magnitudinis aequaret.*

4. In eo *determinamus Apogaeum & perigaeum, nimirum per lineas eductas excentro vel Mundi, vel Eccentrici, vel sua aequalitatis, & trajectas per Centrum Epicycli. Ista. n. linea inferiori sua sectione cum circumferentia Epicycli, perigaeum sive augis oppositum: superiori verò augem, seu Apogaeum denotant.*

5. In eo numeramus *Argumentum (arcum, qui ultimam aequationem, adeoque verum planeta locum prodit.) medium: cujus initium dependet ab Apogao medio: & verum, seu aequatum, quod à vero Apogao numeratur usque ad Planetam.*

6. Epicyclus *in tribus superioribus Planetis, ut & in Venere & Mercurio, declinans plano suo à plano eccentrici, ostendit alteram latitudinis inaequalitatem qua sese ejus causa immiscet.*

Æquan tis

Digitized by Google

K 1. Aequantis nomine

1. λόγος: *Est enim circulus in Theorijs Planetarũ in plano Eccentrici descriptus, ad cujus centrũ, quodcunq; illud sit, Eccentrici et epicycli motus aequalis est.*

2. Nomina.
- 1. Circulus *aequalitatis.*
- 2. Æquator.
- 3. Eccentricus *aequator.*

3. Centrum: *dicitur punctum aequalitatis.*

4. Officij *translatio in Orbem deferentem Nodos in Theoria lunae.*

5. Vsus
- 1. Est regula *motus eccentricorum in omnibus planetis praeter solem.*
- 2. Æquantis *eccentricitas in tribus superioribus & in Venere atq; Mercurio causa est, quod linea veri motus Epicycli eorum differt à linea Medij motus: & inde verus motus ab eorundem motu Medio: item Anomalia Eccentri Media à vera.*
- 3. Epicyclorum *trium superiorũ, atque Veneris & Mercurij cõversiones hoc ipsum aequalitatis punctum observare animadvertuntur.*
- 4. AEqualitatis *punctum causa est, ut extra Apogaeum & perigaeum Eccentrici Epicyclo constituto, apogaeum Epicycli medium & verum, sicut & punctum contactus & inde Anomalia epicycli seu Argumentum Medium & verum inter se discrepent.*

S 2. Orbis q dicitur Eccentrus Eccentri notetur

1. λόγος. *Est orbis Theoriae planetarum uniformis, eccentricus, centrum Mundi ambiens, & alium orbem eccentricum continens.*

2. Nomina *Dicitur*
- 1. ἔκκεντρος ἐκκέντρου.
- 2. Eccentricus *Eccentrici.*
- 3. Eccentrus *Eccentri.*
- 4. Deferens *augem Eccentrici ejus, qui intra eum est inclusus.*

3. Locus. *Theoria Mercurij, propter multiplices motus illius varietates.*

4. Vsus
- 1. Hic orbis *motu suo circa suum centrum circumducit centrum Eccentrici, quod hac conversione parvum circulum describit.*
- 2. Eccentricitatem *Eccentrici hic orbis mutat. Maxima enim est Eccentricitas, sive maxima centri Eccentrici & mundi est distantia, quando hujus orbis motu centrum eccentricus in summitate circuli parvi fuerit: minima autem si in imo.*
- 3. Hic orbis in Theoria Mercurij, *rationẽ explicat, quare Mercurius quotannis semel à terra remotissimus sit, minimasq; in Epicyclo prosthaphareses habeat & tamen bis terrae proximus fiat, atque prosthaphareses maximè augeat.*

Digitized by Google

II. Orbis *deferentis Nodos noteтur* [sic: *noteтur*, with a Cyrillic т]

- 1. *λόγος. Est orbis in Theoria alicujus Planetæ uniformis, cōcentricus, totum Planetæ sphæræ systema continens, & Nodos sub Ecclíptica circumducens.*
- 2. Nodi, *qui sunt duo puncta Eccentricorum, quibus plana eorum ab Eclipticæ plano intersecantur.*
- 3. Nodorum
  - 1. Nomina
    - 1. Puncta *intersectionum.*
    - 2. Nodi.
    - 3. *σύνδεσμοι.*
  - 2. Differentia, *Est enim alius*
    - 1. *Αναβιβάζων, ascendens, quo Planeta ab eo ultra Eclipticam in boream ascendit, nostroq; Zenith fit propior. Dicitur caput Draconis.*
    - 2. *Καταβιβάζων, descendens, quo Planeta iu Austrum descendit. Dicitur cauda Draconis.*
- 4. Locus, *Tantùm in Theoria lunæ.*
- 5. Vsus *seu* officia
  - 1. Intersectionum *nodos sive caput & caudam Draconis, & unâ cum illis limites maximarum latitudinum, adeoque omnium latitudinum varietates per Zodiacum desert.*
  - 2. In Lunæ *Theoria beneficio hujus orbis scitur, quæ Novilunia & plenilunia sint Ecliptica.*
  - 3. In eadem *Theoria orbis hujus Centrum quod idem est cum Zodiaci centro, pro æqualitatis centro accipitur. Vnde etiam ipse hic orbis AEquans appellatur, iuxta quem Eccentrici motus regularis & æqualis deprehenditur.*

Orbes

Digitized by Google

V u. Orbes *enim ſunt*

- 1. vel
  - Vniformes; *horum ſpectetur*
    - 1. λόγος: *Sunt enim quorum ſpiſsitudo eſt æqualis, hoc eſt, quorum utraque ſuperficies ex uno & eodem centro deſcribitur.*
    - 2. Species *quæ ſunt*
      - 1. Eccentrici.
      - 2. Æquantes.
      - 3. Eccentri *eccentrorum, quâ ſunt unus orbis.*
      - 4. Orbes *nodorum.*
      - 5. Integræ *planetarum ſphæræ.*
      - 6. Item Epicycli.
  - Difformes; *horũ notetur*
    - 1. λόγος. *Sunt enim, quorum ſpiſsitudo eſt inæqualis, major alibi, alibi minor: hoc eſt, quorum ſuperficies non ex uno eodemque, ſed ex diverſis centris deſcripta ſunt.*
    - 2. Species *quæ ſunt*
      - 1 Deferentes *Apogæa.*
      - 2. Eccentri *eccentrorum, quâ dividuntur in duos orbes.*
- 2. vel *Mundo*
  - 1. Cōcentrici; *horum notetur*
    - 1. λόγος. *Sunt enim, quorum idem cum Mundo centrum eſt.*
    - 2. Species
      - 1. Deferentes *nodos.*
      - 2. AEquans *in Theoria Lunæ.*
      - 3. Integræ *ſphæræ cæleſtes.*
  - 2. Eccētrici; *horum ſpectetur*
    - 1. λόγος. *Sunt enim quorum centrum à mundi centro aliud & diverſum eſt.*
    - 2. Species
      - 1. Eccentrici.
      - 2. Epicycli.
      - 3. Eccentri *eccentrorum.*
      - 4. AEquantes
        - 1. Saturni.
        - 2. Iovis.
        - 3. Martis.
        - 4. Veneris.
        - 5. Mercurij.
    - 3. Diſtributio. *Vide. XX.*
  - 3. Concentrici *& eccentrici ſimul. Vide. Yy.*

Xx. Distributio Eccentrici Nam alij

- 1. Ambiunt *centrum mundi, idq; vel*
  - 1. Intra *se alium continendo eccentricum centrum mundi itidem ambientem, ut sunt Eccentri eccentorum.*
  - 2. Intra *se non continendo alium orbem sed vel*
    - Corpus *Planetæ.*
    - Epicyclũ
    - Dicuntur *specialiter Eccentrici.*
- 2. Non ambiunt *centrum mundi, sed longe supra illud elevati sunt. Vt sunt Epicycli.*

Yy. Concentricorum & eccentricorũ *simul notetur*

- 1. λόγος. *Sunt enim quorum altera superficies Mundo concentrica, altera verò eccentrica est.*
- 2. Species *Deferentes*
  - Apogæa, & Perigæa.

Doctrina

Digitized by Google

♍ Doctrina *Theorica apparentias explicat secundorum mobiliũ, quæ sunt stellæ vel*

- Erraticæ *seu septẽ planetæ. Hic traduntur duo hæc*
  - 1. Motus *longitudinis & latitudinis 7. Planetarũ, nimirum*
    - Solis; *in hujus Theoria notentur*
      - 1. Orbes *tres*
        - 1. Eccentricus, *qui corpus solis defert. Vide. Z z.*
        - 2. Duo deferentes *Apogaũ Eccentrici, qui Eccentricum intra se continent, & totam Solis spheram faciunt concentricam. Vide. A A.*
        - 3 His accesſit *iuxta copernici demonstrationes Eccentrus Eccentri, propterea quod Apogæa solis inæqualiter incedant, & eccentricitas mutetur. Vide. B B.*
      - 2. Apogæi *seu* Augis *motus. Vide. C C.*
      - 3. Linea *Medij motus solis. Vide. D D.*
      - 4. Linea Veri *motus solis. Vide. E E.*
      - 5. Anomalia *annua ejus, vel Argumentũ. Vide. FF.*
      - 6. Medius *& verus motus. Vide. G G.*
      - 7. Prosthaphæreses, *vel* Æquatio. *Vide. H H.*
      - 8. Motus secundum *latitudinem. Vide. I I.*
    - Lunæ. *Vide. Kk.*
    - Saturni. Iovis. Martis. *Vide M M.*
    - Veneris. *Vide. N N.*
    - Mercurij. *Vide. O O.*
  - 2. Pasſiones *Planetarum, quæ comitantur orbium eorum hypotheses. Vide. Q Q.*
- Fixæ, *sive* stellæ octavi *orbis. Vide. V V.*

Z z. Hujus *Motus notetur*

1. Qualitas. *Movetur enim regulariter circa suum centrum secundum signorum ordinem* (εἰς τὰ ἑπόμενα.) *sub Ecclipticâ.*
2. Quantitas. *Circuit semel annuo spacio, sive diebus* 365, *& horis sex propè.*

A A. *Horũ motus qualitas statuitur diversa. Nam*

1. Secundum *Alphonsinorum doctrinam moventur circa centrum Mundi & polos Eccliptica, secundum signorum seriem, virtute octavæ sphæræ, unam cum ea periodum restituentes annis* 49000. *Hoc motu promovent apogæum Eccentrici paulatim in consequentes Eccliptica gradus.*]
2. Propter *inexspectabilem horum orbium segnitiem ac tarditatẽ, in periodica quãtitate dissentiunt Artifices. Nam*
   1. Ptolomæus *eos omnino* ἀκινήτους *autumat.*
   2. Alphonsini *putarunt eos inæqualiter ritu octavæ sphæræ annis* 49000 *revolvi ad principium.*
   3. Copernicus *demonstrat eos per Zodiacum transire annis* 17108.
   4. AEgyptij *per stellarum fixarum orbem annis Aegiptiis* 50718 *ferè.*

B B. Hujus *motus notetur*

2. Qualitas. *Convertitur circa suum centrum, quod est parvi circelli centrum, contra signorum seriem.*

Quantitas *periodica: Annis AEgyptjis* 3434. *Hujus orbis motu demonstrat apogæum solis verum inæqualiter prorepere & Eccentricitatem mutari.*

CC. Motus Apogæi *vel Augis est Arcus Ecclipticæ ab Arietis principio usque ad lineam Augis.*

D D. Linea Medij motus *solis est recta ex Centro Mundi ad Eccliptícam extensa, æquidistans ej, quæ ex Centro Eccentrici ad solis Centrum ducitur.*

EE. Linea veri Motus *solis, est recta ex Centro Mundi per Centrum solis ad Eccliptícam extensa.*

Hujus no-

FF. Hujus *noretur*

1. λόγος. *Anomalia annua est arcus Ecclipticæ ab Apogæi linea, secundum signorum seriem usque ad lineam motus solis.*

2. Distributio *in*
- Mediam, *quæ in linea Medij motus terminatur.*
- Veram, *quæ in linea veri motus finitur.*

3. Nomen. *Dicitur*
- Anomalia *solis annua.*
- Anomalia *Eccentri.*
- Argumentum *solis ab Alphonsinis.*

GG. Arcus Medij *motus est arcus Ecclipticæ ab æquinoctio verno secundum signorum seriem, usque ad lineam medij motus Solis. Sed arcus veri motus, usque ad lineam veri motus numeratur.*

HH. Prosthaphæresis *seu æquatio motus solis, est arcus Ecclipticæ, qui inter lineam veri & medij motus ejus intercipitur. Hic autem arcus nullus est, sole in Apogæo vel Perigæo versante, propter linearum medij & veri motus concursum: maximus autem est in longitudine media.*

II. Motus secundum *latitudinem nullus est, quia Eccentrici solis planum ab Ecclipticæ plano nunquam digreditur, sed sub ea solem perpetuo incedere facit; adeò, ut Ecclíptica via Solaris nomine ab Astronomis insignita fuerit. Vnde etiam ad ejus viam, tanquam ad Metam immotam reliquorum Planetarum & stellarum omnium latitudines sive exorbitationes ab Ecclíptica exiguntur.*

Digitized by Google

- KK. In Lunæ *Theoria notentur*
  - 1. Orbes *quinque*
    - 1. Eccentricus *unus, deferens Epicyclũ sive ejus cẽtrũ. Hujus motus notetur*
      - 1. Qualitas. *Movetur secundum signorũm seriem, aequaliter circa centrũ Ecclipticæ, seu Mundi, & circa polos, à polis Eclipticæ utrinque quinque gradibus distantes.*
      - 2. Tempus. *Convertitur semel spacio menstruo. Hoc motu circumfert centrum Epicycli æqualiter per Zodiacũ.*
    - 2. Duo deferentes *Apogæum & Perigæũ Eccentrici. Horum motus notetur*
      - 1. Qualitas. *Moventur contra signorum seriem æqualiter, circa Mundi centrum, et circa eosdem cum eccentrico polos.*
      - 2. Tempus. *Convertuntur semel diebus triginta duobus ferè.*
    - 3. Quartus orbis, *Epicyclus nimirum ferẽs corpus Lunæ. Hujus motus notetur*
      - 1. Qualitas. *Epicyclus enim hic Eccentrico insertus, & supra Centrum zodiaci elevatus, movetur in superiore parte contra, & in inferiore parte secundum signorum seriem.*
      - 2. Tempus. *Circa axẽ proprium Eccentrici plano perpendiculariter insistentem, æqualiter ab Apogæo medio semel circuit diebus viginti septem, & horis fermè tredecim.*
    - 4. Quintus, *Orbis Concentricus, orbes dictos ambiens, q dicitur Aequãs lunæ, vel deferens caput & caudam Draconis: item circulus Nodorum. Hujus motus notetur,*
      - 1. Qualitas. *Movetur cõtra signorum seriem æqualiter circa centrum & polos Ecclipticæ.*
      - 2. Tempus. *cõvertitur semel annis novendecim ferè.*
  - 2. Linea Medij motus *Lunæ, est recta ex Centro Mundi per Centrum Epicycli ad zodiacum extensa.*
  - 3. Linea veri *motus lunæ est recta ex Centro Mundi per Centrum corporis lunaris ad zodiacum extensa.*
  - 4. Medius motus *lunæ est arcus zodiaci ab arietis initio per consequentiam signorum, usque ad lineam Medij motus Lunæ.*
  - 5. Verus lunæ *motus est, qui ad lineam veri motus extenditur.*
  - 6. Longitudo Lunæ *à sole est arcus zodiaci à linea Medij motus solis, secundum signorum seriem ad lineam medij motus Lunæ.*
  - 7. *Vide. L L.*

Digitized by Google

LL.

7. Longitudo duplicata, *seu Centrum Lunæ est arcus Zodiaci ab Apogæo Eccentrici secundum signorum seriem, usque ad lineam Medij motus lunæ.*

8. AEquatio Centri, *seu prosthaphæresis Eccentrici est arcus Epicycli inter Apogæum ejus Medium & verum interceptus.*

9. Anomalia *Epicycli*
1. Media *est arcus Epicycli inter Apogæum ejus medium & centrum corporis lunæ interceptus, numeratus in eam partem, in quam Epicyclus movetur.*
2. Vera est, *quæ à vero Apogæo initium sumit.*

10. Prosthaphæresis *Epicycli vel æquatio Argumenti est arcus Zodiaci inter lineam Medij & veri motus interceptus.*

11. Diversitas *Diametri est arcus zodiaci, quo prosthaphæreses Epicycli perigææ excedunt easdem Apogæas.*

12. Scrupula *Proportionalia sunt Sexagesimæ partes diversitatis Diametri vel excessus, quibus Prosthaphæreses Epicycli ad alia Eccentrici loca extra Apogæum & Perigæum æquantur vel corriguntur.*

13. Ratio latitudinis *lunæ ita se habet: Tota via lunaris Eccliptícam seu viam solarem duobus locis oppositis intersecat, & una Medietate in Boream, altera in Austrum declinat. Ideo Planum Eccentrici seu Epicycli Centrum (quæ idem sunt.) quod per Zodiacum æqualiter movetur, uno mense duntaxat bis in Eccliptícam incidit, reliquo autem tempore vel in Boream vel in Austrum exit.*

14. Maxima latitudo *lunæ est ab Ecclíptica utrinque graduum quinque: Manetque invariabilis hæc orbis lunæ obliquitas sive latitudo.*

15. Motus capitis *Draconis Medius est arcus zodiaci ab Arietis initio contra signorum seriem usque ad locum capitis Draconis.*

16. Motus capitis *Draconis verus est Arcus zodiaci ab Arietis initio secundum signorum seriem usque ad locum capitis Draconis.*

17. Motus *seu* Anomalia *latitudinis est arcus Zodiaci à loco capitis Draconis, secundum signorum seriem usque ad locum Lunæ.*

Digitized by Google

MM. In his tribus *Planetis notentur eorum*

- 1. Orbes *quinque*
  - 1. Vnus Eccẽtricus, *deferens Epicyclum. Hujus notetur motus*
    - 1. Qualitas, *Movetur secundũ signorum seriem, circa polos proprios ab Ecclipticæ polis utrinque inæqualiter declinantes, æqualiter circa Aequantium suorum centra, quæ sunt in linea Apogæi versus Apogæũ, duplam habentia à Centro Mundi distantiam ad Eccentricitatem Eccentrici.*
    - Tempus, *circulum suum absolvunt, Eccentricus quidem*
      - Saturni *annis* 30.
      - Iovis *annis* 12.
      - Martis *biennio propè.*
  - 2. Duo deferẽtes *Apogæũ & Perigæum Eccẽtrici. Horũ motus notetur.*
    - 1. Qualitas. *Moventur enim secundum signorum seriem circa centrum & polos Eclipticæ virtute octavæ sphæræ (Alphonsinis quidem) unam cum ea periodum restituentes.*
    - 2. Tempus. *Anni* 49000.
  - 3. Epicyclus *ferens corpus Planetæ. Hujus motus notetur*
    - 1. Qualitas *Movetur enim in superiore parte secundum, & in inferiore cõtra signorum successionem, circa axes proprios mobiles, planisq; suorum Eccentricorum obliquè insistentes, æqualiter ab Apogæo medio, quod describitur per rectam ex Centro æquantis per centrum Epicycli, usque ad circumferentiam ductam.*
    - 2. Tempus *circuit Epicyclus.*
      - 1. Saturni & Iovis — Semel *annuo spacio & aliquot diebus amplius.*
      - 2. Martis *semel paulò plus quàm biennio.*
  - 4. Æquans *seu æquator qui tamen non orbis sed circulus est.*
- 2. Cætera *quæ hæc spectant plices colligere ex numero binario sequente.*

2. Linea

2. Linea Medij *motus Planetæ vel etiam Epicycli: ea est recta ex centro Mundi ad zodiacum extensa, æquidistans ei, quæ ex Centro æqualitatis ad Epicycli centrum ducitur.*

3. Linea veri *Motus Epicycli: ea est recta ex centro Mundi per Centrum Epicycli ad zodiacum extensa.*

4. Linea veri *Motus Planetæ: ea est recta ex centro Mun di Mundi per corpus Planetæ ad zodiacum extensa.*

5. Quiditas *Medij & veri motus Planetæ et Epicycli. Medius motus est arcus zodiaci ab æquinoctio verno secundum signorum seriem, usque ad lineam medij motus Planetæ. Verus motus Epicycli ab eodem initio per signorum successionem, usque ad veri motus Epicycli lineam porrigitur. At verus motus Planetæ eodem modo ad lineam veri motus Planetæ numeratur.*

6. Anomalia *Eccentrici, vel Centrum Medium & æquatum. Est ea arcus zodiaci ab Apogæi linea, secundum signorum seriem, usque ad lineam Medij motus Planetæ. Ast anomalia Eccentrici vera aut æquata vel centrum æquatum in linea veri motus Epicycli finitur.*

7. Prosthaphæresis Eccentrici, *vel æquatio centri in Eccentrico. Est ea arcus* Eccen*trici inter lineam Medij & veri motus Epicycli comprehensus.*

8. Prosthaphæresis *Eccentrici vel æquatio Centri in Epicyclo. Est arcus Epicycli inter Apogæum Medium & verum interceptus.*

9. Anomalia *commutationis, vel argumẽtũ mediũ & verum. Est arcus Epicycli ab Apogæo medio, numeratus in eam partem, in quam Epicyclus movetur, usque ad planetam. At Anomalia vera pendet à vero Apogæo.*

10. Æquatio *argumenti. Est arcus zodiaci inter lineam veri motus Epicycli, & lineam veri motus Planetæ interceptus.*

11. Longitudo *media. Sunt Eccentrici puncta duo, in quibus Prosthaphæresis Eccentri maxima est. Et determinatur hæc per rectã ex puncto inter centrum Mũdi & Eccentrici Medio, eductam ad angulos rectos lineæ Apogæi, & circumferentiam Eccentrici contingentem.*

12. Excessus *longitudinis longioris & propioris. Sunt arcus zodiaci, quibus Prosthaphæreses Epicycli in longitudinibus medijs constituti, superant prosthaphæreses Epicycli Apogæas; vel superantur ab ejusdem* Epicycli *prosthaphæresibus Perigæis.*

13. Scrupula *proportionalia longiora & propiora; Sunt hoc in loco, partes sexagesimæ excessus longioris vel propioris, quibus æquationes argumenti ad alia Eccentrici loca extra Apogæum, perigæum & longitudines medias æquantur.*

14. Diameter *longitudinum mediarum in Epicyclo; Est recta in plano Epicycli per Centrum ejus ducta, & ad Diametrum absidum perpendiculariter erecta. In hanc lineam Planetæ incidentis distantia media est inter maximam in Apogæo Epicycli, & inter minimam in ejusdem Perigæo.*

15. Diameter *absidum in Epicyclo. Est recta per Centrum Epicycli, & per utramq; absidem, sive per Apogæum & Perigæum verum ducta. Secat hæc linea Planum Epicycli, medietatem orientalem & occidentalem.*

16. Medietas *Epicycli superior & Inferior. Superior est quæ supra Diametrum longitudinum Mediarum à terra remotior est, in qua Apogæum ejus mediat. Inferior est, in qua mediat Perigæum.*

17. Medietas *Epicycli orientalis & occidentalis. Orientalis est, quæ inter Apogæum & Perigæum Epicycli intercepta, orientem respicit: Occidentalis, quæ occasui est propensa.*

18. Latitudo *ab Eccentrico caussata. Hujus ea est conditio; quòd Eccentricorum plana declinant utrinque ab Ecclipica, secantes eam in Mundi Centro, obliquitate fixa.*

19. Anomalia *latitudinis, quam Eccentricus affert. Epicyclorum plana duplicem habent inclinationem seu librationem & utramque mutabilem quidem, sed tamen cum periodo Eccentricorum suorum proportionalem.*

20. Diametri *librationum seu inclinationum. harum.*

- Prior *est, quæ facit Diametrum absidum Epicycli ultra citraque Eccentrici planum inclinari maximè quæ contingit Epicyclo in limitibus versante & absolvitur super Diametrum longitudinum mediarum. Dicitur ἔγκλισις.*
- Posterior *est, quæ facit Diametrum longitudinum mediarum Epicycli ultra citraque planum Eccentrici reflecti, maximéq; contingit Epicyclo in nodis versante, & absolvitur supra* Dia*metrum absidum. Dicitur λόξωσις.*

Veneris

Digitized by Google

N.N. Veneris *notentur*

- 1. Orbes
  - 1. Eccentricus: *hujus motus notetur*
    - 1. Qualitas: *Movetur secundum signorum seriem, circa axem & polos proprios, unà cũ deferentium Apogaa polis vagos, æqualiter circa centrum æquantis circuli, quod est in linea Apogæi ultra centrum Eccentrici, duplam habens à centro mundi distantiam ad Eccentricitatem Eccentrici.*
    - 2. Tempus. *Periodum suam absolvit annuo spacio præcisè cum solis Eccentrico.*
  - 2. Duo deferentes *Apogæum Eccentrici. Horum motus spectetur*
    - 1. Qualitas. *Moventur secundum signorum seriem, circa centrum Mundi & polos proprios, ultra citraq. Eccliptica polos vagos, virtute octava sphara.*
    - 2. Tempus. *Vnam periodum restituunt (.iuxta Alphonsinum abacum)annis* 49000.
  - 3. Epicyclus. *Hujus motus cõsideretur*
    - 1. Qualitas. *Movetur in parte superiore secundum; in inferiore contra signorum successionem, circa axem suum proprium mobilem planoque sui* Eccentrici *obliquè insistentem, æqualiter ab Apogæo medio, quod describitur per rectam ex Centro æquantis per centrũ* Epicycli *usque ad τὴν περιφέρειαν ejectam.*
    - 2. Tempus. *Convertitur Mensibus prope.* 19.
  - 4. Circulus *æquans.*
- 2. Harmonia *motus, qua Venus solem observat, est in motu periodico Eccentrici. Ipse enim ex actè cum solis Eccentrico reducitur.*
- 3. Puncta, *linea & arcus ÿdem sunt, qui in superioribus tribus* Erronibus.
- 4. Linea *etiam medÿ motus Veneris eadem est cum linea Medÿ motus solis, sicut & ipse Medius solis & Veneris Motus idem sunt.*
- 5. Varietas *latitudinum Veneris & Mercurÿ simillima sunt, ideo vide in Mercurij θεωρίαν.*

OO. Mercurij notentur

1. Orbes

1. Eccentricus; hujus motus notetur

1. Qualitas. *Movetur secundum signorum seriem circa axem & polos proprios, unà cum deferentium Apogæa polis vagos, æqualiter circa centrum æquantis circuli, quod est in linea apogæi medij, loco medio inter centrum Mundi & ejus orbis qui Eccentrus Eccentri est Occupat autem imum circuli parvi, à Centro Eccentrici descripti. &c.*

2. Tempus. *Absolvit circuitũ unum spacio annuo præcisè cum Eccentrico solis.*

2. Duo deferentes *Apogæum æquantis. Horum motus observetur*

1. Qualitas. *Moventur secundum signorum seriem circa Centrum Mundi & Polos proprios, ultra citraque Eclipticæ polos vagantes, virtute octavæ sphæræ.*

2. Tempus. *Vnam periodum restituũt (iuxta doctrinam Alphonsinorum.) annis* 49000.

3. Eccentrus *Eccẽtri. Hujus motus notetur*

1. Qualitas. *Movetur contra signorum ordinem æqualiter circa suum centrũ, quod idem est cum parvi circuli centro, cir̄a proprium axem & polos proprios, unà cum deferrentium Apogæum æquantis polis vagos.*

2. Tempus *Circumit semel spacio anni, quo Eccentricus semel etiam circuit ad lineam Apogæi.*

4. Epicyclus. *Vide. PP.*

5. Circulus. *Aequans.*

2. Harmonia *quâ Mercurius solem observat, in hoc consistit, quod Mercurius, ut & Venus, in motu periodico Eccentrici Soli alligatus est. Convenit enim etiam ipsius revolutio exactissimè cum solis Eccentrico.*

3. Puncta, *linea & arcus ijdem qui in Venere & superioribus tribus erraticis.*

4. Latitudo, *similis est latitudini Veneris, nisi quod Eccentricus & Epicyclus Mercurij declinant in austrum.*

5. Latitudo
- Vna *ab Eccentrici obliquitate eaque mobili dependet.*
- Reliquæ *duæ ab Epicyclorũ inclinationibus similiter mobilibus dependent.*

6. Libratio *deviationis, quæ maxima fit Epicycli Centro in Apogæo & Perigæo Eccentrici versante.*

7. Epicyclorum *plana, quæ super duas diametros, absidum sc: & longitudinum mediarũ inclinantur, & in utramque Eccentricorum partem librantur: attamen cum Eccentricorum periodu proportionaliter.*

8. Prior, *Epicycli exorbitatio, ἔγκλισις maxima est in nodis.*

9. Altera *Epicycli exorbitatio λόξωσις maxima est in limitibus vel in Apogæo & perigæo.*

Hujus

PP. Hujus motus notetur
- 1. Qualitas. *Movetur in superiore parte secundum; in inferiore contra signorum seriem, circa axem suum proprium mobilem, planoque sui Eccentrici obliquè insistentem, æqualiter ab Apogæo medio, quod describitur per rectam ex Centro æquātis per centrum Epicycli usque ad circumferentiam emissam.*
- 2. Tempus. *Convertitur mensibus fere quatuor.*

QQ. Passionum planetarum notetur
- 1. λόγος. *Sunt principalia apparentiarum accidentia, seu affectiones, quæ ipsis Planetis, dum longitudinum & latitudinum suarum spacia decurrunt, adveniunt, etiam qualicunque observationi obvia.*
- 2. Genera quatuor
  - 1. Oritur ex collatione cōversionis Epicycli cujusque cum suo Eccentrico. Hac ratione Planetæ sunt,
    - 1. vel
      - Directi. *Planeta directus dicitur, quando linea veri Motus ejus, hoc est, ipse suo corpore secundum signorum seriem incedit.*
      - Retrogradi. *Retrogradus Planeta dicitur, quando iterum in præcedentia retrocedit.*
      - Stationarij. *Stationarius dicitur, quando eodem loco zodiaci aliquandiu subsistere videtur.*
      - Tales *sunt soli quinq; Errones, præter solē et lunam.*
    - 2. vel
      - Veloces *vel aucti cursu dicuntur, quando motus eorum verus major est sive velocior, secundum signorum seriem, quàm motus medius.*
      - Tardi *vel vel cursu diminuti vocantur, quando motus eorum verus tardior est secundum signorum seriem, quàm motus Medius.*
      - Mediocres *dicuntur, quando motus verus secundum signorum seriem æquatur Motui Medio.*
    - 3. vel
      - Aucti *numero sunt, quando linea veri motus eorum præcedit in signorum successione lineam Motus medij,*
      - Minuti *numero sunt, quando eadem linea veri motus sequitur lineam motus Medij.*
  - 2. Oritur *ex comparatione motus uniuscujusq; Planetæ cum motu alterius. Vide. RR.*
  - 3. Oritur *ex comparatione sex Planetarum ad motum solis. Vide. SS.*
  - 4. Oritur *ex collatione motuum planetarum ad globum terræ. Vide. TT.*

RR. Planetarum Principales positus seu aspectus sunt

1. σύνοδος, *Coitus, conjunctio eorum, cum videlicet sub eodem zodiaci gradu, vel eodem cæli loco versantur. Hujus nota est* ☌.
2. Sextilis *aspectus eorum planetarum est, qui sexta zodiaci parte, hoc est, duobus dodecatemoriis, sive* 60 *gradibus inter se distant. Dicitur* ἑξάγωνος. *Ejus Nota est* *.
3. Quadratus τετράγωνος *aspectus earũ est stellarum, quæ se mutuo sic pulsant, ut quadrante zodiaci, hoc est, tribus dodecatemoriis, sive* 90 *gradibus, vera earum loca á se invicem dissideant. Nota ejus est* □.
4. Trinus *vel* triquetrus τρίγωνος *aspectus est earum stellarum, quæ se mutuo ita intuentur, ut triente zodiaci, hoc est, quatuor dodecatemoriis, seu* 120 *gradibus loca earum à se invicem remota sint. Nota ejus est.* △.
5. Oppositio *planetarum est, cum planetæ in gradus zodiaci oppositos è diametro à sese recesserunt. Dicitur* διάμετρος. *Ejus nota est* ☍.

SS. Hac ratione Planetæ sunt vel

1. Lumine *vel*
   - Aucti *lumine sunt, quando post conjunctionem cum sole, sol ab ipsis, vel ipsi à sole recedunt, usque dum maximam distantiam ab eo obtinuerint.*
   - Minuti *lumine sunt, quando post superatam longissimam remotionem suam à sole, sol ad ipsos, vel ipsi ad solem denuo appropinquant.*
2. Hypaugi *fiunt, quando propter solis vicinitatem, radiis ejus absconditi latent, velut prorsus lumine destituti.*
3. vel
   - Orientales *sunt, qui mane solis ortum antevertunt.*
   - Occidentales, *qui solis occasum vesperi comitantur.*
4. Ortus *&* occasus *vicissitudinibus obnoxii: quæ res ex iis quæ supra de ortibus Acronycis, heliacis & poëticis dicta sunt, intelligi potest.*

Hinc

TT. Hinc oritur quod

1. Terra *est causa parallaxeos.Parallaxis est arcus circuli verticalis per stellam aliquam datam ductus, inter verum & apparentem locum interceptus.*

2. Terra lumen *Solis luna intercipiens, eam lumine facit deficere. Eclipsis lunaris notetur*

- 1. λόγος. *est privatio luminis Lunæ, quæ fit obiectu terræ, in diametrali amborum Luminarium oppositione.*
- 2. Distributio. *Alia est*
  - Totalis, *quâ tota luna obscuratur. Estque vel*
    - Sine mora, *qua tota quidem luna obscuratur sed statim & subitò ex umbra eluctatur.*
    - Cum mora, *qua non tota solum Luna obscuratur sed aliquandiu etiam obscura manet.*
  - Partialis, *qua pars tantum Lunæ deficitur lumine, &c.*

3. Luna *magnitudine sua apparente stellas, nec nō solus interdū radios terræ adimit, solemque deliquium pati facit. Eclipsis solaris spectentur*

- 1. λόγος.
  - 1. Est aversio *radiorum Solis à terra quæ fit propter interpositam Lunam inter terram & solem. Vel,*
  - 2. Est amissio *luminis Solaris in terra, quæ fit objectu Lunæ invisibili luminarium conjunctione.*
- 2. Distributio. *Alia enim est.*
  - Totalis *hujus notetur*
    - 1. λόγος. *Quando sol totus ex visu amittitur.*
    - 2. Adiunctum: *Est enim sine mora. Nam & si tanta sit Eclipsis solis, quanta esse potest maxima: Sol tamen tam diu non latet, ut moram facere dici possit.*
  - Partialis, *quâ pars tantum solis obscuratur.*

In stellis fixis *Octavi orbis notetur*

1.
- 1. Quot. *Vide XX.*
- 2. Quarum *sphararum seu circulorũ. Vide YY.*

Motibus *stella illa incedant.*

2. Quæ phænomena *per istos motus salvari posse existimentur. Sunt tria.*

1. Inæqualis *anni Magnitudo. Eclipticam namq; veram, dum utrinque à Media recedit, non in eodem loco aquatorem secare posse, constat. Sectio igitur ista vaga est. Quare etiam primus gradus Arietis primi mobilis, & per consequens, utrumque aquinoctium & solstitium, adeoque omnes gradus Ecliptica incertas sive vagas sedes habent. Ex quo conficitur, Solem non posse quotannis, aquis interstitijs ad eosdem gradus Ecliptica reverti. Hoc itaque modo anni magnitudo apparens vel vera variari potest.*
2. Obliquitas *zodiaci mutabilis. Cum enim caput Arietis & libra Octava sphara supponitur aquatori appropinquare, iterumque ab eo recedere fieri non potest, quin nonagesimus gradus à sectione verna aliam atque aliam declinationem ab aquatore obtineat.*
3. Motus *inaqualis stellarum fixarum. Constat enim aggregatum ex motibus Nona & octava sphara inaqualem stellarum progressum existere. Posito enim aquali motu centri circellorũ propter conversionem nona sphara; Trepidationis motus per totum semicirculum Boreum augebit motum nona sphara, & in altero semicirculo tantundem subtrahet; adeo ut illius alterius semicirculi gratia stella retrograda fiant.*

3. Quid sit

1. Motus *stellarum fixarum seu Augium Planetarum vel*
   - Medius. *Vide. Z Z.*
   - Verus. *Vide. Aa a.*
2. Motus *trepidationis octava sphara. Vide. B b b.*
3. Æquatio *octava sphara. Vide. C c c.*

Motus

XX. Motus *sunt tres*

1. Est diurnus, *seu quotidianus, ab ortu in occasum: qui ei, sicut & reliquo toti Systemati cæli, à decima sphæra, seu primo mobili inest, quo ipsa, uno die naturali super polos Mundi revolvitur.*

2. Est qui *fit secundum signoseriem, cujus notetur*
   1. Locus: *Sub Ecliptica immobili circa ejusdem polos.*
   2. Adjunctum. *Est tardissimus.*
   3. Causa. *Inest, firmamento stellarum fixarum propter nonam sphæram.*
   4. Tempus. *Periodum ejus definivit Ptolomæus annis* 36000. *Alphonsini* 49000. *&c.*

3. Est accessus & recessus. *Hujus notetur*
   1. Nomen. *Motus dicitur Trepidationis.*
   2. Locus. *Octavus orbis quà caput Arietis & libræ Eccliptica ejus in circumferentia duorum circulorum parvorum, circa caput Arietis & libræ Eclipticæ Nonæ sphæræ circum rotantur.*
   3. Conditio: *quæ est, quod binæ Eclipticæ illæ in capite Cancri & capricorni se mutuo dividunt.*
   4. Periodus *est Alphonsinis* 7000 *annorum &c.*

YY. Observatur hic

1. Circulus *æquinoctialis in primo Mobili descriptus.*

2. Ecliptica *eaque triplex*

1. Vna *in primo Mobili*
2. In nona *sphæra*

Hæ semper *sunt conjunctæ in eodem plano, ideoque pro unâ habitæ dicuntur Ecliptica Media vel fixa.*

3. In octava *sphæra, quæ à Media utrinque digreditur, pro quantitate semidiametrorum, parvorum circulorum. Hæc dicitur Ecliptica vera & Mobilis.*

ZZ. Medius *est arcus Eclipticæ veræ, ab æquinoctio verno secundum signorum successionem usque ad circulum, per polos Eclipticæ fixæ, & per Centra circulorum, ductum, numeratus.*

Aaa. Hic ad circulum, *per polos Eclipticæ fixæ, & per capita Arietis & libræ octavæ sphæræ, ductum, deducitur.*

Bbb. Est arcus *circuli parvi à puncto maximè Boreo secundum consequentiam motus ejus, usque ad caput Arietis Mobile.*

Ccc. Est arcus *Eclipticæ Mobilis inter circulum per polos Eclipticæ fixæ, & caput Arietis fixum, seu Centrum Circelli ductum & inter caput Arietis Mobile interceptus.*

Aeterno astrorum rerumque Creatarum
omnium Soli Sapienti iustoque
νομοθέτῃ sit gloria in

Omnes omnium seculorum infinitas æternitates, Amen.



DIAGRAPHE PHILOSOPHIAE
Ethicæ ſeu Moralis.

Ethicæ (*quæ eſt doctrina de fine hominis*) *Obiectum eſt finis hominis Hujus notetur*

- Λόγοσ, *ſeu* definitio: *Eſt enim finis hominis id, propter quod ille à Deo eſt conditus.*
- Diſtributio. *Eſt enim finis hominis alius*
  - Summus, *ſive* principalis, *nimirum Recta vita. Vide A.*
  - Subordinatus, *ſive* minus principalis: *nimirum beata vita; quæ rectæ vitæ præmium eſt Vide Y.* p. 14.

A.

Recta vita *eſt quæ ſecundũ legem vivitur Cujus modi vita conſtans propoſitũ virtus appellatur. Hujus notetur*

- λόγοσ: Virtus, *eſt conſtans propoſitum vivendi ſecundum legem.*
- Ἐξοχὴ ſplendor & exuperãtia, *quæ eſt virtus heroica, nõ ſpecie, ſed quantitate á communi virtute diſcreta*
- Adverſum, *quod eſt vitium.*
- Diſparatum, *hypocriſis, ſive ſimulatio virtutis.*
- Cauſa procreans, *quæ eſt Deus: qui igniculos virtutum in hominibus ordinariè per certa media, ut pote per principiorũ practicorũ meditationem doctrinæ inſtitutionẽ, exemplorũ aliorũ conſiderationem, legum deniq; civilium metum, exuſcitat, movendo voluntatem, ut conſtanter ſibi proponat ſecundum legem vivere.*
- Forma. *Vide B.*
- Species. *Vide C.*

A

Forma

Digitized by Google

B.

Forma, *est congruentia cum lege, lege nimirum Naturæ, aliisque ex hac extructis. Est autem lex Naturæ notitia discriminis honesti & turpis nobiscum nata: Hujus consideratio est vel*

- Simplex, *per quā cognoscimus quales nos lex esse velit erga vel*
  - Deum: *colendo eum.*
  - Proximum: *suum ei tribuendo.*
  - Nos ipsos: *Temperanter vivendo.*
- Comparata, *per quā facta legum cōtētione, scimus quarū potissimū in delectu sit habēda ratio. Comparantur autem leges vel*
  - Pares.
  - Impares, *& vel*
    - Superiores, *quæ circa nobiliora objecta versantur.*
    - *Inferiores, quæ circa ignobiliora objecta versantur.*
    - (Harum. *Vide* C.)

C.

Harum legum *cōsideretur vel*

- Electio, *quæ fit tempore vel*
  - Libero: *eo semper superiores leges præferuntur inferioribus: et tunc electionē sequentes regulæ gubernant*
    - 1. Lex humana *cedit divinæ.*
    - 2. Communia *anteferenda sunt minus communibus.*
    - 3. Leges, *quæ simpliciter honesta præcipiunt, utilitati publicæ præferendæ.*
  - Non libero. *Vide.* **D.**
- Intelligentia. *Vide.* **E.**

Non

Præferuntur, *cum nimirum graviore aliquo malo premimur, quod depellere á nobis cupimus: verbi gratia: externa media cultus Dei libero tempore officiis reliquis universis præpenere debemus: Non libero .a. tempore, ea officiis erga parentes, cognatos, aliosq. præstandis, pro necessitate, & circumstantiarum ratione postponimus.*

D.
Nõ libero & *tum inferiores leges superioribus vel*

Non præferuntur, *in ijs mimirum, ad quæ nullus vir bonus se cogi patitur, sed extrema quæq. subeunda, & mortem potius oppetendam ducit: quomodo leges, quarum violatio simpliciter aut impia est, aut turpis, nunquam sunt aliis in electione postponendæ: immo verò quæ simpliciter Deum respiciunt, in collatione, aliis legibus, officia etiam iusta præcipientibus, semper anteponendæ. Quod si nobis tempore non libero etiam optio detur: ut si salvi esse velimus, aut pietatis aut honestatis leges violemus, putá, ut aut Deum abnegemus, aut aliquem occidamus: neutrum est eligendum. Nam inter mala pœnæ quidem electio conceditur, sed non inter mala culpæ. Peccata enim ex æquo sunt fugienda.*

Digitized by Google

E.
Legum intelligẽtia *vulgo prudẽtia est appellata. Hujus consideranda*

Definitio. *Est. n. nihil aliud, quam rectè agendorum cognitio, circa parvitates rerum & magnitudines, atq; omnes officiorũ æstimationes, aliaq; extrinseca earum momenta, personarum deniq; causarum temporum et circumstantiarum necessitates (incomprehensibiles præceptis) occupata.*

Difficultas. *Non enim illa nisi longo rerum usu comparatur.*

Adversum Imprudentia, *quæ notitias naturales non excutit, collationem bonorum ignorat, in delectu rerum cæcutit. Hujus soboles est* temeritas. *Vt, enim prudens omnia cautè: ita imprudens tẽerè agit, quicquid agit.*

Officia quorum.

Primum est: *leges secundum quas vivendum nosse. Id quod non tantum de lege Naturæ; sed cùm de aliis ex hac extructis legibus, tum de institutis singulorum, in quibus vivimus locorum propriis est intelligendum. Si fueris Romæ Romano vivito more: Si fueris alibi vivito sicut ibi. Quos versus de decoro, non de honesto, quod ubique est idem, accipito.*

Secundum est: *Conferre leges, tùm nimirum, cùm ancipiti tenemur sententia districti, ignoramusq;, hanc an illam, sequamur.*

Tertium. *Vide β*

Tertium

β. Tertium *est delectus rerũ gubernatus regulis quarum.*

Prima: *Divina humanis præponenda. Hinc illud Periclis:* δεῖ με συμπράττειν τοῖσ φίλοισ ἀλλὰ μέχρι θεῶν.

Secũda. *Communiora minus cõibus: publica privatis præhabenda.*

Tertia. *in electione simpliciter honesta nunquam postponenda legibus utilitatis, quamvis maxima et communissima. Benè autem discernantur scelerata actiones ab indecoris: inhoneste à turpibus. Non sunt faciẽda mala, ut eveniant bona. Actiones non finibus duntaxat, sed causis quoque efficientibus & formis suis distinguantur. Princeps Condensis insigne nobis prudentiæ spiritualis exemplum reliquit: cuj cum à Carolo .9. Gall.: rege optio daretur, ut aut Missam, aut mortẽ, aut perpetuum carcerem eligeret, prudenter ille respondit: se Deo se juvante primum nunquam electurum, duo reliqua regis arbitrio relinquere: Deum tamen sua hac omnia providentia gubernaturum. Qui quidem princeps suo nos exemplo docuit: malorum, quorum insonti propter religionem optio datur, nullum esse eligendum, ne nos met ipsos admissi criminis suspicioni involvamus.* ἡ ἀμαθία θράσοσ: λογισμὸσ δὲ ὄκνον φέρει *Thucydides lib. 2: Inscitia fiduciam: prudentia verò cunctationem affert.*

 Species

F. Species *sunt*

- Pietas, *hujus notetur*
  - *λόγος* : virtus, *quâ legitimo Deum honore veneramur sive colimus. Est autem* veneratio *seu* cultus Dei, *vel Vide* G.
  - *Adversum,* impietas.
  - *Disparatum,* simulatio pietatis.
- Probitas, *quæ est virtus, per quā nos in humanis rectè gerimus. Hæcq; relata vel*
  - Ad nos ipsos, *estq; vel*
    - Fortitudo. *Vide* H.
    - Temperantia. *Vide* L.
  - Ad alios. *Vide* N.

G.

Cultus Dei, *est vel*


- Internus *tātùm, qui tantum in animo cōsistit, estq; vel*
  - Cognitio Dei, *quæ est internus cultus Dei, cum ita Deum cognoscimus, sicut se in naturæ operibus patefecit. NB. Cognitio Dei ex operibus gratiæ, ad Theologiam pertinet.*
  - Timor Dei, *quæ est cultus Dei internus. quo majestatem Dei reveremur, peccatumq; fugimus.*
- Internus *&* externus *simul, qui in affectu & externis gestibus actionibusquè consistit. Est vel*
  - Precatio, *quæ est cultus Dei internus & externus simul, quo necessaria ab eo petimus.*
  - Gratiarum actio, *quæ est cultus Dei internus & externus simul, quo Deo pro bonis datis debitam laudem reddimus.*

H.

Hujus *observetur*

- Definitio. *Fortitudo est probitas, per quam excelsum & invictum in rebus omnibus animum tenemus.*
- Adversum, *quod est mollitudo.*
- Disparatum, *quod est simulatio fortitudinis.*
- Species, *quæ sunt*
  - Magnanimitas. *Vide* I.
  - Patientia. *Vide* K.

Magna-



I. Magnanimitatis *notetur*
- Definitio. Magnanimitas *est fortitudo per quam magno et invicto animo tùm arduas & periculi plenas res aggredimur, tum externa omnia despicimus.*
- Adversum, *quod est Pusillanimitas*
- Disparatum, *quod est simulatio magnanimitatis.*

K. Patientiæ *observetur*
- Definitio. Patientia *est fortitudo, per quam magno & invicto animo adversa quæq; toleramus.*
- Adversum. *Impatientia.*
- Disparatum, *simulatio patientiæ.*

L. Hujus *notetur*
- Definitio. Temperantia *est probitas, quæ certas voluptates & cupiditates moderatur.*
- Species
  - Continentia, *hujus observentur*
    - λόγος. *Est enim* continentia *Temperantia quæ voluptates & cupiditates corporis moderatur.*
    - Adversum, *incontinentia.*
    - Disparatum, *simulatio continentiæ.*
    - *Vide M.*
  - Parsimonia. *hujus notatur*
    - λόγος. *Est sumptuum temperantia.*
    - Adversum. *Profusio seu prodigalitas.*
    - Disparatū, *simulatio parsimoniæ.*

H. *Est autem* continentia vel
- Sobrietas. *hujus consideretur*
  - λόγος. *Est continentia a superfluo cibo & potu.*
  - Adversa *sunt* Voracitas. Ebrietas.
  - Disparatum *simulatio sobrietatis.*
- Castitas *hujus notetur*
  - λόγος. *Est continentia ab amore illegitimo & immodico concessi veneris usu.*
  - Adversum, *libido venerea & quidquid impudicum est.*
  - Disparatum *simulatio castitatis.*

N. Probitas *ad alios relata est vel*

- Cum nostra *potissimum laude conjũcta. Estq; moderatio vel*
  - Morum ex*ternorum: ea est civilitas. Hujus notetur*
    - λόγος. *Est .n. ea quæ omnes mores & gestus ad natura covenientiam exigit. Vide. O.*
    - Adversum, *Rusticitas.*
    - Disparatum, *simulatio civilitatis.*
  - Quorundã *animi affectuum, qua dicitur Modestia. Ejus notetur*
    - λόγος. *Est enim probitas qua internos affectus gubernamus.*
    - Adversum, *immodestia.*
    - Disparatum, *simulatio modestiæ.*
    - *Species sunt.*
      - Mansuetudo: *ea est qua ab omni inordinata ira nobis tẽperamus & excitatam subito refrenamus, Estque vel in*
        - Privatis *& dicitur lenitas & placabilitas cujus adversa sunt iracundia & implacabilitas: Hujus* Disparatũ *est simulatio lenitatis et placabilitatis*
        - Viris principibus *& dicitur clemẽtia, cujus adversum est crudelitas: Disparatum simulatio clementiæ.*
      - Humilitas *observetur hujus*
        - λόγοσ: *Est .n. modestia qua nostra consciĩ infirmitatis nemini nos anteponimus.*
        - Adversum: *superbia.*
        - Disparatum *simulatio humilitatis.*
- Cum aliorum *potissimum laude conjũcta. Vide. Q.*

Hæc

Digitized by Google

O. Hæc consistit *vel in*

- Sermõe, *vel*
  - Faciẽdo; *estq; vel*
    - Cõitas, *hujus notetur*
      - λόγος; *est civilitas sermonis per quam nos aliis affabiles præbemus.*
      - Adversum *morositas.*
      - Disparatum: *simulatio comitatis.&c.*
    - Vrbãitas. *huj⁹ notetur*
      - λόγος: *Est civilitas sermonis, quâ in salibus lepidis, jocisque liberalibus modestam dexteritatem usurpamus.*
      - Adversum ἀγροικία *rusticitas in specie sic dicta.*
      - Disparatum βωμολοχία *scurrilitas.*
  - Continendo; *estq; decens silentium, hujus consideretur*
    - λόγος: *Est civilitas, per quam ab intempestivo sermone abstinemus.*
    - Adversum *loquacitas.*
    - Disparatum: *simulatio silentii decentis.*
- Gestuum *affectionumq; externarum compositione. Est vel in ætate*
  - Iuvẽili *& dicitur verecundia; hujus notetur*
    - λόγος: *est enim civilitas per quam nos metu infamiæ eorũ quæ nos decẽt, pudet. Sive est metus infamiæ.*
    - Adversum *Impudentia.*
    - Disparatum *pudor vitiosus.*
  - Virili: *dicitur* gravitas. *Hujus notetur*
    - λόγος. *Est enim civilitas, per quam decoram & cõvenientẽ dignitatem in totius vitæ actu præ nobis ferimus.*
    - Adversum, *levitas.*
    - Disparatum, *simulatio gravitatis.*

Q. Hujus *species est*

- Charitas, *quæ gratuitò exercet amorem nostrum erga alios. Estq; vel*
  - Liberalitas, *hujus notetur*
    - λόγος. *Est charitas erga proximum, per quã ipsi prodesse studemus.*
    - Adversum, *illiberalitas.*
    - Disparatum, *Avaritia.*
  - Amicitia, *hujus notetur*
    - λόγος: *Est charitas sive benevolẽtia mutua non latens.*
    - Adversum, *inimicitia.*
    - Disparatum, *simulatio amicitiæ.*
    - Species. *Vide. R.*
- Iustitia *quæ ex debito exercetur. Vide. S.*

R. Amicitiæ *species*

- Socialis, *quâ duo vel plures moribus ac ætate æquales se mutuo amore, ob boni alicujus amorem, prosequuntur. Quod bonum si honestum est. perfectam: inutile et jucundum tantùm, imperfectam gignit amicitiã.*
- Politica, *quæ parentibus cum liberis, utrisq; cum cognatis, servis cum Dominis, subditis cum Magistratibus, intercedit; & tùm* familiaritas, *tùm* concordia *dicitur.*

S. Hujus *notetur*

- λόγος: Iustitia *est probitas suum cuique ex debito tribuens.*
- Adversum *Injustitia.*
- Disparatum, *simulatio justitiæ.*
- Species
  - Communis, *ad quam præstandam omnes & singuli obligantur. Vide: T.*
  - Propria. *Vide X.*

Et hæc

Digitized by Google

T. Et hæc *debetur vel*

- Omnibus *promiscuè. Estq; vel*
  - Innocentia *hujus notetur*
    - λόγος: *Est justitia nemini nocens.*
    - Officium: *Nec infert aliis injuriam. Hoc est. Corpori, famæ, vitæ, aut bonis aliorum vi vel fraude non nocet: & ab aliis quibus infertur, injuriam, si potest, propulsat.*
    - Adversa *duo*
      - Illatio *injuriæ.*
      - Desertio *affecti injuriâ.*
    - Disparatum, *simulatio innocentiæ.*
  - Veracitas. *Vide V.*
  - Oservantia.
- Benefactoribus *tantùm & dicitur* Gratitudo: *Hujus notetur*
  - λόγος; *est enim* gratitudo *justitia jucundam accepti beneficij conservans memoriam. Declaratur hac memoria signis vel*
    - Voluntatis; *qualia sunt*
      - Vota } *pro salute proximi.*
      - Preces } *pro salute proximi.*
      - Officiorum *oblatio.*
    - Facti; *sunt quæ vel*
      - Dona.
      - Officia *præstita.*
  - Adversum, *ingratitudo.*

Digitized by Google

U. Veracitas. *Hujus notetur*

- λόγος. *Est enim* veracitas *justitia per quam rē, sicut sese habet, efferimus.*
- Adjunctum
  - Candor, *qui apertè cùm proximo agit: et quæ audit dextrè interpretatur, estq; semper conjunctus cum veracitati; cum hoc pugnat* simulatio *&* calumnia,
  - Fides, *quæ est dictorum, conventorumq; constantia, & hæc veracitatem consequitur. Sub hac etiā est* taciturnitas, *arcana sibi credita non* patefaciens *alijs. Hujus adversum est* deceptio.
- Adversum *mendacium.*
- Disparatum *simulatio veracitatis.*

Observātia. *Hujus notetur*

- λόγος. *Est enim observantia Iustitia, per quam homines nobis ætate, statu, donisve superiores cultu quodam et honore veneramur.*
- Vitium oppositum *Irreverentia.*

Propria.

Digitized by Google

X. Propria hujus noietur

- λόγος. Est enim ea, quam solus Magistratus ad communem Reipublicæ statum incolumem conservandum exercet.
- Divisio, est enim vel
  - Togata, tẽpore pacis conspecta, q̃ est inlegum
    - Promulgatione, cum leges promulgãtur, quæ in nullius fraudem: in omnium salutẽ cedunt.
    - Executiõe. (NB. Executio si nulla est inanis clemẽtia dicitur: si nimis rigida Tyranis est) Cum pro circumstantiarum varietate adhibetur, modò est
      - Severitas.
      - Lenitas quæ est vel
        - Necessaria in puniendis delictis vel
          - Afflictorũ.
          - Sive malo dolo peccantium.
        - Probabilis, dũ tolerabilior pœna propter bonum publicum desanabilibus sumitur.
  - Bellica, quæ bellum justum cum æquitate administrat. Hujus adversum injustitia bellica.

Hujus adversum injustitia togata.



Y.

Rectæ vitæ præmiū *seu beatæ vitæ seu beatitudinis considerentur*

- λόγος. *Est enim* beatitudo *status sive conditio hominis, quâ ipsi bene est.*
- Adversum *Infelicitas,*
- Partes *Vel*
  - Internæ
    - Bonus status animi, *qui consistit vel in*
      - Tranquillitate mentis. *Vide Z.*
      - Lætitia cordis. *Vide A A.*
    - Bonus status corporis, *qui dicitur* Sanitas. *Vide B B.*
  - Externæ, *eaq; sunt*
    - Bona fama. *Vide C C.*
    - Vitæ sufficientia. *Vide D D.*

Hujus

Digitized by Google

Z. Hujus *consideretur*

λόγος. *Est enim* tranquillitas mentis *status animi pacatus è certitudine declinatarum per rectam vitam pœnarum acquisitus.*

Oppositum Mentis perturbatio, *à certa persuasione promeritarum per vitam improbam pœnarum orta.*

AA. Hujus *observetur*

λόγος: *Est enim* lætitia cordis, *status animi lætus, quo cor hominis è rectè factorum memoria gaudium concepit, & propter spem præmij, quod virtuti est propositum, lætatur.*

Contrarium, *dolor ex malæ vitæ recordatione, pœnarumq; exspectatione ortus.*

BB. Hujus *observetur*

λόγος. *Est enim* Sanitas *status corporis, quo actionibus salubriter obeundis illud est aptũ, consistitque in* εὐκρασία, *& salubri* διαπλάσει.

Adversum ægritudo, *sive Morbosa corporis constitutio.*

CC. Hujus *observetur*

λόγος: Bona *enim* fama *est honesta aliorum de nobis opinio.*

Adversum. *Mala fama.*

DD. Hujus *observetur*

λόγος. *Est enim* vitæ sufficientia *rerum, tùm ad vitam, tùm ad civilem conversationem necessariarum possessio.*

Oppositum, Egestas, *quæ rebus ad vitam necessarijs nos destituit.*

Finis Philosophiæ Ethicæ.

Rectitudinis & beatitatis omnis largitori sit gloria in æternam sempiternitatem.


DIAGRAPHE PHILOSOPHIAE
Physicæ

- Physicæ, *subiectũ, est corpus naturale mobile. Hujus notentur*
  - 1. Principia, *quæ sunt*
    - Primò *vel*
      - Intrinseca *quorũ alterum est*
        - Activum, *à quo efficitur Motus, ut forma; ab hac enim omnis provenit actio: estque propter hanc activitatẽ magis natura, quàm materia.*
        - Paßivum *ut Materia, quæ est vel*
          - Determinata *ad certos motus recipiendos.*
          - Libera per se, *et æquè apta ad omnes etiã cõtrarios motus suscipiẽdos.*
        - Privatio.
      - Extrinseca. *Vide. A*
    - Secundò *vel*
      - Constituẽtia, *ut*
        - Materia, *quæ est principium substãtiale, unde corpus naturale fit et constat: seu est primum subiectum cuiusq. rei, ex quo quodvis corpus naturale per se, & non secundum accidẽs generatur, et in quod resolvitur ultimum. Est vel prima & insensibilis, vel secũda & sensibilis.*
        - Forma, *q̃ est principiũ, quod materiæ additum rei essẽtiam largitur. Hac ex ẽte potentia facit Ens actu. Hæc Scaligero ex potestate Materiæ educitur: aliis ex tẽperatis qualitatibus in communi materia.*
      - Transmutantia, *quale unicũ est privatio, quæ est absentia formæ in subiecto cũ aptitudine ad eam recipiendam. Hæc velut occasio Materiæ est ad formam.*
  - 2. Paßiones propriæ. *Vide B*
  - 3. Species *Vide. V.*

Digitized by Google

- *A.* Extrinseca, *quæ extra rem consistunt, ipsamque movent & dicuntur ab Aristotele Causæ. Eæ sunt*
  - Perse, *ad quas propriè sequitur effectus. Suntque vel*
    - Efficiẽs, *quæ est principiũ externum á quo fit motus. Estque vel*
      - Vniversalis: *ut, Deus, cuius motu omnia gnbernantur; sive virtus cælestis.*
      - Particularis: *ut, Natura, quæ organum est Dei, quæ non agit nisi virtute cælestis & primæ causæ efficientis.*
    - Finis *est causa propter quam res naturalis fit. Estque vel*
      - Vniversalis, *estque vel*
        - Principalis, *cuius gratia tota universitas est facta: Gloria Dei.*
        - Minus principalis, *cuius usui omnes in Mundo species servire debent: ut, Homo.*
      - Particularis, *ad quam tanquam ad summum bonum quæque res Physica in suo genere ex Naturæ præscripto tendit. Et ferè nihil aliud est, quam cuiusque rei naturalis actio & propria functio á forma eius profecta, unde finis & forma in rebus naturalibus sæpe conveniunt.*
  - Per accidens *quibus ex accidẽte effectus aliquis adiungitur; ut sunt*
    - Fortuna, *quæ est causa per accidens eorum quæ consilio & ἐκ προαιρέσεως suscipiuntur, ut si quis fossurus agrum invenit Thesaurum. Hæc Christianis rectius est particula divinæ providentiæ. Deo enim providente & permittente, omnia fiunt: nihil fortuitò, testibus sacris literis.*
    - Casus, *qui est causa per accidens eorum quæ citra cõsilium & electionem suscipiuntur: ut, si tripes deorsum cadens sedes fiat.*

Pasiones



B Passiones propriæ sunt vel

- Internæ, qualis est mutatio eaque vel
  - Substantiæ vel
    - Permanentis
      - 1.
        - Motus
          - Definitio: *est enim motus actus (imperfectus) eius quod potestate est, qua potestate est.*
          - Termini
            - A quo, *unde initium sumit motus.*
            - Ad quem, *in quo quiescit motus.*
          - Causa efficiens *seu agens, et dicitur movens quod motionem alteri affert. Estque vel,*
            - Simpliciter *naturale seu propinquum quod contactu corporeo operatur. Hujus proprium est*
              - 1. *Ut movendo, à motis vicissim aliquid patiatur, quia ex materia & forma est compositũ, & partim actu partim potestate cõstat.*
              - 2. *Ut quatenus actum habet, eatenus agat in aliud, quatenus vero potentiam habet, eatenus patiendo aliquid inse recipiat.*
              - 3. *Ut unumquodque dum agit, assimilet sibi id, quod patitur, & sic paulatim contrarium patiens reddat sibi simile.*
            - Secundum quid *naturale, quod remotum dicitur, & virtute tantùm & potentia agit (sine contactu) & motiones excitãdo nihil vicissim patitur, ut est corpus cæleste. Omnia enim agentia, q̃ cum materia patiẽte non sunt copulata, in agendo nihil patiuntur vicissim.*
          - *Subjectum quod est patiens dicitur mobile Estque id quod motum ab agẽte excitatũ recipit. Hujus ad agẽs comparati proprietates hæ sunt*
            - 1. *Quale est ipsum agẽs actu, tale debet omne patiens esse potestate.*
            - 2. *Patiẽs totum potestate sit, et aptũ ad patiendũ, non secũdũ vnã aliquã partẽ.*
            - 3. *Agens et patiẽs non debet esse continuum & cognatũ, ejusdemque speciei & naturæ, quia hoc non patitur neque agit in seipsum.*
            - 4. *Agens & patiẽs se contingere oportet tactu vel immediato vel mediato*
          - Distributiones. *Vide* C
          - Adjũcta *q̃dam, Vide.* D.
        - Quies. *L*
      - 2.
        - Finitum. *Vide* M.
        - Infinitũ. *Vide.* N.
    - Non permanentis *idque est, ut est*
      - Generatio *seu ortus. Vide* E.
      - Corruptio *seu interitus. Vide.* F.
  - Accidentis *et rem naturalem vel*
    - Inhabitat *ratione vel*
      - Quãtitatis, *ut*
        - Augmẽtatio. *Vide* G.
        - Diminutio. *Vide.* H.
      - Qualitatis, *ut est alteratio Vide* .I.
    - Circumstat *ut est* φορὰ *seu motus localis. Vide* K.
- Externæ *ut*
  - Locus *Vide* P.
  - Vacuum. *Vide.* S.
  - Tempus. *Vide.* T.

- **C** Divisio, *est enim motus vel*
  - Per se*seu propri us, quo insito corpus mobile movetur: ut homo insita vi movetur. Estque vel*
    - Naturalis, *qui fit à natura ceu principio interno.* Hic *semper est uniformis: Nam granum avenæ non nisi avenam profert. Estq; in principio debilior, in fine fortior.*
    - Animalis *qui fit ab anima. Hic varius est. Estque in principio tardior, in medio celerior, in fine lãguidior. Est autem vel*
      - Voluntarius *cum* προαιρέσει *in hominibus ratione utentibus.*
      - Involuntarius *in*
        - Brutis *animalibus.*
        - Hominibus *stultis.*
  - Per accidens *est, quo alieno nec insito mobile movetur: ut stella movẽtur motu accidentario orbium quibus sũt affixa. Estque vel*
    - Violentus *qui fit vi: ut, cum lapis sursum iacitur. Est in principio vehementior, in medio remissior, in fine quiescit omninó. Hujus motus quatẽus localis intelligitur, species sunt*
      - Pulsio, *qua movens à se dispellit mobile; ut, sunt percusio, iaculatio, protusio.*
      - Tractio; *qua movens ad se trahit mobile: ut, inspiratio, id est, aeris attractio*
      - Vectio, *qua corpus mobile vehitur non per se sed per aliud, ut in curru sedens movetur ad motum currus.*
      - Vertigo, *qua mobile in gyrum vertitur, ut molaris lapis, vel rota.*
    - Expers *violentiæ, cum aliquid movetur ad motum alterius.* Sic *mota navi sarcina etiã aut nauta quiescens vehitur cum navi. Idq; fit vel*
      - Cum partes *moventur ad motum totius: ut, partes corporis, quamdiu sunt in corpore per accidens sed citra violentiã, moventur, quia moto corpore, ipsæ quoque moventur.*
      - Cum accidens *movetur ad motum substantiæ cui inhæret. Sic enim cãdor & similia, item animus semper per accidens movetur quia corpore cui insunt, moto, ipsæ quoque moventur.*

Adjuncta

D
Adjuncta *seu proprietates*

1. Motus *omnis successive & in tempore fit, nihilque momento movetur.*
2. In omni motu *movens simul est cum mobili, & cum eodem conjungitur, sive contingat rem motam corporaliter, sive virtualiter.*
3. Inter vltimum *& primum motum nihil est intermedij, sed contactus necessarió requiritur.*

E.
Generationis *seu ortus notetur*

λόγος: *Est enim* generatio *mutatio à non esse ad esse, hoc est, quâ acquiritur nova forma substantialis: ut cum é tauro fiunt apes, ex equo crabrones, qui antea non erant. Vel:* Generatio *est mutatio, qua res tota mutatur, & idem sensile subjectum non manet: ut, si ex cibo fit sanguis, ex aqua aër, neutrum manet, quod antea erat.*

Axiomata

1. In generatione *eadem substãtia non manet, sed ex una producitur alia; in cæteris autẽ motus propriè dicti speciebus manet eadẽ forma eadẽq; substãtia hoc est, tota forma substãtialis & specifica, qua totũ dicitur, quoniã rei integritatẽ constituit.*
2. In omni *generatione requiritur subiectum, nullaq; potest esse generatio sine præcedente materia.*
3. Ea materia *habilis sit oportet, ut unum ex altero possit generari.*
4. Differt generatio *à creatione, quod generatio ab Ente potentiâ ad Ens actu: Creatio à non Ente omnino procedit ad esse. Illa hominum etiam artificum in Natura (quod Metallorum significant imperfectorum mutationes artificiales, ex natura longo usu excussa & pervestigata probata imitatiõe) hæc soliùs artificis Dei est, in rebus quascunque vult.*

5. Generatio, *non ut motus fit in tempore, seu successivé, sed in momento, seu puncto temporis.*

6. Generatio *non est iter illud ad formam acquirendã, sed est forma inductio & finis motus.*

E
Corruptionis
seu interitus
notetur

λόγος: *Est enim* Corruptio *Mutatio ab esse ad non esse, vel qua in Materia abijcitur forma substantialis; ut, cum ex homine nascitur serpens, ibi enim homo esse desinit.*

Axiomata

1. Sicut *in generatione totum esse rei acquiritur: ita in corruptione totum esse rei deperditur.*

2. Generatio *unius est corruptio alterius: & corruptio unius, est generatio alterius.*

3. Cum materia *sine forma esse nequeat, & verò dualus formis specificis perfici non possit: propterea una oriente, altera in ea praexistens interit.*

4. Rerum *ut generationes, ita & corruptiones perpetuò in hac natura durant quadam successione. Primò quia materia in subjecto perpetuò manet. Secundò quia primum principium immobile semper manet & agit. & ex parata Materia res naturales producit. Vnde ex corruptione sequitur generatio perpetua, quadam serie.*

5. Nihil in id *quod omnino & actu non est, interit, sed in aliud aliquod Ens abit: sicut nihil ex eo, quod actu non est, generatur: sed ex eo, quod actu & certa forma praditum est.*

Augmentatio

Digitized by Google

G Augmentatio *seu accretio. Hujus notetur*

λόγος: *Est enim* augmentatio *seu accretio mûtatio minoris quantitatis in maiorem, usque ad terminum præfinitum à Natura.*

Proprietates.

1. *Ut ex aliqua extrinsecus accedente materia res fiat major, quæ Materia est Nutrimentum extrinsecus assumptum, & intrinsecus ita præparatum, ut possit in rei substantiã converti. Fiunt autem corpora maiora per extensionem membrorum. Zabarella.*

2. *Quæ augẽtur & imiminuutur, necessario locũ mutãt. Etenim quod augescit, eum, quem primò occupat angustiorem, postea ampliorem occupat locum. Quod vero decrescit, ex ampliore loco in minorem cogitur.*

3. *Itaq; augmentatio non fit adveniente incorporeo sed corporeo, siquidem id quod augetur, corporeum est: ideoq; quod eidem advenit, corporeum sit necessum est.*

4. *Id quod augetur, manet & conservatur idem Numero. Eadem est caro, quæ antea minor est, & postea major est facta.*

5. *Non modo totum fit majus, sed unaquæque pars ejus apta proportione augescit.*

Causa. *Auctio fit beneficio animæ vegetantis, quæ cum per totam vitam penitus eadem Numero maneat, ad materiam, quæ secũdum partes fluit & renovatur, informãdam & animandam extenditur: fluente verò Materiæ aliqua parte, anima cum illa non fluit, sed ad alias remãentes partes retrahitur, unde fit, ut eadem forma permanente, vivens quoq; idem Numero conservetur.*

Ordo. *Id quod in vivẽtibus & animalibus primò augetur, partes sunt similares. His enim auctis & illa (animalia) augeri est necesse.*

Subiectũ *auctio est*

- Formæ *non Materiæ: auctore Aristotele.*
- Compositi, *nõ Formæ nec Materiæ, auctore Scaligero, cui ego assentior: cũ id propriè augescat, cui fit accessio. At nec formæ nec Materiæ fit accessio. Ergo composito. Ergo illud augetur.*

Termini. *A Natura hi sunt cuiq; corpori præfixi, quos ultra citraq; nequit consistere rectum. Cessat namq; in adultis hæc mutatio, propter vel*

- Adeptam *iustam magnitudinem.*
- Subiectirecipiẽtis *ineptitudinem.*

Aa 4 Diminutio

H
Diminutio *hujus notetur.*

- λόγος. *Est enim* diminutio *mutatio de maiore quantitate in minorem. Sic enim stirpes animãtia & reliqua viventia aliquandiu continuò augentur, pòst marcescunt, & paulatim diminuuntur.*
- Causa. *Languentes animæ vires. Cum enim facultas commutans nutrimentum in corpore non amplius in tantum restaurat, quantum amissum est, quavis parte minore fiente, totum diminuitur.*

I.
Alteratio, *quæ est Mutatio in qua eodem sensili subiecto manente, alia qualitas acquiritur vel abÿcitur: ut in aqua fit alteratio, cum abiecto frigore recipit calorem: item cum ex molli corpore fit durum.*

K.
φορὰ *seu* motus localis, *Hujus observetur*

- λόγος: φορὰ *enim est Mutatio loci subiecti: ut, proiectio lapidis sursũ est* φορὰ.
- Adiunctum: *Est primus omniũ, quia sine hoc reliqui esse non possũt.*
- Distributio. *Est enim vel*
  - Simplex *& vnius modi sibique similis, & vel*
    - Circularis, *qui perpetuò æqualem à Centro distantiam retinet, quo motu primũ mobile volvitur 24 horis, cuius vi etiã reliqua mobilia uniformiter movẽtur.*
    - Rectus, *qui fit rectà vel à*
      - Medio *in sublime.*
      - Sublimi *ad mediũ & deorsũ.*
      - *hoc motu elemẽta & res elementares moventur.*
  - Compositus: *qui fit mixto ex vtrisque modo, & competit mixtis corporibus, animalibus, nubibus, fluminibus.*

Quies

L. Quies. *Hujus notetur*

λόγος: Quies *est privatio motus ejus quod aptã ad recipiendũ motũ habet naturam: ut dum res frigida est, quæ debet calefieri, dicitur quiescere. Vel, est motus perfectio & finis.*

Distributio. *Quies alia est*

- Naturalis, *cujus principium est intrinsecum, ut quà res in sua forma & loco perdurat, & ad quam quietem naturali inclinatione fertur: ut lapis in terra tanquam loco proprio naturali quiete quiescit: extra vero eam quiescit violenter. Sic terra & aqua quiescunt quiete naturali, cum sunt in centro, aut quam proximé possunt, ad centrum accesserunt. Ignis autem & aer in loco alieno non quiescunt.*
- Violenta, *cujus principium est extrinsecum, ut cum corpus in aliẽo loco externa vi detinetur. Sic ĩ homine qui vinculis detinetur, quies est violenta. Item quando vesica spiritus plena sub aquam super posito pondere deprimitur.*

Species *sunt totidem quot species motus; scilicet secundum*

- Substantiam, *quando res nec de integro generatur nec corrumpitur.*
- Quantitatem, *quando nec major nec minor fit.*
- Qualitatem, *quando non recipit aliam formam accidentalem.*
- Locum, *quando non transfertur de loco in locum.*

M. Finitum, *est cujus est aliquis finis & terminus. Inest proprié corpori quanto, id est, quantitati.*

Digitized by Google

N
Infinitũ *hujus notetur*

λόγος: *Est enim* infinitum, *cujus quantitatem si accipias, semper aliquid extra sumi perpetuo potest, hoc est: revera infinitum est, in quo si partes non solum ejusdem rationis sed etiam ejusdem quantitatis accipiantur nunquam tamen ad finem pervenitur.*

Distributio. *Est enim infinitum vel*

Actu, *cujus quantitas non capi nec assignari potest. Id in rerum natura non est.*

Potentia *eaq; vel*

Perfectibile *suo actu, hoc est, ut aliquãdo in actũ traduci possit, sicut æs potentiâ est statua, quia paulò post actu fit statua.*

Imperfectibile *suo actu, hoc est quæ nunquam in actũ deduci potest. Tale infinitum est in rerum natura. Ita dies potestate esse dicitur, qui tamen nũquam ita actu existit, ut simul totus sit, sed semper una pars alteram sequitur. Et quem ad modũ certamina Olympica dum quidem durãt, partim sunt actu, partim potestate: eodem modo infinitũ potestate erit, quod in actum nunquam educitur. Vide. O*

O
Hujus nfiniti *potentia notetur*

λόγος: *Est enim* infinitum *potentia, cuius partes non quidem sunt simul actu, sed subinde succedentes: seu ad cujus ultimam appositiõem vel divisionem perveniri non potest.*

Subiectum

Magnitudo, *seu quãtitas continva, quæ semper dividi potest in partes divisibiles ejusdem rationis, in qua proportione nunquam ad indivisibile aliquid pervenitur. Omne siquidem continvum divisibile est in semper divisibilia.*

Numerus, *in quo spectatur infinitum modo contrario, nempe per additionem, non autem per divisionem. In numeris enim additio in infinitum abit. Quantumvis enim magnus sit numerus semper tam vnius unitatis additiõe fit major. At divisio in numeris non abit in infinitum, sed ad vnum aliquem numerum non amplius divisibilem, nimirum ad unitatem tantum pervenitur.*

Locus

Digitized by Google

P. Locus. *Hujus notetur*

λόγος. *Est enim* locus *terminus corporis ambientis immobilis primò. Vel est superficies (.concava non convexa.) corporis continentis (.non contenti.).*

Distributio *Est enim locus vel*

1. vel

Proprius *hujus notetur*

λόγος: *Est enim superficies propriè & immediatè rem locatam continens. Cælum ultimū igitur in loco non est, quia nullam habet superficiem continentem.*

Proprietas: *Est æqualis locato secundum omnes dimensiones, hoc est, neque major neq; minor est re, quam continet.*

Distributio *Est enim vel*

Naturalis, *quò locatum sua natura fertur, atque in eodem quiescit & conservatur: ut ignis naturalis locus est superior aeris regio: terra ad inferiorem aeris partem movetur, ibique manet.*

Violentus, *est in quem locatū vi detruditur, & propterea in eo non quiescit, nec conservatur, ut cum lapis in sublime projicitur: Sic poma pendentia in arbore.*

Communis, *qui multa corpora simul continet, non autē primo; sed per aliud, merito proprij loci. Sic enim in cælo es, quia in aere es, quia in terra es, quam terra ambit & continet. In terra rursus, quia in hoc loco, id est in hac parte & aeris superficie quæ tuum duntaxat corpus continet. Cælum igitur, aer & terra loca sunt tibi cum omnibus communia.*

2. *vel. Vide.* Q.

3. *vel. Vide.* R.

Differentiæ.

Dextrum, *quod dignius est τῷ sinistro.*

Ante, *quod præstat τῷ post*

Sursum, *quod dignius est τῷ deorsum.*

Eb. 2 Per se

2. vel
- Per se, *qui est corporum, quæ alterius ratione non movētur: ut, corpus naturale, quia id per se habet magnitudinem, ideo eius per se quoq; est locus. sic homo quoniam per se movetur, per se quoque est in loco.*
- Per accidens, *qui est corporum, quæ ratione alterius movētur, ut sunt accidentia, quæ in eodem loco sunt, in quo subiecta, quibus inhærent Separatim enim sola subsistere nō possunt. Ita Gymnasium hoc per se in loco est, color vero, ornatus, & amplitudo in eodem loco sunt, sed per accidens. Sic corpus per se in loco est: anima per accidens propter corpus in quo est.*

R.
3. [redacted] *est enim locus vel*
- *Circumscriptivus aliâs commensurativus, dimensivus, qui propriè physicus est, in quo eadem est dimensio loci & rei locatæ, quomodo Hypostases corporeæ dicuntur tantū esse in loco. Quo modo verum est, duo corpora in eodem loco esse non posse. Nam diversorum corporum magnitudines seu dimensiones non possunt simul esse, sed alias aliis cedere est necesse.*
- *Definitivus, qui competit illis substantiis, quæ dimēsionibus carent, quæ quoniam sunt sine Materia, circumscribi non possunt, cumq; substantiæ sint finitæ, & propterea eas alicubi esse necesse sit, dicimus eas definitivè in loco esse, ut sunt Angeli & animi hominum per se considerati, sunt enim hi in loco, sed sine omni extensione, diffusione & dispansione: Hoc modo multi Spiritus possunt esse simul in uno & eodem loco, Math. 8. ubi legio Dæmoniorum in obsessoerat.*
- *Repletivus, qui soli Deo omni potenti & infinito competit qui ubique est & substantia & potentia. Act. 17. cc.*

5 Vacuum seu inane. Hujus notitur
- Λόγος *quorundam. Vacuum est locus non repletus corpore.*
- *Nullitas ex definitiōe hac eaque vel*
  - *ante conditum mundum: Nam ante eum nulla fuit superficies corporis continentis.*
  - *Verum autem est si per vacuum non intelligitur locus: sed non locus.*
  - *Post mundum conditum: Nam ita nihil vacuum est in mundo sed cælum ultimum inferiores sphæras: hæ ignem hic aërem, hic terram & aquam seu locus continet.*

Tempus

Digitized by Google

I Tempus. *Hujus notetur*

λόγος: *Est enim* Tempus *numerus numeratus ipsius motus per prius & posterius, seu: Tempus est id quod numeratur vel numerari potest per prius aut posterius.*

Partes *ratione discretæ sunt*
- Præteritum, *quod fuit & elapsum est.*
- Futurum, *quod erit & nondum est.*

Instans *seu* præsens *quod iam est* τὸ νῦν. *Hoc temporis partium est*
- Distinctio *& intersectio præteriti scilicet & futuri.*
- *Non pars temporis: quia pars omnis metitur totũ, & ex partibus totum componitur. At* τὸ νῦν *nec metitur nec componit tempus. Mensura autem temporis est cæli, præcipuè Solis conversio.*

Effecta
- Confert *rebus interitum & corruptionem, sed per accidens. Cum enim tempus sit quantitas accidensque* Motus *(.perse corrumpentis.) nihil ipsum agit. Et vita nostra est actus animæ, in quem nihil habet tempus aut iuris aut imperij: sed cæli varii motus varias faciunt impressiones, quibus corpus nostrum ad intemperiem evehatur. Scaliger.*
- Confert *tempus motui accidentia, à quibus motus dicitur*
  - 1. *vel*
    - Regularis, *qui æquali tempore æquale spacium conficit, ut motus primi mobilis semper 24. horis conficitur.*
    - Irregularis, *qui æquali tempore non æquale spacium conficit: ut animalia alias celerius, alias tardius moventur.*
  - 2. *vel*
    - Velox, *qui brevi tempore magnũ intervallum conficit: ut cælum singulis diebus naturalibus circum volvitur semel.*
    - Tardus, *qui longo tempore parum spacij conficit: ut* Saturnus 30. *annis semel tantum proprio motu Zodiacum pertransit.*

Digitized by Google

V

Species *corporis naturalis sunt corpus vel*

- Generale, *omnia cætera complectens: ut, Mundus* κόσμος *ab ornatu, & τὸ πᾶν & τὰ ὅλα dictus: non quod extra hunc visibilem mundum nihil sit: cum extra eum aliæ Dei creaturæ sint plurimæ & eximiæ, quales sunt angeli & beatorum hominum mentes: sed quod sit universitas omnium Dei sensibilium & corporearum creaturarum. Hujus notetur. X.*
- Speciale,
  - Simplex. *Vide A A.*
  - Compositum.

X *Hujus notetur*

- λόγος: *Est enim* Mundus *ordinata compages ex cælo, terra, adeoque cæteris rebus, quæ in his continentur, coagmentata.*
- Materia, *quæ sunt corpora naturalia sensibilia ut*
  - Cœlum
  - Elementa
  - Ex elementis orta
- Forma *est unicus ille mirabilis & perfectissimus ordo, quo res illæ inter se connexæ, ac sapientissimè copulatæ sunt ac distinctæ. Unde palàm fit mundum non esse animatum, cum nec partes ejus omnes sint animatæ: nec contrarias & sibi ipsi repugnantes qualitates & conditiones admittat, quod in animatis fit.*
- Causa *efficiens Deus, Verbo Dei & ipsi etiam Platoni in Timæo. Hinc constat nō esse æternum: sed cæpisse, quia res naturales omnes causam efficientem requirunt, si quidem nihil concretum & partibus coagmentatum à seipso effici potuit; cumque ex materia & forma constructus sit, ab alio conditus sit in temporis aliqua parte necessum est.*
- Corruptio. *Inclinatiam ad interitum quia*
  - 1. Sol *nunc multo propior est terræ, quàm Ptolomæi ætate: vel quod paulatim fiat languidior: vel quod terram viribus exhaustam propiore situ foveat.*
  - 2. Omnia elementa *cum longo temporum tractu sunt infecta & impuriora reddita, faciunt ut stirpium & hominum Natura sit deterior, & ad senectutē & interitum (vergat*
- Accidentia *quæ sunt*
  - Figura. *Vide Y*
  - Quantitates. *Vide Z.*

Figura

Y

Figura *est sphærica seu rotunda quia*

1. Aristoteles *ipsum vocat orbem* 1. *de cælo cap.* 5

2. quia *corpori, quod debet omnia corpora, cum simplicia tùm mixta continere, debetur figura perfectissima & capacissima. At ea est sphærica seu rotunda. Ergò.*

5. Cum *præcipuæ integrales mundi partes quales sunt, cælum, aqua, aer, terra sensibus iudicentur esse circulares & sphæricæ, quid obstat, quo minus totus mundus etiam sit eiusmodi.*

Z Quantitas *est vel*

Continua, *ratione hujus mundus est finitus, quia*

1. Cœlum *si infinitus esset, in gyrum, ut experientia docet, circumagi non potest.*

2. Nihil *quod terminus clauditur, est infinitum. At omne corpus, ipsumq; adeo cælum clauditur terminis cum figuram habeat, claudentem corpus. Ergò.*

3. Quia *nullum infinitum corpus movetur tempore finito. Cælum autem convertitur tempore finito, nimirum singulis diebus naturalibus semel. Ergò finitum est.*

4. Quia *reliqua omnia cælo continentur. Ergò finiuntur Ergò sunt finita.*


Discreta *ratione hujus Mundi non sūt plures sed unus tantum.*

1. Quia *si plures essent mundi: tum, quia omnia gravia naturaliter deorsum: levia sursum feruntur omnia tumultu vario iactarentur & terra alterius mundi ad hujus mundi centrum tanquam ad locum suum naturalem, & ignis alterius mūdi ad circū ferentiam hujus mūdi moveretur, aut ignis, aut terra hujus mundi ad centrū alterius mundi tenderet. Hoc autem fieri non potest, quia Terra ab uno mūdo ad alterum transire volēs percurreret prius regionem sui orbis, atque ita grave insublime ferretur, quod eius φύσει repugnat. Ignis quoque per medium unius orbis pertransiret ad ignem alterius, quo quidem pacto leve tenderet deorsum, quod similiter contra φύσιν est.*

2. *Quia unum est universi principium, seu primum movens: Ergo etiam unicus tantum mundus, quia conveniens est mundum suo Archetypo seu intelligibili exemplari respondere. Plato in Timæo.*

3. Quia *humanæ prosapiæ historia non nisi unum exhibet, Gene*1.

Digitized by Google


λόγ☉: Corpus enim simplex est quod principium Motus localis simplicis in seipso habet.
λόγ☉: Est enim corpus constans quod eadem forma perpetuò perdurat, nullamq; mutationem recipit.
AA
Simplex corpus hujus noetur
Constans hujus observetur
λόγ☉. Est enim cœlum corpus naturale, simplicissimum, solidum, sphæricum pellucidum & in orbem mobile.
Distributio Est enim vel
Species. Cœlum hujus notetur
Divisio. Vide. IB.
Figura. Vide. DD.
Materia Vide. EE
Forma. Vide. FF.
Motus. Vide. GG.
Partes essentiales sensibiles. Vide HH
Inconstans Vide. QQ.

Divisio

BB
Divisio *cæli est vel in*

Immobile, *quale est extimum illud & supremum quod Empyreum dicitur, quodque Aristotelem etiam agnovisse non nulli inde concludunt, quia τὰ divina ὄντα supra mundum collocet, ceu immutabilia & ἀπαθῆ: quod quidē cælū, quia est immobile non est hujus σκέψεως.*

Mobile

Primum *hujus notetur*

λόγος: *Est enim illud, à quo motus diurnus, qui omnium primus est, maximéq; conspicuus, proficiscitur, & est orbis decimus. Ejus motus circularis rectus. 24. horis super polos & axem mundi seu æquatoris ab ortu in occasum vergens reliquos omnes secum rapit.*

Effectum *Motus semper æquabilis, nunquam remissior, nunquam velocior. Hujus effectum est generatio & corruptio rerum naturalium perpetua.*

Secundum *huius consideretur*

λόγος: *Est enim secundum mobile, quod præter motum illum diurnum, quem à primo mobili accipit, alium motum, huic ferè contrarium habet.*

Divisio *in*

Christallinū *seu aqueum hujus notetur*

λόγος: *Est enim sphæra nona ἄναστρος.*

Ratio *nominis: dicitur aqueum quia nullæ in eo stellæ fulgent, sed admodum transluctidum existēs & perspicuū, aquarum refert similitudinē.*

Stellatum. *Vide. CC.*

Digitized by Google

CC
Stellatum *quod continet stellas easq; vel*

- Fixas, *hujus notetur*
  - λόγος: *Est enim cælum habens stellas motus similitudine præditum.*
  - Nomen: *octava sphæra, firmamentum.*
  - Adjuncta
    - ἀπλανὲς, *non errans.*
    - Spaciositas *seu capacitas. Sunt enim in eo innumeræ quasi stellæ.*
    - Dignitas. *Cum enim hoc cælum (ultra quod nullum globum cœlestem dari putavit Aristoteles) causa sit constantis vitæ, & efficiat, ut res magis eodem modo se habeant, quàm reliqui orbes: ideo pluribus astris, tanquam viribus præditum est, ut hoc munus præstet Aristoteles lib. 2. de cælo. cap. 12.*
- Erraticas *sive planetas, eosque vel*
  - Extremos *et vel*
    - Superiores *ut sunt*
      - Saturnus *in sphæra septima.*
      - Iuppiter *in sphæra sexta.*
      - Mars *in sphæra quinta.*
    - Inferiores *ut sunt*
      - Venus *in tertia sphæra.*
      - Mercurius *in secunda.*
      - Luna *in infima.*
  - Medios *qui unicus est Sol, in quarto scilicet orbe.*

Figura

Digitized by Google

DD *Figura est rotunda seu globosa*

1. Quia *haec figura omniū est*
   - Prima
   - Pulcherrima.
   - Perfectissima
   - Capacissima.
   - Ad motum Commodissima.
2. Quia *extra summum orbem nullum est vacuum. Nam si figura eius rectarum linearum esset, profecto extra ipsum & locus esset & corpus aut vacuum.*
3. Quia *motus stellarum fixarum est rotundus.*
4. Motus *solis & lunae est rotundus omniumq; syderum errantium.*
5. Quia *astrorum figura est rotunda.*

EE. Materia *cujus observetur vel*

τὸ εἰ ἔστι,

1. Quia *quod sub sensum cadit, id tātùm ratione materiae sub sensum cadit. At cælum sub sensum visus cadit. Ergò ratione materiae. Ergò cælum est ἔνυλον.*
2. Quia *calum est Ens mobile, constat materia & forma. Ergo cælum non est ἄυλον.*
3. Quantitas, *raritas densitas comitantur materiam: hac omnia in cælo reperiuntur. Ergo in eo etiam est materia.*

Discrimen *seu diversitas à materia inferiorum corporum quae dicitur quinta substātia, quod probatur*

1. Quia *omnes formae sublunares, ita materiā informāt, ut ab ea seiungi nequeant: unde omnia ex iis constata interitum experiuntur. Corpora autem cælestia sunt immortalia.*
2. Quia *motus cæli specie differt à corporibus sublunaribus convenienti motu. Ergo diversam in cælo naturam arguit.*
3. Quia *quaecunque communicant materiâ, ea quoque invicem transmutantur: quae vero nō mutantur, dissimili constant materia. Cælum autem & inferiora non transmutantur. Ergó eandem materiam non habent.*
4. Quia *inferiorum corporum materia est in potentia ad plures formas Elementares: illorū autem scilicet cælestium materia tantum ad unam cælestem formam est δυνάμει & apta recipiendam.*

Digitized by Google

FF. Forma *quæ est vel*

- Tantum *informans, non intelligens.*
- Assistens *extrinsecus & intelligens*
  - 1. Quia *cum cælum à se non moveatur, externum motorem desiderat, qui alius præter intelligentiam esse non potest.*
  - 2. Cum *motuum cælestium leges, ordo, & constantia manifestè observetur: fieri id non potest nisi ab intellectrice vi, corporis experte, quæ nihil est nisi intelligentia. Falluntur igitur qui cælum animatum dicunt, anima intrinseca.*

GG. Motus *qui est*

- 1. Circularis *isque cælo naturalis*
  - 1. Quia *est cæli perfectio, ideoque non præter, sed secundum naturam illi competit.*
  - 2. si *contra naturam illi conveniret non posset tot seculorum ætatibus durare, quia ea quæ naturæ aliena sunt, sempiterna esse nequeunt.*
- 2. Continuus, *non interruptus, ideoque perpetua est in cælo quietis privatio.*
- 3. Ergò *non rectus: ideoque cælum corpus est neque grave neque leve ullo modo.*

Parte

HH Partes *cæli* essentiales *sensibiles sunt stellæ. Est autem stella pars cæli*

1. Densior. *Quia ut lucis capax esse posset, densam esse oportebat. Nam ex materiæ cælestis contractione & codensatione orta est singulis lux sideribus.*

2. Globosa.
   - 1. *Quia lunam videmus esse globosam. Cum autem omnia astra ejusdem sint Materiæ: idem de omnibus statuendum.*
   - 2. *Quia natura nihil frustra faciens procul dubio eam stellis figuram attribuit, quæ ad motum progressivum minimè idonea habetur: convenientissimum autem ad permanendum in uno loco. Sphærica autem figura est hujus modi.*

3. Lucida: *idque luce nativa: vel*
   - Sola, *ut, Sol, reliquas omnes suo splendore obfuscans.*
   - Mutuatitia *etiam: ut cæteræ præter solem omnes propter propriæ lucis exilitatem & debilitatem á maximo illo luminari illustratæ.*

4. Mobilis *cum suo orbe*

5. Divisio *in*
   - Fixas. *Vide. II*
   - Errantes *seu* planetas *Harum notetur.*
     - λόγος: *Stellæ errantes sunt quæ infra octavam sphæram singulæ in singulis reliquis septem orbibus dispositæ peculiari modo circum feruntur.*
     - Divisio: *Planetarum enim alius est*
       - Medius *quasi dux & coryphæus, Sol. Vide NN*
       - Extremi *sunt reliqui omnes, dicti stipatores. Vide OO*

Digitized by Google

II. Fixæ: *harum notetur.*

λόγ૭. Sunt enim stellæ fixæ, quæ octavo orbi inhærentes tardissimè cum eo moventur, eandemque inter se perpetuò servant distantiam.

Proprium *discriminans eas à Planetis, scintillatio, cujus causa est intercapedo spacij, ob quam species à re visa missæ præ tenvitate vix iam valent sensorium imbuere, ideo fit, ut dum ex illis visionem elicere potentia conatur, labore fatiscat ac tremat; qui tremor causa est, ut videatur astrum per scintillationem tremere.*

Distributio *in*

Numerabiles *nobis notas quarum sunt mille viginti duæ, quæ inter se differunt*

Magnitudine

Prima, *quæ (præter solem & lunam.) splendore reliquas omnes vincunt, & terra majores sunt centies septies, cum undecim sexagesimis quartis, earumq; sunt* 15.

Secunda, *quæ terram superant octogies septies quarum sunt* 45.

Tertia: *quæ terram superant septuagies bis cum triente, suntque.* 205.

Quarta: *quæ terra majores sunt quiquagies, cum semisse & numerantur* 477.

Quinta: *que terram excedunt tricies semel suntque* 217.

Sexta: *quæ minimæ sunt, superant terræ magnitudinē paulo plus decies octies, et sūt.* 49.

Configuratione. *Vide. KK*

Situ. *Vide. LL.*

Innumerabiles, *sporades dictæ quarum ordo & numerus ignoti sunt & sparsi sine ullo ordine esse videntur.*

Confi-

KK.
Configuratione *hac ratione sunt vel*

- *ἐμμόρφωτοι, hoc est figurā vel effigiem animaliū aliarum verum exprimentes, ut agnosci facilius possent, quarum sunt. 48. & dicuntur imagines cœli, syda era, atque astra.*
- *ἀμόρφωτοι, figuram nullam exprimentes, ut reliquæ.*

LL.
Situ. *Itaq; sunt vel*

- In Zodiaco: *ut 12 constellationes seu signa & δωδεκατημόρια*
  - Aries.
  - Taurus.
  - Gemini.
  - Cancer.
  - Leo.
  - Virgo.
  - Libra.
  - Scorpius.
  - Sagitarius.
  - Caper.
  - Amphora.
  - Pisces.
- Extra Zodiacum. *Vide. MM.*

Digitized by Google

MM Extra Zodiacum *sunt vel*

- Boreales, *septentrionalibus conspicua*, 21 *asterismis seu imaginibus comprehensa. ut*
  - Vrsa
    - Maior
    - Minor.
  - Draco.
  - Cepheus.
  - Bootes.
  - Corona borealis.
  - Engonasis.
  - Lyra.
  - Avis seu gallina.
  - Cassiopeia.
  - Perseus.
  - Heniochus.
  - Ophiuchus.
  - Serpens ophiuchi.
  - Sagitta.
  - Aquila.
  - Delphinus.
  - Equisectio.
  - Pegasus.
  - Andromeda.
  - Triangulus.
- Australes, *quæ meridionalibus terris cernuntur* 15 *imaginibus comprehensæ: ut*
  - Cetus.
  - Orion.
  - Eridanus.
  - Lepus.
  - Canis major.
  - Procyon.
  - Argo.
  - Hydra.
  - Cancer.
  - Corvus.
  - Centaurus.
  - Bestia *quam centaurus gerit, seu lupus.*
  - Ara *sive thuribulum.*
  - Corona *austrina.*
  - Piscis *australis seu magnus.*

Hujus

NN Hujus *notetur*

λόγος: *Est enim Sol planetarum maximus & lucidissimus, lucem, calorem, & vim vivificam toti mundo impertiens, suoque motu temporum vicissitudines describens.*

Quantitas: *Est enim Major terra, centies sexagies sexies.*

Situs: *Medium inter omnes planetas occupat locum. Nam si esset in septima sphæra, è tanta locorum distantia multò remissius interventu lucis inferiora corpora calefaceret, omniaque frigoribus propemodum obrigerent: Si in prima, omnia ardoribus deflagrarent, ob ejus vicinitatem.*

Defectus: *hujus notetur*

- λόγος: *Est enim privatio seu aversio radiorum Solis, ob inter positionem lunaris corporis inter solem & nostrum visum. Cum enim Sol autor sit & fons lucis diurnæ: obscurari is nullo modo potest, nisi quod radij ejus impediri possunt á luna corpore denso & solido, quò minus in terram ferantur.*
- Tempus, *Fit in conjunctione corporis utriusq;.*
- Quantitas: *Nunquam Sol totus obscuratur. Nam luna minor est, quam Sol, & proinde universum ejus lumen adimere impos.*

Qualitas. *Est enim* {Calidus, Siccus} *Moderatè.*

OO Hi *sunt vel*

- Superiores *supra solem scilicet,*
  - Saturnus *hujus noteтur*
    - λόγος. *Est enim Planeta plumbeo seu pallido colore: temperatura frigidus & siccus, & proinde malus, naturæ ac vitæ humanæ inimicus.*
    - Quantitas. *Terrâ maior nonagies semel.*
    - Situs. *Remotissimus.*
  - Iupiter *hujus notitur*
    - λόγος: *Est enim planeta* Saturno *succedens maximè lucidus: temperaté calidus & humidus, Saturni malas conditiones temperãs, vitæ imperator & largitor: cum calidum & humidum generationi maximè conveniant.*
    - Quantitas: *Terram superat nonagies quinquies & ferè semisse.*
  - Mars *hujus noteтur*
    - λόγος: *Est Planeta calidus, siccus, rutilus, seu in flãmæ morem rubens.*
    - Quantitas: *Major est terra semel cum una tertia.*
- Inferiores *horum noteтur*
  - λόγος: *Sunt enim planetæ inferiores, qui infra solem ab Astronomis collocantur.*
  - Species
    - Venus *hujus noteтur*
      - λόγος: *planeta soli succedens, mediocriter calidus & humidus, splendidissimus ac tanto fulgore lucens, ut eius radiis umbra reddatur.*
      - Quantitas *incerta. Traditur tamen terrâ minor vices octies, aut tricies septies.*
    - Mercurius *hujus noteтur*
      - λόγος *est enim planeta Solis comes parumque albicans & ejus cũ quo jungitur, naturæ sese applicãs, ideoq. varius & versatilis.*
      - Apparentia. *Raró cernitur ob exiguum intervallum, quo à sole elongatur.*
      - Quantitas. *Putatur æquare vicesimam secundam partem globi terreni.*
    - Luna. *Vide PP.*

PP Luna *hujus notetur*

λόγος: *Est enim omnium planetarum infimus, humidus & frigidus, proprio quidem, sed tamen maiori ex parte Solis lumine lucens.*

Quantitas *minor est*
- Terrà *secundum Copernicũ, quadragies ter minus octavâ parte.*
- Sole *septies millies, minus sexagesimâ secundâ.*

Defectus *seu Ecclipsis. huius observetur*
- λόγος *est privatio luminis Solaris in luna, ob interpositionem Terræ inter Solem & lunam è diametro opposita. Tunc enim terra interveniens inter Solem & lunam non tantum sua densitate radios solares excipit, & quo minus in lunã spargantur, impedit: sed etiam umbra suâ lunam soli oppositam involvit.*
- Species
  - Particularis, *cum illud sydus una aliqua parte obscuratur.*
  - Totalis, *cum illud sydus totum obscuratur.*

Qualitas. Humectandi vi prædita est.

Effectus: *Pro eius incremento & decremento humores etiam crescunt & decrescunt, Ostreaq; & conchylia lunari hac potestate augẽtur atque minuuntur: ut docet Aristoteles lib. 4. de historia animal.*

Google

QQ

Corpus *simplex inconstans qualia corpora sunt Elementa. hujus notetur*

1. Locus *qui*
- *Dicitur* Elementaris *regio.*
- Est *mundi pars inferior, quæ Elementa & cunctæ quæ in iis sunt, quæque ex illis fiunt & generantur, complectitur.*
- Contiguus *regioni cælesti & ita quodammodo continuus, ut nullum vacuum inter cælum elementaque intercedat.*

2. Definitio. *Sunt corpora simplicia homogenea, ex quibus res omnes concretæ primum componuntur, & in quæ ultimo resolvuntur, ipsa verò in nulla se priora. Hinc rerum mixtarum sunt*
- *Principia.*
- *Nutrices*

3. Numerus *quaternarius*
- Ignis.
- Aer.
- Aqua.
- Terra.

4. Motus naturalis
- A Medio *sursum corporum leviū*
  - Ignis.
  - Aeris.
- Ad medium *deorsū, ut corporū gravium,*
  - Terræ.
  - Aquæ.

5. Figura q̄ vel
- 1 *Contingit extremitatem rei, cui jungitur, sic, ut ad rei contactæ figuram se accommodet. Experimur aquam in vase rotundo rotundam: in quadrato quadratam habere figuram.*
- 2 *Globosa est & rotunda; ut totum universum globosum est.*

6. Proprietates. *Vide RR.*
7. Differentiæ. *Vide. SS.*
8 Formæ, *sunt* qualitates. *Vide. EEE.*
9, Contactus. *Vide. OOO.*
Mixtio, *Vide. QQQ.*

Proprie-

Digitized by Google

RR Proprietates *quarum*

Prima *est, non esse simplicia sed impuriora propter*

1. Conjunctionem *eorum.*

2. Alenda *nutrienda & procreanda corpora, cum ex uno puro Elemento nihil generetur. Mixtum enim non habet summum gradum in qualitatibus: sed in mistione qualitatum.*

Secunda, *sunt perpetuo mutabilia, & ex se mutuo generabilia. Estque hæc mutatio Elementorum vel*

Vnius in aliud eaque vel

Facilior *scilicet* τῶν συμβολικῶν, *quæ habent similem qualitatem. Sic aer in aquã facile transit. Nam cum calor, aquam separavit & humore inflatus dissolvit, aqua in aerem convertitur.*

Citior *eorum quæ in qualitate patiente, humore scilicet conveniunt: tunc enim secundum agentes, in se agunt fortius.*

Difficilior *multorum quam paucorum: ideo ex igne aqua, ex aere terra, & vicissim ex aqua ignis, & ex terra aer difficilius generatur.*

Tardior τῶν ἀσυμβόλων, *quæ qualitatis communione nulla sunt conjuncta.*

Duorum *in tertium: cum scilicet duo Elemẽta nulla qualitate conveniunt: ut ex aqua & igne aer vel terra, ex aere & terra ignis vel aqua generabitur. Si enim ex igne adimatur siccitas, & maneat calor, & ex aqua adimatur frigus, & maneat humor, tunc ex utroque aer, ut tertium Elementum generabitur. Horum causa est mutua actio contrariorum.*

Tertia *proprietas: Elementa tota non transmutantur (quia aliàs sequeretur eorũ destructio.) sed secundum partes suas, tùm inter se invicem, tùm in compositis corporibus.*

SS. Differẽtiæ. *Est enim Elementum vel*

- Leve, *quod sua innata vi & raritate sursum fertur. Estque tum*
  - Ignis: *hujus observetur*
    1. λόγος: *Est enim Elementum calidissimum, siccum & levissimum.*
    2. Locus: *summus inter Elementa, proximus lunæ globo.*
    3. ἔξοχος *qualitas est calor, superans siccitatem.*
    4. Proprietas: *simplex purissimus fervor in sua sphæra, nullam vim consumendi obtinens, sicut noster compositus culinaris ignis: qui tamen ipse noster utcumque vorax, non omnia consumit.*
    5. *Invisibilitas, propter summam simplicitatem & raritatem corporis.* τὸ διαφανὲς *enim seu perspicuũ, nisi condensetur, est* ἀόρατον.
    6. Conservatio *quæ fit á cælo, ut á loco proprio, imprimis per motum circularem, qui vim habet dissipandi, attenuandi, rarefaciẽdi, & propterea ignem conservandi. Nisi enim ignis moveatur, extinguitur, & propterea per motum in orbem conservari necesse est.*
    7. Effecta
       1. Aggregat *ea, quæ ejusdem sunt generis. Quæ autem diversi sunt generis, disiungit. Aristoteles lib 3. de cælo cap 8. textu 74.*
       2. Iustè *adhibitus à Chymiæ peritis, habitus est pro radice vel potius efficiente Elixiris.*
       3. Aquæ *quoque & terræ frigiditatem temperat, & ita quidem certum temperationis modum statuit, ut mixta producantur.*
  - Aër *Vide. TT.*
- Grave. *Vide. YY.*

TT. Aer *hujus notetur*

- 1. λόγος: *Est enim Elementum moderatè calidum, & humidissimum, complens omnem locum nullo alio corpore repletum.*
- 2. ἕξις *qualitas, humor superans calorem.*
- 3. locus *subigne. loci hujus partes sunt, Regio*
  - Supra, *hujus notetur*
    - Quantitas: *est enim igni vicinior, incipiens à cacuminibus montium, & finiens in principio loci ignis: longè major reliquis.*
    - Qualitas: *calida est & sicca, cum propter perpetuum primi mobilis cum quo circulariter rapitur, motum: tum propter ignis propinquitatem.*
  - Media, *hujus notetur*
    - Quantitas
      - Minor *æstate, quàm infima propter solis altitudinem, et vertici nostro vicinitatem.*
      - Maior *hyeme, quàm infima propter solis depressionem, & à vertice nostro distantiam.*
    - Qualitas *est enim semper vel*
      - Frigida
        - Non extreme
          - 1. *Quia corpus illud nō potest esse frigidissimū et simul aër: quia nihil violentum seu contra naturam, perpetuū est. Aristoteles lib.* 1. *de cælo cap.* 3. *tex* 1.18.
          - 2. *Quia nō algescit propter* ἀντιπερίστασιν, *quia ante* ἀντιπερίστασιν, *aut calidum aut frigidum oportuit esse. Si calidum dixeris nullum locum habebit* ἀντιπερίστασις, *quia frigus ubi non est, constipari non potest. Sin frigidum, à quonam sit factus frigidus nō immeritò quæritur, cum sua natura sit calidus. Zabarella.*
        - *Sed comparatione &* συγκρίσει *superioris & inferioris, quod raritas & levitas eius testatum faciunt Zabarella.*
      - Humida.
  - Infima *Vide VV*
- Effectus *seu Usus. Vide XX.*

VV
Infima *hujus notetur*

- Quantitas. *Initium sumit à superficie terræ, & protenditur quousque radij solis à terra reflexi resiliunt.*
- Qualitas
  - Calida
    - 1. Propter *motum cœli.*
    - 2. Propter *radios solares à terra refractos.*
  - Humida
    - 1. Ob propriam *naturam aëris.*
    - 2. Ob *humidos vapores, ex terra quotidie exhalantes, eamque inficientes.*

XX
Effectus *seu Usus.*

1. Inmixtione *reliqua elementa uniri, & mixtum constitvere nequeunt, nisi aër per universam mixti substantiam penetret, eamque suo bigat, & ad generationem habilem reddat, terreas quidem & crassas subtiliores & rariores efficiendo: aqueas verò inflando & dilatando, ne concidant aut collabantur.*

2. Corporibus generatis *præsertim animalibus inservit, dum attractus respirando, cordis aliorumque membrorum æstuantium fervorem contemperat.*

3. Spirituum *quoque generationi conducit: ideoque aërem esse nostrorum corporum veluti pabulum scripsit Avicenna.*

4. Denique *sine hoc Elemento nec aves volare, nec ullum animatum corpus vitam prorogare potest, cum vita in calido & humido consistat. Aristoteles lib. de iuventute & senectute.*

Cirave,

YY
Grave, *quod suapte vi & inclinatiõe, deorsum tendit. Est que vel*

Aqua: *huius notetur*

λόγος: *Est enim aqua Elementum grave, frigidum & humidum, terram undique ambiens & interfluens.*

Conditio gravitatis. *Gravis est aqua comparatè, respectu nimirũ aëris & ignis, quibus subjicitur: ad terrã autem collata levis dici potest. Ita namque suopte ingenio deorsum tẽdit, ut nihilominus supra terram emineat.*

Quodque *non rarò ascendit & superna capessit*: *id fit secundum Cardanum ideò, quia natura dedit aquæ, ut tantum ascendat, quantum descendit. Secundum Scaligerum verò non propriâ natura aquæ, seu vi quadam ab illo corpore impulsa.*

Conditio frigoris. *Aqua non est frigidissimum Elementum, quia non adeò remotum est à motu Cœli, sicuti Terra, quæ omnium maximè à fonte & principio caloris distat.*

Causa *interfluxus, & cur aqua non semper terræ incumbat, terra verò subjaceat: est animantium commoditas, quæ terra aquis tectâ nec produci, nec foveri possent: Sed omnia submersa premerentur, sterilescerent & suffo carentur.*

Figura *est rotunda*
- Perse *quia ejus partes, ut guttæ sunt rotundæ, partes autem homogeneorum corporum imitantur naturam totius.*
- *Cum terra: quia si navigantibus polus nunc assurgit, nũc deorsum vergit sequitur tumorem quendam ei inesse, et ita rotundum.*

Vsus *in mixtione*
- Primus: *Mollificat concreta corpora, ad formam suam facilius suscipiendam, unde velut mater est omnis generationis. Terra enim nisi irrigetur humore nihil ex ea produci potest.*
- Secũdus: *Frigiditate naturali temperat calorem ignis, qui veluti pater generationis dici potest.*

Species *ratione. Vide. ZZ*

Terra. *Vide AAA.*

ZZ. Species ratione
- Situum & locorum vel
  - Stabiles, *ut, mare, de quo in meteorologicis,*
  - Fluxæ, *quæ perpetua scaturigine fluunt, & in montibus potissimum propter eorum frigiditatem & humiditatem generantur & valles pererrant.*
- Quātitatis vel
  - Minores, *ut fontes, nempe cum vapores terræ in scissuris & cavernis montium in aquam resolvuntur, & guttatim destillant, quæ undiquaque in loco decliviori confluentes, tandem erumpentes fontem faciunt.*
  - Majores, *ut flumina, quorum causæ eædem sunt quæ & fontium. Est enim flumen nihil aliud quam fontium & rivorum concursus.*
- Qualitatis,
  - Dulces, *Contrahentes nimirum dulcorem ex terra pura.*
  - Amaræ, *ex terra nitrosa, seu adusta.*
  - Salsæ *ex terra sale infecta.*
  - Acerbæ *& astringentes ex terra alumine mixta.*
  - Frigidæ *propter ferri aliorumque frigidorum metallorum materiam.*
  - Calidæ *ab igne, qui in alveis per quos decurrunt continetur, ac perpetuo ardente bitumine, partim sulphure fovetur. Hæ prosunt ad exiccādas vitiosas & putridas humiditates in corporibus affectis.*
  - Sulphureæ *ex sulphure. Harum præcipua vis est penetrare & exiccare.*


Terræ

Digitized by Google

λόγ@. *Est enim Elementum siccissimum, frigidum, eique densum solidum, gravissimum.*

AAA Terræ *hujus considretur*

- 2. Probatio *differentiarũ definitionis quæ sunt*
  - 1. Siccissimum
    - 1. Quia *suis terminis facilimè, alienis difficilime continetur.*
    - 2. Quia *affusum humorem omnem combibens suapte natura exsiccat. Humor enim non pertinet ad continuandas partes terræ simpliciter: sed ad mistorum partes conjungendas.*
  - 2. Frigidũ *quia*
    - 1. A fonte *caloris est maxime omnium remotum.*
    - 2. Ob immobilitatem *frigidum fit hoc Elementum.*
  - 3. Densum *solidum: quia frigidum: ex quo oritur densitas & soliditas, ideoque quasi fundamentum est, sustinens totam hanc Machinam Mundi, & quacunque ejus complexu comprehenduntur.*
  - 4. Gravissimum: *quia ex densitate & soliditate oritur gravitas, quæ corpora facit situ infima, & in Centro mundi recumbentia.*
- Immobilitas: *hujus notetur*
  - 1. *Quia si*
    - 1. Si, *moveretur Terra, motus ille esset aut*
      - Naturalis *Terra. Non naturalis est*
        - 1. Quia *uni corpori simplici unus dũtaxat motus naturalis competit: Terra autem naturale est descendere.*
        - 2. Quia *si motus ille esset naturalis, conveniret etiam partibus, cum idem & totius & partiũ motus sit: & tamẽ constat, partes nõ in orbem, sed deorsum vergere.*
      - Violẽtus. *Non violẽtus*
        - 1. Quia *nullum violẽtum perpetuum*
        - 2. Quia *nulla Terra pars sive magna sive parva, potest à medio avelli, & ad contrarium extremum moveri.*
    - 2. Quia *semper signa sex Zodiaci super terram sunt totidemque infra Horizontem delitescunt: quod non fieret, si terra extra mundi centrum sita esset.*
  - 2. Causa *est Nativa ejus gravitas: quæ cum sit maxima, efficit, ut terra locũ maxime à cœlo remotum, hoc est medium Mundi appetat, ibique fixa conquiescat, nec aliorsum nisi per vim educi possit.*
- Figura. *Vide B B B*
- Magnitudo. *Vide.* C C C.
- Effecta. Vide. D D D.



Digitized by Google

FFF. Harum notetur

- 1. λόγος: *Activa enim seu actuosa sunt, quæ agendi vim, eamque adversam habent.*
- 2. Officium. *Nam in mixti generatione passibiles qualitates terminant & uniunt: ipsæ à passibilibus nequaquam terminabiles. Absolute igitur sunt activa.*
- 3. Species
  - Calor *cujus notetur*
    - 1. λόγος: *Est enim qualitas prima activa, côngregans homogenea mixtilia, & disgregãs heterogenea.*
    - 2. Obiecta *quæ sunt*
      - 1. Homogenea, *hoc est, non tantum quæ sunt unius speciei: sed etiam quæ similem habent qualitatem, & homogeneam naturam, ut uniri possint. Mercenarius in dilucid. Unde siccum & humidum tum in mixtione tùm in coctione per calorem congregantur, non quatenus sunt contraria: sed quatenus inter ea intercedit κρᾶσις ut apte misceri possint.*
      - 2. Heterogenea, *hoc est, quæ sunt dissimilis naturæ, qualitatis & temperaturæ, quæq; in unam naturam converti non possunt. Mercenarius in dilucidat.*
    - 3. Ratio effectionis. *Vide GGG.*
    - 4. Actiones *quæ sunt*
      - 1. Attenuare.
      - 2. Dissolvere.
      - 3. Digerere.
      - 4. Maturare.
      - 5. Incidere.
      - 6. Aperire *obstructos meatus.*
      - 7. Rarefacere.
  - Frigus. *Vide HHH.*
- Usus & officium
  - 1. Duæ *hæ qualitates veluti Concordes & amicæ ad mixti generationem concurrunt ut causæ efficientes. Generant enim illæ calidum & frigidum, cum vincũt Materiam.*
  - 2. Dominæ *sunt passivarum. Nisi enim dominẽtur, regere & elaborare illam materiam non possent. Unde non fieret generatio, sed inconcoctio & inquinatio.*

Distinctio

Digitized by Google


GGG
Distinctio *Consideratur calor, ut causa efficiens generationis, vel*

- Per se. *Hoc modo calor calorem tantum, & nullam substantiam producit, quia nihil virtute propria ultra propriam speciem agit.*
- Vt est instrumentum Naturæ. *Hoc modo omninò substantiam producere potest. Sic enim calor, ut anima instrumentum sanguinem generat & carnem.*

HHH.
Frigus *hujus observetur*

- λόγος: *Est enim frigiditas qualitas prima activa congregans cùm homogēea, tùm heterogenea. Sic enim in metallis, diversa gēera metallorum commixta simul manēt, quam diu massa est frigida & nōdum à calore liquefacta.*
- 2. Actiones
  - Astringere.
  - 2. Densare.
  - 3. Obstruere.
  - 4. Calorem *nativum obtundere.*
  - 5. *Corpora gravia & crassa reddere.*
- 3. Ratio effectionis seu generationis. *Frigus concurrere posse consideratur ad misti generationem vel*
  - Per se *idque vel*
    - Ante rem mistam *generatam: & sic verè negat concurrere Averroes.*
    - Post rem mistam *constitutam, & sic misto constituto & per calorem genito ultimum complementum addit. Congelando enim facit ad partium constantiam, & aptitudinem affert ad actum secundum sive operationes. Mercenarius & Zabarella.*
  - Quatenus calorem contemperat, *fervorē ejus moderatum reddit. Et hac ratione efficit generationem.*

Digitized by Google


III. Patibiles, quæ sunt
Humiditas: cujus notetur
λόγ☉: Est enim humiditas qualitas patibilis, suo termino difficulter, alieno facile se continens.
2. Subiectorum humidorum proprietates, quæ sunt
Diffluere
Seu.
Dilatare se, nec facile corporis sui superficie coërceri. Ideò vinum in vase ligneo, vel calice conservari oportet, ne diffluat.
Siccitas. Hujus observetur
λόγ☉: Est enim siccitas qualitas patibilis, quâ suo facile, alieno autem termino difficulter clauditur.
2. παραδειγματισμός. Sic lapis sua figura & superficie facile clauditur, alienos autem terminos non recipit: projectus in aliquod vas non figuratur ad figuram vasis, sed proprios terminos retinet.

Secun

KKK. Secundariæ, *harũ notetur*

1. λόγος: *Sunt enim secundæ qualitates, quæ ex primarum temperatura & mixtione profluunt, atque ita quasi illarum propagines atque soboles sunt.*

2. Nomen: *Dicuntur enim tangibiles, quòd tactu potissimùm observari possint, quo etiam pertinent cæterorum sensuum objecta, colores, sapores, odores, de quibus in doctrina sensuum.*

3. *Numerus*

1. Raritas *est qualitas secunda, à calore ut plurimum orta, habens partes extenuatas, nec inter se ita probè compactas: ut, herba, pruina nubes.*

2. Densitas *est qualitas orta à frigore, partes habens constrictas & solidè cohærentes; ut, vitrum, glacies, cos, lapis, ferrum, omniaque Metalla.*

3. Levitas *est qualitas plærumque orta à calore, sursum omnia evehens.*

4. Gravitas *est qualitas deorsum ad centrum vergens & movens orta à frigore.*

5. Durities *est qualitas, densas & benè compactas partes habens, difficulter cedens tactui, & à siccitate orta: ut, Metalla, lapides.*

6. Mollities *est qualitas, partes leves habens, facile tactui cedentes, orta ab humiditate: ut, cerasa matura, caro &c.*

7. Crassities *est qualitas orta à siccitate, partes habens solidas: ut, ferrum, glacies &ct.*

8. Subtilitas *est qualitas partes tenues habens: ut flatus in aëre.*

9. Ariditas *est qualitas orta à siccitate, partes habens humoris ferè expertes.*

10. Lubricitas *est qualitas ab humiditate producta, quæ tactum facile effugit et elabitur. ut, anguilla.*

11. Lentor *est qualitas ab humiditate exorta, partes habens tenaces & glutinosas; ut, pix.*

12. Friabilitas *est qualitas ex siccitate orta, habens partes non cohærentes, ideoque facile atteritur; ut sal.*

13. Asperitas *est qualitas ex siccitate prognata, quæ habet partes prominẽtes, tactũ, dum cõtrectatur, offendẽtes: ut, pumex, cortex.*

14. Lævitas *est qualitas exorta ab humiditate, superficiem habẽs æqualem, tactum, dum contingitur, oblectans atque demulcens.*

ff Obscuræ

MMM. Obscuræ *seu occultæ; harum notetur*

1. λόγος: *Qualitates obscuræ nihil aliud sunt, quàm latentes & absconditæ quædam potestates, quibus res Naturales agunt vel patiuntur aliquid, cujus ratio ex primis & secundis qualitatibus non facile reddi potest.*

2. Nomina *dicuntur vel*
- 1. Tertiæ, *quia primas & secundas consequuntur.*
- 2. Specificæ, *quia sunt facultates efficiendi certas actiones naturales, quæ sunt propriæ speciei alicui.*
- 3. Formales, *quia á forma ipsa, adeoque essentia rei procedunt.*
- 4. Virtuales, *quia per has exerit se virtus illa in cæteris effectionibus producendis, quæ non inveniuntur in alijs corporibus.*

3. Singulare *& proprium temperamentum* ἰδιοσυγκρασία *dictum.*

4. παραδειγματισμός
- 1. Magnes *quidem habet primas & secundas qualitates, quia est lapis siccus, durus & asper, ejusque proprium est attrahere ferrum, quod reliquis lapidibus est impossibile.*
- 2. Amygdalas *amaras ebrietatem arcere experientia docet. Hic si dicamus amaritudinem hujus effectus esse causam, iure quæritur, cur ea amaritudo, quæ in amygdalis est, hoc tantum faciat, & non quæ in fructibus & herbis est alijs.*
- 3. *Sic* quotidie *videmus hunc bubulas carnes, suillas illum, alterum pomum & caseum aversari, ita ut ne odorem quidem ferre possit.*
- 4. Ferrum *& lapilli certorum animalium ventriculis atteruntur, quæ ne ignis quidem tàm brevi spacio comminuerit.*
- 5. Talis est pæonia *contra Epilepsian.*
- 6. Fœniculum *ad oculorum aciem.*
- 7. Asplenum *ad medendam exuberantem atram bilem.*
- 8. Ruta *contra venena.*
- 9. Smaragdus
  - *contra*
    - *venenum.*
    - *Coitum: inquo gestatus digitorumpitur.*
  - *Ad*
    - *Visum.*
    - *Memoriam.*
- 10. Rhebarbarum *educit bilem.*
- 11. Agaricum *pituitam educit.*
- 12. Epithymum *purgat solam atram bilem.*

Divisio. Vide. NNN.

Divisio

NNN. Divisio in

συμπάθειαν, *hujus notetur*

1. λόγ☉: *Est enim mutua & naturalis quadam affectio & conspiratio inter res physicas, ex peculiari & occulta cognatione orta.*

2. Exempla: *Sic ex animalibus lacerta animal est homini Natura amicum. Taurus sylvester ad fici arborem alligatus fit placidissimus. Ruta ad ficum sata latissime & uberrimè provenit. Vlmus vitibus adesse gaudet. vitis & olea mutuo fruuntur Consortio.&c.*

Αἰλιπάθειαν, *hujus notetur*

1. λόγ☉: *Est enim naturalis rerum physicarum inimicitia vel repugnantia: seu quando aliqua sibi ipsis infesta & simulaté dissentiunt, cacisque laborant discordijs.*

Exempla: *Sic Leo ad cantum galli expavescit. Elephas odit murem, & á pabulo, in quo Murem conspexit abhorret: Mugil & lupus piscis mutuo flagrant odio. Milvus & vulpes pullino generi adversantur. Brassica viti. Lupus ovibus. Homo homini. Huc refer, quando ex recens interempti hominis cadavere præsente homicidij auctor e sanguis vel ex vulnere vel naribus paulatim effluit.*

Digitized by Google

OOO. Contactus *hujus notetur Distributio in*

Proprium *seu verum, hujus notetur*

1. Nomen, *dicitur corporalis.*

2. λόγος: *Est quando duorum corporum superficies simul sunt ut mutuò & se movere & à se moveri possint.*

3. Subjectũ *sunt ea quæ in se mutuò agunt & patiuntur, nimirum Corpora hæc inferiora, quorum moventia contingunt ea, quæ moventur. Sunt autẽ ea quodammodo,*

Dissimilia. *Nec enim quod omnino simile est in simile agit: alioquin idem in se ipsum ageret, adeoq; nihil in corruptibile & immobile foret.*

Similia. *Nec enim quod prorsus & per omnia aliud est in id agit, cum quo planè nullam naturæ convenientiam habet si quidem candor à linea nihil pati potest: aut linea à candore, nisi forte per accidens.*

Horum *unum dicitur agẽs alterum patiens* *Vide PPP*

Improprium *hujus notetur*

1. Nomen: *dicitur enim virtualis.*

2. λόγος: *Est cum non superficies: sed virtus unius corporis ad superficiẽ alterius pervenit, quo contactu sol calefacit Terram, & magnes attrahit ferrum.*

Horum

Digitized by Google

PPP Horum *alterum dicitur*

Agens *hujus notetur*

1. ἐνέργεια, Actio *quæ est assimilatio qualitatis sensibilis agentis, ad qualitatem patientem, transmutans corpus motum formâ accidentaria.*

2. Species *res* { ἔνυλοι / ἄυλοι } *quoad sunt actu.*

3. Situs *debet quidem separatum à patiente esse; sed non nimis, verum ut se contingere possint: non autem continuari.*

4. Divisio *in*

Primum *hujus notetur*

1. λόγος: *Est enim id primum agens, in quo motionis principium consistit.*

2. Proprietates: *Nihil repatitur ab eo, in quod agit. &c.*

Postremum *hujus notetur*

1. λόγος: *Est enim id postremum agens, quod cum re, qua fit, coniungitur.*

Proprietates. *Hoc propriè repatitur, ab eo in quod agit. &c.*

Patiens *hujus notetur*

1. ἐνέργεια, Passio *quæ est assimilatio qualitatis patientis, ad qualitatem agentem sensibilem.*

2. Species: *res tantum* ἔνυλοι, *quoad sunt* δυνάμει, *seu potestate: patiuntur magis & minus prout majore minoreve potestate sunt ad patiendum prædita.*

3. Aptitudo: *oportet enim patiens esse dispositum & idoneum ad patiendum. Quod vero contumax ac rebelle est aut viribus pollens, vel difficile vel nil patitur.*

4. Situs. *Agens non debet esse continuum agenti.* Nam *continua, quæq; ejusdem sunt naturæ, in seipsa non agunt, Sed separata ab agente: veruntamen nec adeo separata, ut se mutuo contingere nequeant: Nam legitima agentis & patientis applicatio est necessaria in contactu seu corporali seu virtuali.*

222

Mixtio: *hujus notetur distinctio vocis in sua significata (nō divisio) Est autem mixtio vel*

Communis seu impropria & artificialis: hujus notetur

1. λόγ☉. *Est in quâ, partes quidem miscen-tur, sed sine alteratione & metamorphosi totius substantiæ omniumq; accidentiū.*

2. *Species quæ sunt vel*
   - Appositio, *in qua ea, quæ inter se miscentur, in tàm parvas partes secantur, ut unaquæq; sensui minimè appareat & postea simul coniūgantur; ut si particulæ hordei & tritici simul iūgātur in farina, ita ut quævis sit propter quamvis collocata.*
   - 2. Confusio, *in qua ea quæ miscentur non modo in minimas partes, quæ non conspiciuntur, secantur: sed ita inter se confunduntur, ut separari nequeant: ut si aquâ vinum diluo: aut pharmaca pharmacis misceo, quæ ita confunduntur, ut discerni non possint.*

Propria & physica hujus notetur

Definitio: *Mixtio est miscibilium alteratorum unio.*

2. Subjecta *miscibilia. Horum. Vide RRR.*

3. Quid *in mixtis intereat. Ipsa mixtilia quodamodo (non ἁπλῶς) intereunt, seu non sunt in mixto, nimirum actu suo integro, quia suam formam integram non retinent.*

4. Quid *in mixtis maneat. Ipsa mixtilia in mixto qudammodo (non ἁπλῶς) manent & sunt, nimirum δυνάμει: quia non prorsus corrupta fuerunt. Elementa igitur in mixto & secundum substantias, hoc est, formas substantiales & secundum qualitates, refractas tamen omnes & immutatas & ad mediocritatem redactas, remanent. Aristoteles lib. 2. de gener cap. 7. sic inquit: Elementa in mixto non omnino integra & immutata servari neque secundum substantiam corruptam: sed manere in mixto repressa, & castigata solum in excellentiis suis.*

Differentia *à cæteris motus speciebus. Differt enim mixtio à*

- Generatione: *Nam in generatione, forma, quæ potentia in erat accedit quidem ad Materiam: veruntamen Materia haudquaquam miscetur, ut in mixtione.*
- 2. Accretione. *Nam in accretione alimentum corpori non miscetur: sed interit corpore manente integro.*
- 3 Alteratione *Nam in alteratione affectiones & habitus cum ipsis substantiis permisceri non possunt: sed illis tantum adiunguntur & inhærent.*

6. Effectus *seu* soboles. *Vide. SSS.*

Sub-

RRR
Subjecta *miscibilia. Horum notetur*

- *Conditiones quarum*
  - 1 Est: *ut miscibilia eandem habeant Materiam, sintque invicem agentia & patentia.*
  - 2 *Est: ut miscibilia alterētur, id quod sine actiōe & passione fieri nequit.*
  - 3 Vt *Difficile misceantur, quorum alterum aut omnino patibile est, aut maximè aptum ad patiendum: alterum verò parvam patiendi vim habet: tum enim id, quod ex utroque consurgit, imbecillum est, & parum habet mixti.*
  - 4. Vt *miscibilia sint* εὐδιαίρετα, *& in partes minutissimas facile dividi queant: sic enim eo melius uniri queūt.*
  - 5. Vt *certa sit proportio & quantitas eorum, quæ inter se miscentur. Si enim multa cum paucis, vel magna cum parvis conjungantur, mixtionem non efficient, quia id quod superat, alterum in suam naturam convertit & interimit.*
- 2. Species *principes quæ sunt Elemēta, quorum propria sunt*
  - 1. Alterari *quia viribus ferè sunt paria Alteratio autem hæc fit:*
    - Non merâ *qualitatum alteratione absque ullâ substātia mutatiōe.* Sed *actione & passione mutuâ, facta per qualitates, substantia tota comminuuntur, contemperantur, & ita novus quidam oboritur actus: qui quasi communis fiat omnibus Elementis & qualitatibus mixtis, & sit tanquam vinculum contrariarum naturarum, sub quo concordi pace ligantur. Aristoteles,* 2. *de gener. Hoc quoque vult vox* (Vnio) *quæ nihil est aliud. quam conglutinatio quædam & reductio sive concordia rerum mixtarum diversarum, quâ miscibilia illa in unam trāsmigrent naturā & unum fiant specie*
  - 2. Non corrūpi *misceri enim nō est corrumpi & miscibilia nō intereūt sed servantur*

SSS Effectum *seu* soboles *mistionis est temperamentum. Hujus notetur.*

- *λόγος: Est enim* Temprament*um quatuor* Elementorum *congrua atq; proportionalis mistio ad actiones recte obeundas.*
- 3. Proportio *quæ est vel*
  - Arithmetica, *cum æqualia Elementa æqualibus ponderibus mole atq; magnitudine cõcurrũt: quod æquale ad pondus dicitur. Hoc temperamentum facilius cogitari, quàm reperiri potest. Diu enim (et si sit.) subsistere nequit, quia.*
    - 1. Caliditas *ignis omnium qualitatum est actuosissima, & in agendo cæteris potentior: & ideo in proportione pari cum reliquis posita prævalet, & ob summam agendi vim reliquorum vires superat.*
    - 2. Si *omnium elementorum par & æqualis esset quantitas, mixtum illud nec in loco qui escere, neque ad locum uspiam moveri posset. Nam si in terra vel loco proprio quiescat: iam terra cætera vincet, quia unum quodque eo in loco sistitur naturaliter, quod Elemento vincenti proprium fuerit. Si autem moveatur, vel sursum vel deorsum movebitur. Si sursum: necesse est, ut Elementa levia in illo prædominentur: Si deorsum: gravia prævalebunt.*
  - Geometrica, *quæ est qualis cunque, optimè tamen consentiens, & cuique rei ad peculiarem sui naturam conveniens elementorũ coitio: Unde dicitur temperies ad instiiiã. Hujus proportionis Temparamentum est vel.*
    - Simplex, *in quo una tantum qualitas excellit, ut*
      - Calidum.
      - Humidum.
      - Frigidum.
      - Siccum.
    - Compositum, *in quo bina qualitates cõnjunctæ excellunt.* Nimirum *vel*
      - Calidum *& humidum.*
      - Calidum *& siccum.*
      - Frigidum *& humidum.*
      - Frigidum *& siccum.*
- 3. Effecta
  - Generatio *simplex. Vide. TTT.*
  - Corruptio *naturalis seu putrefactio. Vide. VVV.*

Digitized by Google

TTT Generationis simplicis notetur

1. λόγος: *Est enim generatio simplex mutatio, quâ præcedête mistione Elementorum, à primis qualitatibus facta, nova generatur substantia. In hac enim oritur aliquid ex aliquo, quòd penitus non est, hoc est ex materia, sive re, in qua est privatio formæ substantialis recipiendæ: ut, quãdo ex eo, quod non est homo aut planta, homo fit vel planta.*

2. Differentia *à generatione* κατά τι
- 1 In simplici *enim nova oritur substantia.*
- 2. In τινκατάτι *non oritur nova substantia, sed id, quod substantia est recipit in se aliud quiddam, quo prius non erat affectum: ut, quando calor aut frigus in homine generatur.*

3 Materia *quæ sunt*
- Siccum & Humidum

4. Generantes *causæ*
- Calor
- Frigus

5. Agens *proximũ*
- Virtus *cælestis, semini insita seu* Facultas *plastica seu* Facultas *formatrix*
- *Ab hac Elementorum concrescentium & certo modo temperatorum fit coalitus, & formæ naturales producuntur.*

VVV
Putrefactio *seu naturalis corruptio. Hujus notetur*

1. Modus. *Nam cum qualitates scilicet calor & frigus, ut causa generantes non vincunt, sed earum vis aut est imbecillior, aut prorsus corrumpitur, tùm cruditas vel putrefactio sequi solet, qua maximè simplici generationi est contraria. Etenim quemadmodum mistum generatur ex unione humidi cum sicco, facta á calore naturali, hoc est convenientem proportionem habente: Ita è contrario, si calor hic recedat vel ita minuatur, ut nequeat amplius regere & continere duas passivas, separatur humidum á sicco & succedit corruptio. Zabarella de mist. gener. & inter. lib. 2. cap. 1.*

2 λόγος: *Putrefactio enim est corruptio caloris naturalis & proprii in unoquoque humido, ab alieno calore scilicet ambientis profecta Arist. lib. 4. Meteor: cap. 1. Hujus definitionis confirmatio in explicationibus afferetur.*

3. Species

1. Totalis *seu perfecta, qua mistum corpus ex toto, & omni ex parte, sive omnino putrescit, quando nimirū penitus abiungitur humidum à sicco, & perfectè in Elementa dissolvitur, ita, ut nihil ejus reliquum appareat, nisi terra. Zabarella. Hoc modo putrescunt, caro, pomum omniaque mista, qua solida & per excessum terrea sunt, si quidem evocato proprio calore humidum quoque existens educitur ad externa, ibiq; tandem consumitur, ita ut remaneat terra sicca.*

2. Partialis *seu imperfecta, quando perfecta illa separatio non fit, & tunc dicitur mistum interire secūdum partem, vel aliqua ex parte dissolvi, & ut ait Aristoteles, à naturali sua constitutione recedere. 4. Mateor cap. 1.*

Hæc accidit in corporibus
- Mixtis *præsertim fluidis & ὑπὸρβολως aquosis: ut in vino.*
- Elementaribus *(excepto igne) quatenus quidem sunt permista.*

Com-

α.

Composita *seu mixta corpora sunt quæ ex simplicium, nimirũ Elementorum legitimã contẽperatione coalescunt. Sunt autẽ vel*

Imperfectè *mista, quæ ex inconstante & infirma Elementorũ concretiõe generãtur & propterea durabilia nõ sunt. Qualia sũt Meteororum. Horum notetur*

1. λόγος: *Meteoron est corpus imperfectè mixtum, ex exhalationum materia calore Solis, stellarumq; virtute in terra vel aere effectum.*

2. Causa efficiens vel
- ὑπέρφυσική *quod est primus motor, principium effectivum omnium rerum, Natura melior; ipse Deus, qui singulari quadam ἁρμονίᾳ regionem creavit Elementarem, ut Meteororũ domicilium regioni athereæ subiacens esset.*
- Physica eaq; vel
  - Remota, *quæ est motus & influxus corporum calestium, q̃ materiam ab elementis evocat & in sublime tollit.*
  - Propinqua & *instrumentalis quæ corpora calestia ad hæc effecta utuntur. Vide β.*

3. Materia. *Vide* γ.

4. Formalis *causa, quæ efficit, ut exhalationes sursum evecta aliis atque aliis speciebus appareant, est varia effectio materiæ subiectæ.*

5. Finales *causæ*
- 1. Demõstratio *sapiẽtiæ Dei.*
- 2. Præsagia *futurorum evẽtuum.*
- 3. Salus
  - Animantium.
  - Plantarum.
  - Aliarum rerum, *quibus subtrahuntur venenati vapores, ne illis nocumento esse queant.*

6. Locus, *est totum illud spacium quod à luna ad terram usque porrigitur & vocatur Aer, in quo oriuntur propriè dicta μετέωρα.*

7. Species. *Vide* δ.

Perfectè mista. *Vide* ♎

Digitized by Google

β, Sunt

- Calor, *aquam ac terram pervadens, easque rarefaciens, attenuans & attenuando in halitus solvens, quos pariter in sublime effert, interventu levitatis, quæ calorem ipsum & raritatem consequitur.*
- Frigus *exhalationes elevatas sursumque evectas congelans & constringens.*

γ. Materia *est vel*

- Remota, *ut quatuor Elementa, imprimis Terra & aqua, quæ duo maximè præbent Materiam meteororū, quòd forma eorum mutetur in aliam formam, exhalationis sc: Arist.* 1. *Met. cap* 2.
- Propinqua, *quæ est exhalatio seu ἀναθυμίασις, ex partibus terræ & aquæ extenuatis resolutisque genita. Est autem exhalatio hæc vel*
  - Fumus, *qui est exhalatio tenuior, calida & sicca, è terris potissimum & locis arentibus, virtute syderum & calore solis ad ignis usque Elementum sublata.* καπνός.
  - Vapor, *est exhalatio crassior, calida & humida, ex aquis præsertim aqueisve corporibus excitata, & vel calore syderū sursum sublata vel in cavernis terræ conclusa.* ἀτμίς.

δ

Species *Hæ distinguuntur ratione vel*

- 1 Loci, *in quo generatur. Est autem is.*
  - 1. Regio *aeris*
    - 1. suprema.
    - 2. Media.
    - 3. Infima.
  - 2. Cavernæ *terræ.*
- 2. Causarum *nempe*
  - Materiæ *quæ est vel*
    - Alterutra *exhalatio; nimirum vel*
      - Fumus
      - Vapor
    - Vtraque
  - Formæ, *ratione cujus Meteora sunt vel*
    - Ignita Vide. ε.
    - Aquea. *Vide* ββ.
    - Aerea *Vide* χ.

Ignita

Digitized by Google

- 1. Ignita horum notetur
  - 1. Materia *ex qua: Fumus.*
  - 2. Nomen *gracum ὑπέκκαυμα, à facili incensione.*
  - 3. λόγος: *Ignita sunt Meteora ex fumis accensis & ardentibus genita, & instar ignis exardescentia.*
  - 4. Species *seu genera. Aliud enim genus est*
    - 1. τῶν συστάσεων, *qua revera sunt corpora. Hoc Meteorum veré existens est vel*
      - 1. Simplex *hujus notetur*
        - 1. λόγος: *Simplex est cujus Materia simplex est & pura, minusque terrestris aut viscosa.*
        - 2. Species *varia secundum multiplicem dispositionem halituum secundũ raritatem, densitatem, subtilitatem, crassitiẽ, magnitudinem, paucitatem, & maiorem, minoremque levitatem.*
        - 3. Accensio *quae fit vel in*
          - Aere. *Estque id vel*
            - Ascendens, *quod ex fumis calidissimis, siccis & levissimis in supremum aeris locũ evectis accensisq; producitur. Hoc est vel Vide. ζ.*
            - *Descendens. Vide. κ.*
          - Cavernis *terra.*
      - 2. *Mistum. Vide. κ.*
    - 2. τῶν ἐμφάσεων *apparentiarum, seu impressionum. Vide. σ.*

ξ Ascendens *est vel*

Conjunctum *hujus notetur*

1. λόγος. *Est enim id, quod habet omnes partes continuas & cohaerentes.*

2. Species

Flamma, *seu fax, seu candela accensa est fumus continuus, rarus & tenuis, in longum & latum aquè distensus, qui superiore parte accensus instar facis inflammatæ ardet. Aristoteles.* 1. *Mete:* 4.

Trabs, *seu ignis perpendicularis, Trabs est fumus longus, & arctius concretus, qui æquabiliter accensus trabis repræsentat speciem. Dicitur ignis perpendicularis, seu pyramidalis.*

Bolis *sive iaculus est fumus mediocriter longus, crassioribus partibus æqualiter cum subtilioribus commixtis constans, qui accensus in summo aëre sursumque evolans teli ardentis discurrentisque formam commentatur.*

Disiunctum *hujus notetur*

1. λόγος: *Disiunctum Meteorum est, cujus partes magis sunt dispersæ & dissita.*


2. Species *quæ sunt*

1. Capræ saltantes, *quæ sunt fumi disjuncti, in longum magis, quàm in latum porrecti, ac neutiquam interrupti, qui accensi motu & scintillationis morem caprarum saltantium se habere videntur.*

2. Scintillæ *volantes, quæ sunt fumi in multas minutasque partes sparsi, quorum singuli instar stipularum inflammantur.*

Discea-

Digitized by Google



η. Defcēdens *Hujus note-tur*

- 1. λόγ☉: *Defcendens meteorum eft, quod ex fumis minus calidis & ficcis ortum, altius evehi non poteft, fed infra fummum aërem accenditur.*
- 2. Locus *in aëre vel*
  - 1. Medio: *ut*
    - 1. Stella *cadens. Hujus notetur*
      - 1. λόγ☉: *Eft fumus mediocriter compactus & globatus, qui fupernè accenfus á nube deorfum repellitur, & ita ftellæ é cælo decidentis imaginem nobis offundit.*
      - 2. Nomina: *dicuntur enim hæ ftellæ fydera difcurrentia.*
      - 3. Ortus *vel*
        - 1. Cum *flamma in exhalatione ad longū protenfa accēditur & per fucceffivā generationem funditur dum vna pars alteri ignem celeriter communicat.*
        - 2. Cum *exhalatio ipfa ab uno loco ad alium fertur & ita fyderis volantis fpeciem præbet.*
      - 4. Motus *qui eft vel*
        - Rectus, *quando exhalatio rectà deorfum tendit.*
        - Obliquus, *quando Materia obliquè conftituitur & ad latus impellitur.*
    - 2. Lancea *ardens, quæ eft fumus oblongus, benè compactus, qui accenfus è medio aëre in mare vel terrā inftar titionis detruditur*
  - 2. Infimo. *Vide* θ

θ. In Infimo *loco. Hujus notetur*

1. λόγος: *Meteorum in infimo aëre generatum est, quod ob caloris inopiam altius evehi nequit, & proinde inimo aëre inflammatur.*

2. Causa. *Infimus enim aër propter Solis accessum & recessum modò calet, modo friget, modò humidus, modo siccus est.*

3. Tempus. *Hac Meteora in autumno omnium maxime contingunt, quia tunc terra nec nimio frigore constricta, nec nimio æstu exsiccata, facile horum Meteororum materiam edere potest.*

4 Species

Draco *volans est fumus crassior, nec valde coagulatus & compressus, qui in sublime evectus & accensus impulsu frigida nubis curvatur & flectitur, ejusque partes media ventrem, dua autem extrema caput caudamque Draconis referunt.*

Ignis erraticus *seu fatuus est fumus crassior & tenacior, inimo aëre per antiperistasin nocturni frigoris accessus, qui vento agitatus decliviora loca petit & viatores à recta via in pracipitia vel aquas plerumque deducere solet. Hujus notetur.*

1. Locus 1. *Apparet hoc Meteorum crebrius circa cœmiteria, & loca supplicijs nocentiū destinata, patibula, & in quibus magna militum strages est edita, quod è cadaveribus viscosa exhalatiōes prodeant.* 2. *Apparet in malo aut antennis navium in magnis tempestatibus.*


2. Causa: *Vnctuositas materia.*

Species. *Est vel*

- Vnus & *simplex, Helena dictus. Infelix nautis putatus.*
- Duplex: *ut, Castor & pollux, prosperi tranquillitatisq; prasagus aëris.*

Ignis lambens. *Vide.* 1.

Digitized by Google



I. Ignis lambens. Hujus notetur

- 1. λόγος: *Est fumus rarus & subtilis, qui accensus & per aërem dispersus aliquando hominum vestimentis, eorumque & equorum capillis sine ulla læsione inhæresçit.*
- 2. Causa ἐνδεχόμενος duplex
  - 1. Quidam *enim putant hoc Meteorum sine omni causa physica esse prodigiosum.*
  - 2. Quidam *enim censent oriri illud non nunquam ex sudore animalium prægalidi temperamenti, cum velociori agitatu incalescunt, & pinguem viscosumque humorem exse proferunt, qui similiter, atque ignis fatuus accenditur.*
- 3. Locus. *In terra cavernis conspici ejus modi ignes & Meteora testantur, qui terram effodiunt, & Metalla inquirunt, item rerum scriptores Metallicarum.*

II. Mistũ ignitum Meteorũ Hujus notetur

- 1. λόγος: *Meteorum ignitum mistum est cujus exhalatio ob admistionem vaporis est impurior, crassior & viscosior.*
- Species
  - Durans, *hujus notetur*
    - 1. λόγος; *Est enim ortum è Materia copiosiore.*
    - Species Cometa: *hujus notetur*
      - 1 λόγος: *Est enim Meteorum igneum ortum ab exhalatione sicca, viscosa, copiosa, ampla, arctè compacta, inque supremum aërem evecta, ibique inflammata, exse vel omnes vel aliquas in partes radios seu capillos spargens, & certa alicujus stellæ dominio subiectum Arist: 1. Meteor. cap. 7.*
      - 2. Locus
        - 1. Est suprema aëris regio: *Nam quod nec in infima nec in media gignatur, testatur ejus motus ab ortu in occasum, quo una cum aëre volvitur. Arist. ibid.*
        - 2. Extra Zodiacum & *Tropicos, quia nimius calor, qui partes Tropicis subiectas pervadit, cometæ materiam dissolvit & absumit.*
      - Distinctio *ratione loci subiecti*
        - Immobilem, *qui in summi aeris inferiore parte consistit. Hæc enim crassior est, nec unâ cum cælo circum volvitur, insuper virtus planetæ alicujus, sub quo natus est cõeta, infimior est, quã ut illũ motu suo covertere possit.*
        - Mobilem. *qui in supera aëris regione oritur. Est autem hic motus. Vide.* λ
      - 4 Distinctio *ratione figuræ. Vide.* μ.
      - 5. Distinctio *ratione coloris. Vide* ν.
      - 6. Distinctio *ratione temporum. Vide.* ξ
      - 7. Finis *Vide.* ο
  - Evanescens. *Vide.* π

Est

Digitized by Google

λ Est autem *hic ejus motus vel*

1. Simplex, *quando cum aëre, in quo haret, & motu primo, ab ortu in occidentem simpliciter circum volvitur.*

2. Varius *seu* permistus, *quando prater iam dictum communem motum conversione transversa, motuque erratico in varias cæli partes deducitur, vel ex impulsu alicujus syderis in cometam dominantis, vel certè quia cometa Materiam invitantem sequitur, & ad eam partem, qua illa ei suggeritur, paulatim serpit.*

μ Distinctio *ratione figura in*

1. Crinitam, *qui est rotundus cometa, constans ex materia, qua omni ex parte est similis, & undiquaque radios quosdam tanquam crines emittit.*
2. Barbata, *est cometa oblongus & productior, appendicem deorsum instar barba latioris vergentem habens. &c.*

ν Distinctio *ratione colorum in*

- Candidum.
- Rubicundum, *& penè sanguineum*
- Lucidum, *hoc est, hoc est nec candidum, nec rubentem.*

Horum Causa, *est Materiæ diversitas, paucitas, raritas: Item astrorum: prædominantium ἰδιοσυγκρασία.*

ξ Distinctio *ratiõe Temporis, quod aliud est*

1. Apparitionis, *quo oriri & apparere solẽt: Annus plærumque squalidus, siccus, autumno, hyeme, æstate, vere: rarissimè tamen vere.*
2. Durationis *quæ summa est, autore Seneca, sex mẽsium: Minima septem dierum. Plinio autore.*

ο Finis. *& effectus Designant enim cometæ & procreant*

1. Siccitates *inusitatas.*
2. Immensas *ac ardentissimos* æstus.
3. Ventorum *assiduas agitationes.*
4. Sterilitatem.
5. Annonæ *caritatem.*
6. Pestem.
7. Terræ motus.
8. Aquarum inundationes.
9. Naufragia.
10. Bella.
11. Clades.
12. Principum interitus.
13. Adeoque *mille mala &c.*

Evanes-

Digitized by Google

1. λόγος: *Est enim exhalatio calida & sicca crassior, magisque viscosa, in nube densa intercepta & conclusa, & per antiperistasin inflammata, atque è nube magno impetu excussa & deorsum decidens.*

2. Generatio. *Fit quando exhalatio cum calida & sicca, tùm calida & humida, eaque copiosa incidit in nubem, & ab ea circumdatur, & ceu cute obducitur, & vel per motum vel per antiperistasin incenditur: & quia accensa rarescit, magnoque conatu exitum è nube quærit, dum eam tandem rumpit, horrendum edit fragorem.*

Evanescēs, *quod ob paucitatem Materiæ citius dissipatûr: ut, Fulmē. Hujus notentur*

3. Adiuncta *quæ sunt*

1. Tōitru *hujus notetur*

- 1. λόγος. *Est enim Tonitru sonus, quem sicca exhalatio intra nubē magnam ac densam conclusa, & ictu vehementi eam disrumpens, efficit.*
- 2. Sonorum *diversitas. Exhalatioenim. Nubē vel*
  - Effringit *& ictu vel*
    - Vno *& tunc fit crepitus similis ei, quem edit vesica spiritus plena.*
    - Diverso, *& tunc fit tonitru multiplici crepitu resonans.*
  - Non effringit, *sed intus rixatur, & oritur tumultuosus sonus & obscurior.*

2. Fvlgur *seu* corufcatio. *Hujus notetur*

- 1. λόγος: *Est enim flammæ micatio ab exhalationibus accensis, & é nube erumpentibus exorta.*
- 2. Ἐπιφάνεια, *Prius apparet fulgur, quam audiatur tonitru: quia aspectus auditum antevertit. Visus enim re spectabili oblata nullo tempore eget, ad eam percipiendam, sed statim intuetur: Auditus vero tempus requirit, ob aurium anfractus.*

4. Species. *Vide. p.*

5. Tempus *est vel*

- Annuum: *Majori enim ex parte generantur fulmina æstatis tempore, cùm maximi calores vigent, & plurimæ exhalationes crassæ in sublime adductæ & constrictæ sunt: In vere & autumno minus frequentia sunt. Rarissima in hyeme.*
- Diurnum. *Fiunt interdiu & noctu. Interdiu autem Majora tonitrua & minores coruscationes contingunt: Noctu accidit contrarium.*

6 Effectū *est vel*

- Naturale *unum potissimum, quod depurat aërem, consumptum venenosis halitibus.*
- Prodigiosum *& admirabile, de quo vide Senecam & Plinium.*

Digitized by Google

ϱ. SPecies. *Est enim fulmen aliud*


1. Terebrans *cujus notetur*
- 1. λόγος: *Est enim illud subtile, flammeũ, purum & sincerum, ideoque angustissima penetrat, & quæ maximè resistunt, frangit.*
- 2. Nomen, *dicitur Aristoteli* ἀργὴς κεραυνός.
- Effecta
  - 1. Hoc *integris loculis æs & salvis vaginis gladius liquatur.*
  - 2. *Tangit sine nota, propter subtilitatem materiæ, & celeritatem impetus penetrat poros corporum antequam incendere aut consumere ea possit.*

2. Discutiens
- 1. λόγος: *Quod conglobatum est, & spiritus coacti commixtam vim habens dissipat & ictu rumpit.*
- 2. Nomen. *Telum fulmineum.*
- 3. Effectum. *Cum hoc fulmine sæpe lapis solidissimus ex multis fuliginosis & conglutinosis exhalationibus coagulatur, qui unà ejectus durissima etiam corpora devastat.*

3. Vrens, *quod igneum magis est, quam flammeum, ideoque materiæ spissitudinem non penetrat, sed tantum infuscat & amburit leviter.* ψολόεις *dicitur Aristoteli.*

σ. Meteororũ φαντάσματα, *quæ Aristoteli dicũtur,* φάσματα, *notetur*
- 1 λόγος: *Sunt enim* φάσματα *talia Meteora, quæ & si nullibi reipsa existant, specie tamen & figura videntur.*
- 2. Species
  - Chasma *hujus notetur*
    - 1. λόγος: *Est Meteorum apparens, speciem exhibens aperientis sese & dehiscentis cœli.*
    - 2. Modus generationis. *Generatur, quando exhalatio densa & viscosa, serena nocte ad summam aëris oram evecta, in extremis partibus, quæ rariores sunt, inflammatur, mediis verò densioribus non accensis: tùm enim propter album illum & luminosum partium extremarum, & nigrum seu cæruleum medii colorem cavitas quædam, seu fovea apparet, ut cœlum quasi discedere videatur.*
    - 3. Nomen *ipsius est.*
      - Magnum & *amplum dicitur* χάσμα, *hiatus latinis.*
      - Parvum, *dicitur fovea.*
  - Colores *nubium Vide* τ
  - Iris *Vide.* υ
  - Halo. *Vide.* φ.
  - Parelius. *Vide.* χ.
  - Paraselene. *Vide.* ψ.
  - Virgæ. *Vide* ω.
  - Lacteus circulus, *Vide.* αα.

Colores



7. Colores nubium Harum notetur

- 1. Descriptio. *Effinguntur in nubibus à sole vel luna illuminatis.*
- 2. Materia: *quam nullam habent; quo nomine etiam inter* εἴδωλα *& apparentias,* ἐμφάσεις *sive* φάσματα *referuntur.*
- Differētiæ *quatuor. Est enim talis color vel*
  - 1. Albus *hujus notetur*
    - 1. Generatio. *Generatur hic, quando in nubē rariorem, & ex vapore subtiliore parumque condensato constantem, lux luminarium cælestium incidit, eamque penetrat, & in totum eius corpus æquabiliter diffunditur.*
    - 2. σημείωσις. *Serenitatis & siccitatis est nuncius, quia tenues hæ & raræ nubes parum aut nihil humoris continent & facile dissipantur.*
  - 2. Niger *hujus notetur*
    - 1. λόγ☉: *Est color productus in nube ex densa & crassa materia constante, parumque luminis recipiente.*
    - 2. σημείωσις: *Denunciat graves tempestates & largos imbres.*
  - 3. Rubens *hujus notetur*
    - 1. λογ☉ *generationis, Fit enim cum nubes habent in se humidum fumosum, terrestri adusto commistum, in quod incidens solis radius non penetrat, sed repercussus duplicatur, rubeumque colorem efficit.*
    - 2. σημείωσις, *nūcius enim est vel*
      - 1. Serēitatis. *vespertino nimirum tempore, quia nubē raram & æstu diurno solis exsiccatam esse ostendit.*
      - 2. Tempestatis, *matutino nimirum tempore, quia ostendit solem multos vapores attrahere in sublime.*
  - 4. Viridis *hujus notetur*
    - 1. Generatio. *Fit enim cum nubes est aquosa & rorida, ac stillare iam incipit recepto lumine: quod enim aqueæ est iniectum materiæ, colorem efficit viridem.*
    - 2. Significatio. *Hæc nubes ob aquositatē magnas denotat pluvias.*

v. Iris unius notetur

- 1. λόγος: *Est enim iris arcus multi color, in nube rorida, opaca & cõcava, ex radiorum solis oppositi reflexione apparens.*
- 2. Species. *Est enim Iris vel*
  - 1. Solaris & *frequentior hujus notetur*
    - 1. Apparitio, *quæ bis potest fieri.*
    - 2. Tempus *uno die scilicet horis &*
      - Distinctis.
      - Eadem.
    - 3. Loca *quæ sunt*
      - Diversa.
      - Opposita. &c.
  - 2. Lunaris & *rarissima.* &c.
- 3. Color. *Est hic vel*
  - 1. Puniceus *sive rutilius primus seu supremus est, qui fit inflexione rarissima in nubis parte densiore vel magis tenebricosa. Ubi enim fulgidum per nigrum conspicitur, puniceum refert colorem, quem* Seneca *flammam nominat.*
  - 2. Viridis, *qui medius ex debiliore infractione in remotiore & aquosiore nubis parte existit.*
  - 3. Cæruleus, *qui tertius & interior ab infractione debilissima oritur, adeo ut visus lumen infractum vix percipiat: & proinde color istius partis ad aliquam obscuritatem & nigredinem vergit*
  - 4. ξανθὸς, *flavus, qui ex commistiõe punicei & viridis nascitur.*
- Significatio *Iridis est vel*
  - 1. Physica. *Signat enim pluviam: quia non nisi nube rorida, & quæ in imbrem solvi parata est, resplendet.*
  - 2. Meta physica. *Ex instituto enim divino significat nunquam post hac futuram totius terræ eluvionem.*

Halo

Digitized by Google

φ. Halo. *Hujus observentur*

1. Nomina
- 1. Area *latinis.*
- 2. Corōa: Plinio. & Senecæ.

2. λόγος: *Est enim circulus Solem, lunam aliamve majorem stellam ambiens, ex radiorum in nubibus refractione effectus,*

3 Generatio. *Fit, si multa exhalatio, vel nubes aquabili densitate in orbem sparsa, sub Sole, aliove sidere constituta sit, ita, ut radius corporis luminosi, propter nubis densitatem, rectà progredi nequeat, sed desiliat, ac per omnes extremitates diffundatur, & ita aream quandam rotundam efficiat.*

4. Tempus. *Non potest generari, nisi aër sit pacatus: quoniam venti omnem turbant figuram.*

5. Locus: *frequentior conspicitur sub luna, quàm sole, quia solis fervor coagmentari halitus non sinit.*

6. Significatio
- 1. Si corona *magis magisq; denfetur, aquam prænunciat.*
- 2. Si dissipetur: *ventos indicat.*
- 3. Si paulatim *extenuetur serenitatem arguit.*

χ. Parelius *hujus notetur*

1. λόγος. *Est imago Solis à latere ejus in nube densa, plana, quiescente & aquosa per radiorum Solis refractionem expressa.*

2. ἐμφάνεια *multiplex. Videmur enim plures aspicere Soles: unum in proprio orbe, alterum in nube, à qua imago illa reverberata ad nostrum aspectum delata est. Contingit enim nonnunquā plures nubes ad Solis imaginem recipiendam aptas collocari, ut imago Solis adunā perducta, aliam imaginem in alteram nubem imprimat, & hæc rursus in aliam, sicque plures Soles simul videantur.*

3 Tempus. *Apparent ejusmodi Idola sæpius oriente vel occidente Sole, ob nubes eo tempore densiores, radiisque solaribus non dissolutas.*

4. Significatio. *Naturaliter pluviam futuram indicat.*

Digitized by Google

ψ. Paraselene *Hujus notetur.*

1. λόγος: *Est imago lunæ, ex refractione radiorum lunarium in nube levi & humida repræsentata.*

2. Nomen, *Plinius vocat Nocturnos Soles.*

3. Tempus. *Conspicitur hoc εἴδωλον potissimum, quando luna est plena & splendore excellit. Tunc enim in nube humida & justo intervallo distante eius facies velut in speculo cernitur.*

4. Significatio: *Naturaliter pluviam futuram portendit.*

ω. Virgæ *harũ notetur*

1. Nomen. *Dicuntur Columnellæ & funes tentorij.*

λόγος: *Sunt lineæ rectæ, quas Solis radij directè, in nubem aquosam, dissimiliter tamen raram, incidentes & refracti efficiunt.*

3. Generatio. *Fiunt enim quando ad Solis latera, mediocri tamen intervallo, nubes in æquabili concretione, alias videlicet partes densiores habens, alias rariores, radiis solaribus penetratur, & ob diversitatem partium variis imbuitur coloribus, qui quoniam ad nubis cavitatem se accommodantes perpendiculariter versus terræ superficiem protenduntur, virgarum speciem exhibent.*

4. Tempus *Matutino potissimum & vespertino tempore ut plurimũ apparent.*

5. Significatio. *Semper signa sunt pluviarum.*

Gala-

αα. Galaxias. hujus notetur

1 Nomen *latinum. Circulus lacteus.*

2. λόγος: *Est lucidus quidam candor, sereno cœlo conspicuus, ex crebrarũ & minutissimarum stellarum radiis in nubem tenuem & raram sibi subjectam incidentibus, & diffractis dispersisque effectus. Aristoteles.* 1. *Meteor. cap.* 8.

3. Locus *putativus. Consistit in aere hic circulus.*

4. Forma *seu modus generationis. Est concretio latè diffusa & exuberans exhalationum, inflammata vi admodum frequentium stellarum quæ, sunt in ea cœli plaga, in qua ille visitur.*

5. Locus *verus. Cum Galaxias circulus tot annorum seculis nunquam sit mutatus nec major nec minor fuerit: non erit exhalatio in aere accensa: Ideoque locus ejus non aer: sed octava sphæra. Eritq; lumẽ quarundam stellarum minutissimarum. Meteora non sunt perpetua. Galaxias autem est perpetuus. Ergò non erit etiam Meteorum.*

ββ. Meteora Aquea. Horum notetur

λόγος: *Meteorum aqueum est, quod ex vapore plenius à frigore constricto & quasi consolidato constat.*

2. Generationis modus. *Quando enim Solis & reliquorum astrorum motu & calore, è locis humentibus vapor evocatur, calorem suum adventitium ob frigus circumstãs inprimis mediæ regionis deponit, & caloris discessu, & loci frigore rursus cogitur, & in aerea natura, aqua oritur, quæ denuo in terrã decidit. Aristoteles.* 1. *Meteor. cap.* 9.


3 Locus *qui est vel*

1 Aer *cujus regio notetur vel*

- Media *Videγγ*
- Infima *Videζζ.*

Tantum. Nam in summa ejus regione, cum ob aquosam vaporis gravitatem, propter quam altius efferri neqit, túm ob intensum ejus regionis calorem, & orbicum rapidissimumque motum hujus generis Meteora fieri non posse, rectè statuit Aristoteles. 1. *Meteor. cap.* 3.

2. Terræ *interiora, seu viscera; quorũ ratione Meteora distribuũtur Vide.* (λλ.



77 In quæ sunt vel

- Nubes *Hujus observetur*
  - λόγος: *Nubes est vapor humidus & crassus, à Sole ad Mediam aeris regionem elevatus, qui frigore illius loci constrictus & quasi congelatus pendet.*
  - 2. Quantitas. *Si parvus fuerit, Nubecula dicitur.*
  - 3. Color. *Qui diversus est, pro diversitate Materiæ vaporosæ & immissione luminis stellarum.*
  - 4. Causæ *pendulitatis in aere sunt*
    - 1. Potentia. *Dei.*
    - 2. Calor *Solis.*
    - 3. Aeris *motus.*
    - Ἀντιπερίστασις *in ea.*
    - 5. Calor σύμφυτος *seu cōgenitus, quem habet inclusum.*
  - 5. Motus, *seu impulsus. Is est Tempore*
    - Ventorum *flantium ad motum vētorum à quibus cientur nubes.*
    - Ventorum *non flantium, ad Motum Solis ab Ortu in occasum.*
  - 6. Divisio *in Nubem vel*
    - Sterilem, *quæ est tenuis & lucida, ideoque ob raritatem suam vel evanescit, vel ventorum impulsu & calore Solis dissipatur.*
    - Fæcundam *quæ est nigra, densa, & irriguo humore scatens, ideoque ad pariendam pluviam idonea.*
- Ex nubibus *quæ gignuntur: ut sunt,*
  - Pluvia. *Hujus notetur*
    - 1. λόγος: *Est enim pluvia fluxus nubis fæcundæ in destillantes aquæ guttas à Calore Solis resolutæ, quæ suo pondere depressæ in terram decidunt. Arist.* 1 *Meteor. cap.* 9.
    - 2. Distributio *in*
      - Naturalem *Hujus notetur*
        - λόγος: *Est enim naturalis pluvia, quæ tota oritur à causis physicis, eaque depluit guttulas aquarum..*
        - 2. Distributio *in*
          - Imbrem, *qui est cum guttulæ crebriores & minutiores ob vaporis tenuitatē iugi tenore destuūt.*
          - Nimbum, *qui est cum guttæ paulo grandiores & cum impetu cadunt, ob nubem admodum crassam & humoris plenam, atque propter algoris vim, vel aerem prævalidum* Hujus
      - Prodigiosam. *Vide ad,*
  - Nix *Videts*

Digitized by Google

δδ Hujus notetur

1. λόγ☉: *Est enim prodigiosa pluvia, quæ præter usitatum Naturæ ordinem accidit, ut sires aliæ, quàm aquæ decidunt, nimirum, cum pluit lacte, sanguine piscibus, ranis, lapidibus, ferro, lanugine, crucibus. &c.*

2. Causæ
- Finalis: *aliquando Mortalium terror vel aliud quidpiam.*
- Efficiens
  - Remota: *Deus secundas causas ita disponens.*
  - Propinqua, *varia commistio exhalationum cum vapore humido, congruente qualitatum vi.*

εε Nivis notetur

1. λόγ☉: *Est enim Nix nubes friabili densitate conglaciata, & antequam in aquam solvatur, inter descendendum à frigore tenuiter congelata instar lanæ carminatæ.*

2. Adiunctæ *albedinis causa imputatur*
   1. Merito *partium magis aërearum, quã ob causam etiã spuma albescit & aqua interfuso oleo.*
   2. Frigiditati *humorem fortiter constringenti: unde qui frigidas incolunt regiones, ut septentrionales, candidiores sunt.*

3. SPecies
- χιών, *quæ paulatim & mollioribus particulis decidit.*
- νιφέδος, *quæ densioribus & durioribus particulis descendit.*

ζζ. In Infima *regione alia fiũt in parte ejus*

- superiore. *ut, Grando. Hujus notetur*
  1. λόγ☉: *Est enim grando nubes in aquam conversa, & in descensu frigore conglaciata.*
  2. Generatio. *Hæc enim aqua ex qua grando fit, celerius á frigore ambiẽtis aëris congelatur, quia retinet in se aliquid caloris, quem ad conglaciationem multum conferre constat experientia, & docet Aristoteles.*
  3. Figura *est vel*
     - Minor *& rotunda, cum scilicet remotius à terra generatur & altius defertur.*
     - Major *& angularis, si prope terram producitur, æstate & autumno.*
  4. Tempus anni. *Est indefinitum. Provenit sine discrimine quovis anni tempore.*
- Inferiore; *ut sunt*
  - Ros *Vide.* ηη.
  - Pruina *Vide.* θθ.
  - Nebula. *Vide.* ιι.
  - Glacies. *Vide.* κκ.

Digitized by Google

nn. Ros. Hujus notetur

1. λόγος: *Ros est vapor subtilis & humidus, non procul à terra sublevatus, qui noctis temperatæ frigiditate densatus & in aqua guttas tenuissimas resolutus in terram sparsim decidit.*
2. Generatio. *Fit sicut & pruina, cum tranquillum & serenũ tempus est: turbato enim & infestato pluviis aut ventis cœlo, concrescere vapor non potest.*
3. Species *quæ sunt*
   - Manna, *est ros temperatissimi túm cœli túm loci, ex purissimo & præpingui teræ vapore, in aëre convenientem ad modum percocto & frigore temperatæ noctis densato, genitus.*
   - Mel *hujus notetur*
     1. λόγος: *Mel enim est vapor quidam dulcis, floribus & frugibus insidens, quem apes inde colligunt. Non autem ipsæ mel faciunt. Aristoteles. 5. de hist. animalium. 22.*
     2. Locus. *Est rarius in regionibus viscosum & nubilum aërem habentibus, per quem humor iste transire nequit. Frequentius in locis orientalibus, ob aërem ibi puriorem & sereniorem.*
   - Ladanum. *Hujus notetur*
     1. λόγος: *Est vapor insidens herbæ, quæ Ladon, sive ledum dicitur, resudatione foliorum permixtus.*
     2. Locus *Arabia & Nabathæa regio Arabica, Siriæ contermina.*
4. *Effectus q̃ sunt*
   1. Terram *madefacit, irrigatque, & herbescentem segetum viriditatem evocat & nutrit.*
   2. Nocet, *quia nisi excutiatur, subeunte postea ardore Solis, in ærugìnem & putredinem vertitur.*

00. Pruina. Hujus notetur

1. λόγος: *Est enim pruina vapor tenuis à terra in proximum aërem á Sole evectus, & á frigore in salis quasi formam constrictus.*
2. Adiunctũ. *Candida est ob nimiam frigiditatem, quæ albedinis est indicium.*
3. Locus. *Frigidus.*
4. Tempus. *Aurora abundans frigore congelativo.*
5. Ventus *flans borealis.*
6. Duratio. *Diutius perdurat, quam ros.*
7. Effectus
   1. Hieme *calorem intus in arvis concludit & in radices agit.*
   2. Intempestiva *& serior, adurit germinum oculos, & invitatam verni temporis clementiam, stirpium & vinearum iuventutem enecat, atque omnem interdum spem fructuum, vel vna saltem nocte præcidit.*

Nebula

ιι. Nebula *Hujus notetur*

1. λόγος: *Est enim Nebula vapor densus, in imo aëre, oriente potissimum vel occidente Sole, excitatus, frigoreque paulatim condensatus & aërem proximum obscurans.*

2. σημείωσις:
1. Serenitatem *promittit, si fuerit rarior, & calore solis orientis vel absumatur vel in terram reprimatur.*
2. Pluviam, *si densior fuerit & sursum attollatur.*

κκ. Glaciei *notetur*

1. λόγος: *Glacies est aqua in stagnis, paludibus, fluminibus, aliisve ejus modi locis congelata.*

2. Modus generationis. *Congelatur aqua, non sola hyberni frigoris efficientia: sed admistio etiam terrena concretionis concurrit, quæ congelationem magnopere iuvat, eò, quòd terra ex se densa existit, & crassitiem suæ spontis iure appetit. Si namque ad congelandam aquam sola frigoris exuperantia sat esset: cùm aqua summè sit frigida, in suo naturali statu non liquida esset, sed in gelu cöacta. Idem quoque de nive & grandine dictum volumus: nimirum eam congelationem ita à frigore fieri, ut terrena illa mistio & non nihil caloris frigiditatem necessario comitari debeat: si quidem ad concretionem semper aliquid etiam caloris requiri docet Aristoteles* 4. *Meteor. cap.* 5.

λλ. Ratione viscerum *terræ orta Meteora distribuuntur in*

1. Mare. *Vide, μμ.*

2. Fontes *horum notetur*

1. λόγος. *Fons est aqua intra sinus terræ ab aëre aut vapore ob frigiditatem istius loci addensato, & in aquam converso genita, qua manante fons scatet, & fluvius labitur.*

2. Generatio

1. Secundū Aristotelem. *Generatur aqua fontana & fluvialis ex aëre, in terra cavernis & hiatibus collecto, qui frigore primum ibi condensatur, crassescit, & in aquam convertitur, quæ deinde guttatim in unum aliquem locum capaciorem fertur, tandiu in eodem commorans, donec accessione continente major facta loco aliquo opportuno erumpat.*

2. Secundum Eclesiastem *cap.* 40. *Fontium & fluminum principium est mare, quod per occultos meatus, & cuniculos magnam aquæ copiam in diversas terræ partes effundit, unde fontes & flumina proveniunt. Quæ hic alia quæstiones oriuntur in explicationibus dissolvenda erunt.*

3. Flumina, *Sunt fontium concurrentium effecta. &c.*

Digitized by Google

μα. Mare. Hujus noscetur

1. λόγος. *Est enim Mare aquarum omnium, quæ sub cœlo sunt, receptaculum, salsum, perpetuo æstu fluens ac refluens. intra alveum tamen suum, sese continens.*

2. Origio. *In ipso Mundi nascentis exordio à Deo est productum: cuique potenti imperio eò loci, ubi nunc sessitat, concessit. Omnes namque aquæ partim conditæ ab initio Mundi, partim verò de fluviis, fontibus & fluminibus collectæ, exeunt in mare, illudque conficiunt.*

3. Adiunctum. *Non redundat influxu quotquot aquarum, nec supra littora excrescit*

- 1. Quia *hic terminus Mari à Deo statutus atq; præfixus est.*
- 2. Quia *quantum aquæ in ipsum influit, tantundem rursus exit, adeoque radiis Solis exhauritur inque vapores evanescit. Arist. 2. Meteor. cap. 2.*

4. Saporis salsuginei *causa quæ est, quòd vi Solis partes maris tenuissimæ & suavissimæ extenuentur in vaporem: crassiores autem magisve adustæ relinquantur, quæ deinde cum aqua maris permistæ, salsum illum & amarum saporem efficiunt. Ad omnem enim salsum saporem requiruntur duo hæc: Siccum terrestre & adustio: ex illo fit sapor, ex hac verò salsigo. Hæc sententia probatur multis indiciis.*

- 1. Quod *marina aqua, cum decoquitur, evaporat aqueus humor, qui collectus & consistens seorsim, dulcem habet saporem:* Partes *igitur terreæ remanentes salsuginis fuere causa.*
- 2. Quia, *Mare versus Austrum & in æstate magis est salsum, quoniam sol eo tempore & loco plus vaporum dulcium extrusit.*
- 3. Si vasculum occlusum *cerâ immitatur in Mare, tùm aqua tenuis pura & dulcis per ceram delabitur & veluti percolatur, propter seclusionem terrestris & spissioris vaporis.*
- 4. In nostris corporibus *urina salsa est, quia quod subtile, tenue & suave erat in cibis, à calore nativo est transmissum ad membra nutrienda.*
- 5. Quia *marina aqua testibus medicis calefacit & exiccat, cæterisque aquis gravior est, faciliusque sustinet ac levat pondera. Ergo ei insunt partes adustæ.*
- 6. Quia *vapores ascendentes in dulcem pluviam concrescunt.*
- 7. Denique *quia Maris summa aqua salsior est, quàm profunda, cum solis calor illam magis, quàm hanc exerceat.*

5. Motus est vel

- 1. Violentus, *quo Mare à ventis nunc in hanc, nunc in illam partem impellitur, pro ratione flatuum, qui tunc in eo dominantur.*
- 2. Naturalis, *quo maris aqua reciproca agitatione nunc ad littus accedunt, nunc in se redeunt, subsiduntque senis quibusque horis has vices repetentes. Hujus considerentur. Vide pp.*

Species. *Vide pp.*

Hujus con-

Digitized by Google

pp. Hujus considerentur

1. Nomina, *Dicitur æstus, accessus, reciprocatio, regurgitatio, seu fervor Maris.*

2. Causa effectrix *putatur lunæ Motus, quo una cũ primo mobili diurna cõversione circumvehitur. Compertum namque est lunam humidis corporibus dominari, ideoque non solum lumine caloreve suo tumefactas aquas rarefacit: sed etiam injecta qualitate occulta harum incrementa & decrementa efficit. Luna ergo, dum super Horizontem maris paulatim sese effert, ex obliquo spargit radios suos in mare, suoque lumine quod á Sole habet, calefaciens, exhalationes mari commixtas disgregat & dilatat, quibus dilatatis paulatim mare crescit, intumescit & accessum eius efficit. Rursus autem dum paulatim à Meridiano digreditur, & ad Horizontem descẽdit, obliquiores subinde radios spargens minus est efficax: ideó & aquæ descendẽtes tumorem illum remittunt, & refluxus maris efficitur. Eodemque modo fit noctu, lunâ ab occasus termino ad meridianum descendente, indeque ad alterum ortus limitem vergente. Atque ita semper mare lunæ motui secundum, modo accedit, modo recedit, secundùm motum diurnum eiusdem, qui in quatuor quartas est divisus, ita ut singulis quartis sex horæ tribuantur, ideoque & mare quater singulis diebus movetur, bis fluendo & bis refluendo.*

3 Adjuncta

1. Accidunt *hi æstus alias*
- Tardius
- Celerius

Hujus causa est, Diversitas exortus Lunæ, & ascensionum signorum Zodiaci inæqualitas.

2 Sũt *hi æstus alibi*
- Majores
- Minores
- *Ferè nulli*

Hujus causa sunt
1. Locorum *situs.*
2. Regionum *qualitas.*
3. Diversitas *luminis in luna.*
4. Aquarum *dissimilis Natura.*

4. Causa finalis, *Ne Mare putresceret. Sicut enim aer à ventis purgatur & velut renovatur: ita hic motus aquas Maris à putredine tuetur.*

ij. Species. Mare aliud est

- Vniversale, *quod reliqua Maria vastitate & magnitudine vincit, ambitque totam trrram, unde mare magnum vocatur, vel Oceanus.*
- Particulare, *quod per Medias terras irrumpens diffunditur, & mediterraneū dicitur. Nō rarò speciale nomen sortitur á finitima terra quam alluit & dividitur in Mare*
  - Germanicum.
  - Gallicum.
  - Persicum.
  - Caspium. *&c*

X. Meteororum *aereorum notetur*

- .λόγος. *Meteora aerea sunt, quæ vehementius impulsa, aeris similitudinem quandam habent, & in eundem dissolvuntur.*
- 4. Locus *generationis qui est vel*
  - Aer, *in quo fit ventus. Hujus notentur*
    - 1.λόγος. *Ventus est ex halatio multa & copiosa, á terra progressa, quæ occurrente frigore repulsa & repressa, paulatim in obliquū retorqeutur, & cū impetu per aerē ruit.*
    - 2.Modus generationis. *Solis & aliorum syderum attractu & imprimis peculiari quorundam astrorum influxu, halitus confertim in sublime elati ad mediam aeris regionem tendunt: inde ab aere illo frigido & denso protrusi, refracto & dissultanti impetu resiliunt, & quia pulsu deorsum aguntur, & ob insitam levitatem in superiora contendunt, dum neutra pars vincit, quasi partita contentione, neque sursum, neque deorsum, sed oblique feruntur.*
    - 3.Distributio *in*
      - 1. *vel* Regulares *qui ex certa & definita Mundi regione oriuntur. Suntque vel*
        - Indefiniti. *Vide σσ*
        - Stati. *Vide* φφ.
      - Erraticos *vide* χχ.
      - 2.Provinciales *Vide.* ψψ.
    - 4.Oppositio *& contrarietas. Vide ωω.*
  - Terræ viscera: *in quibus fit Terra motus, Vide ααα.*

Indefiniti

- αα. Indefiniti. *Horum notetur*
  - 1. λόγος: *Sunt enim indefiniti venti, qui non spirant ad certum temporis terminum.*
  - 2. Species *sunt vel*
    - 1. Principes: *horum notetur*
      - 1. λόγος: *Sunt enim qui à quatuor mundi cardinibus, ortu, occasu, septentrione, meridie spirant.*
      - 2. Nomen: *Dicuntur vulgo cardinales.*
      - 1. Species
        - 1. Subsolanus, *ἀπηλιώτης. Hujus notetur*
          - 1. Qualitas *est enim cum suis collateralibus*
            - Calidus
            - Siccus
            - *Moderatè*
          - 2. Effectum
            - 1. Omnium *est saluberrimus.*
            - 2. Serenitatem *affert.*
            - 3. Reddit *corpora expedita, mollia.*
            - 4. Animos *efficit alacres ad omnes actiones peragendas.*
          - 3. Terminus *à quo, seu principium, quod est ortus æquinoctialis.*
        - 2. Zephyrus *seu* Favonius *hujus notetur*
          - 1. Qualitas. *Est enim cum suis collateralibus.*
            - Frigidus.
            - Humidus.
          - 2. Effectum. *Est enim*
            - Nubilus.
            - Tempestuosus.
            - Fertilis.
            - Corporibus, *& animis minus salutaris.*
          - 3. Terminus *à quo, seu principium, quod est occasus æquinoctialis.*
        - 3. Aquilonis *notetur*
          - 1. Qualitas *est enim cum suis collateralibus*
            - Frigidus.
            - Siccus.
          - 2. Effectū.
            - 1. Grandines.
            - 2. Nives.
            - 3. Fulmina.
            - 4. Puritas *aëris.*
            - 5. Veneni. / 6. Pestis. } *amolitio.*
            - 7. Corporum *Corroboratio.*
            - 8 Interdum, *nimia constipatio valetudini nocens.*
          - 3. Terminus *à quo seu principiū, quod est Septentrio.*
        - 4. Auster *νότος. Vide, ττ.*
    - 2. Principibus *adiuncti, Vide, υυ.*

ττ Austri notetur
- 1. Qualitas. *Est enim cum suis collateralibus.* Calidus. & Humidus.
- 2. Effectum. *Pluviæ.*
- 3. Terminus *á quo, seu principium, quod est Meridies.*

υυ. Principibus adiũcti. Horũ notetur
- 1. λόγος: *Hi enim sunt illi venti, qui ad latera principalium tanquam socij & comites adjiciuntur.*
- 2. Nomen. *Dicuntur collaterales.*
- 3. Species
  - 1.
    - 1. Cæcias *seu* Hellespontus, *ab ortu solstitiali subsolano additus.*
    - 2. Eurus *seu* Vulturnus, *ab ortu brumali subsolano additus.*
  - 2.
    - 1. Caurus, *seu* Corus, *seu Olympias, Zephyro ab occasu solstitiali additus.*
    - 2. λίψ, *id est,* Affricus, *ab occasu hyberno Zephyro additus.*
  - 3. Aparctiæ *additur versus* Ortum *Boreas.* Occasum *Cyrcius.*
  - 4. Austro *additur versus* Ortum *Euronotus.* Occasum *Libonotus.*


φφ Statorũ ventorum notetur
- 1. λόγος: *Stati enim venti sunt, qui statis & certis anni temporibus spirant.*
- 2. Nomen. *Anniversarij dicuntur; quod singulis annis ad idem tempus redeant.*
- 3. Species
  - Etesiæ, *qui sunt venti aquilonares, qui circa caniculæ ortum quadraginta dies perflant, & intensissimum Sirij ardorem suavissimo suo flatu mirificè mitigant & leniunt.*
  - Ornithiæ. *seu Chelidoniæ. Hi sunt vẽti septentrionales, qui verno tempore, circa hirundinum adventum novem, vel, ut, Columella vult, triginta diebus spirant.*

Errati-

Digitized by Google

XX. Erraticorum notetur

- 1. λόγ☉ς: *Erratici enim venti sunt, qui non ex certa Mundi plaga oriuntur, sed uspiam oberrare videntur.*
- 2. Distributio. *Sunt enim vel*
  - 1. Cum igne: *ut* Prester. *hujus notetur.*
    - 1. λόγ☉ς: *Est enim prester halitus per antiperistasin, vel repercussu vel arietatione, ex parte ignem concipiens & inardescens, ac depressæ nubis specu erumpens, & proxima quæque non solum prosternens sed etiam amburens.*
    - 2 Differentia à *fulmine*
      - 1.
        - Fulmē *plus habet flammæ, minus flatuū.*
        - Prester *plus flatuū habet nimus flammæ.*
      - 2.
        - Fulminis *Materia est subtilior.*
        - Presteris *materia minus.*
      - 3.
        - Fulmen *non gignitur nisi praeunte tonitruo..*
        - Prester *contra.*
  - 2. Sine igne *& vel*
    - Cū pluviis *hujus notetur*
      - 1. λόγ☉ς. *Sunt enim venti vehementissimi & impetuosissimi, qui è nube impulsa erumpētes cū imbribus vel grandinibus grassantur & omnia prosternunt.*
      - 2. Species: *ut, Exhydriæ.*
    - Sine pluvijs *sunt*
      - 1. Ecnephias *hujus notetur*
        - 1. λόγ☉ς. *Est enim ventus repentinus & vehemens, qui è multis spirationibus densis & confertim acervatis collectus, & è nube violenter compressa lateque fracta exortus, magno impetu deorsum fertur, ierē semper obscurās.*
        - 2. σημείωσις. *Est maximarum tempestatum nuncius indubitatus.*
      - 2. Turbo. *Est ventus repentinus, qui effracta nube erumpens & in gyrum contortus obvia quaque corripit, sursum attollit & instar rota versat.*



ψψ. Provinciales. Horum notetur

- 1. λόγος: *Qui certis provinciis & regionibus sunt familiares.*
- 2. Species. *Sic enim*
  - 1. Cyrcius *Galliæ Narbonensi*
  - 2 Boreas *Thraciæ*
  - 3. Carbasus *Siciliæ*
  - 4. Iapyx *Calabriæ*
  - 5. Olympias *Monti Tharsaliæ*
  - *est familiaris.*

ωω. Oppositio ventorum & contrarietas

- 1. Ex diametro oppositi *sunt* Subsolanus. & Zephyrus.
- 2. Obliquè oppositi, *simul flantes sæpenumero. Quò autem sunt obliquiores, eò majores inter se pugnas & tempestates ciet.*

ααα Terræmotus Hujus notetur

- 1. λόγος. *Est agitatio & concussio terræ, orta ex conflictu & impulsu spirituum & ventorum, cavitatibus terræ inclusorum ex obstructu meatibus et poris vi erumpere pugnantium.*
- 2. Generatio. *Fit ab halitu seu spiritu terræ visceribus incluso & foras exire contendente, cumque is viam, qua erumpat, non invenit, retro fertur, atq; in se revolvitur, & exitu frustra quæsito omnes angustias dimovet, dumque effringere claustra & convellere nititur, motum concitat.*
- 3. Tempora. *Tunc potissimum fiunt terræmotus crebri & magni, cum magna exhalationum copia terræ sinibus est inclusa; ut Cælo tranquillo & vere, ac autumno.*
- 4. Loca. *Regiones intertus fungosæ & concavæ.*
- 5 Species. / 6. Duratio. / 7. Signa. — *Vide ββß.*

Species

ßßß

Duratio *est vel* — Species

Tremor, *qui est agitatio terræ in latera navigii more, unde ruina existit ædificiorum.*
Pulsus, *qui est agitatio qua ex imo terra concutitur, & sursum deorsum iactatur spiritu rectâ ascendere conante.*
Hiatus, *cum terra ingenti hiatu dehiscit & absumptis oppidis aut ædificiis profunda apparet vorago.*


1. Continua, *cum longo tempore absque aliqua intermissione terra concutitur & movetur, & durat plerumque ad dies quadraginta.*
2 Interpolata *quando non continuo terra quassatur, sed interdum à motu libera quiescit, qui tamen post aliquot dies redit.*

Signa *sunt vel* — Præcedentia

1. Magna *aeris tranquillitas. Tunc enim multa exhalatio in terræ sinu conclusa, nec in aerem evocata, terram prepediem quassabit.*
2. Si interdiu *vel paulo post occasum Solis, sereno cælo appareat nubecula tenuis porrecta & longa, instar lineæ, quia cum cælum ventis & vaporibus, qui sunt nubis Materia vacet, nubecula admodum recta & tenuis relinquitur.*
3. Tumor *& commotio aquæ maris ventis silentibus: quæ fit ex magna spiritus copia confertim egredi tentante.*
4. Si *aqua in puteis ebulliat & ascendat & turbidior reddatur. Flatus enim ex imo subiens terram atque adeò aquam superpositam in sublime effert.*

Subsequentia *seu effecta*

1. Aliquando *motu circumducta & in orbem versata terra locum commutat.*
2. Nonunquam *terra latè diffusa recedit, sorbetque profundis faucibus totas urbes & hiatum rursus claudit, nullo earum relicto vestigio.*
3. Non rarò *ignium seu flammarum fit eruptio: novæ aquarum scaturigines, fontium, lacuum, fluminum exortus & contra desiccatio.*
4. Interdum *aquæ antea frigidæ, post terræ motum calidæ fluunt, & è contrario tepidæ frigidæ evadunt.*
5. Sæpissime *pestilentes Morbi sunt secuti, quia halitus venenati intus conclusi erumpunt. De his & aliis effectis vide Plinium cap.* 83. *usque ad c. put.* 113.



1. Perfectè mistorum notetur


- 1. λόγος: *Corpus perfectè mixtum est, quod solida & constante elementorum concretione constat, & propterea diutius durat.*
- 2. Distributio in
  - Inanimum ἄψυχον. *Hujus notetur*
    - λόγος. *Est enim corpus vitæ expers.*
    - 2. Species
      - Metalla *hujus notentur*
        - 1. λόγος. *Metallum est corpus perfectè mistum & inanimatum, ex sulphure & argento vivo mixtis & temperatis in terræ venis natū. Cum enim sulphur & argentum vivum in venis metallorum reperiatur, ex his pro temperamenti & mutuæ permistionis varietate metalla exoriri Chymiæ professores statuunt.*
        - 2. Materia
          - 1. Propinqua
            - Sulphur. *Est materia metallaris ex subtiliore exhalatione pingui & unctuosa, venis terræ inclusa, constans.*
            - Argentum vivum. *Est materia metallaris, constans ex vapore subtiliore aqueo, qui cum terra conglutinatur, & per calorem Sulphuris decoquitur.*
          - 2. Remota *est halitus in terræ visceribus latens duplex*
            - Vnus aridus, *hoc est, magis terreus quā aqueus: ex hoc duriora fossilia, lapides nimirum concrescunt.*
            - Alter *humidus & glutinosus, hoc est magis aqueus, quàm terreus. Ex hoc metalla propriè sic dicta. Aristoteles. 3. Meteor. cap. 7.*
        - 3. Causa efficiens
          - Calor
            - Cœlestis
            - Elementaris
            - *qui attenuat, coquit temperat probéque miscet omnes materiæ partes.*
          - &
          - Frigus *quod massam calore ita temperatam, & ad hoc vel illud Metalli genus parparatā, condensat & concrescere facit.*
        - 4. Locus *Vide.* γγγ
        - 5. Forma *Vide.* δδδ.
        - 6. Distributio. εεε.
      - Lapides *Vide* θθθ
      - Terræ pretiosæ *Vide* μμμ
  - Animatum ἔμψυχον *Vide.* ϱϱϱ

Locus

γγγ Locus
1. Generalis *seu communis, Gremium terræ.*
2. Specialis *seu proprius, Inter lapides ideoque magis in montibus, quam in planitie; propter soliditatem enim retinent calorem melius: In planitie autem calor propter terræ molliciem facile difflatur.*

δδδ. Forma *Metallorum non est una sed differens specific, hoc est: differūt metalla inter se formis incommunicabilibus. Quia*
1. Quælibet *species suam habet essentiam & eam perfectam.*
2. Quælibet *species habet suam definitionem.*
3. Suos *colores.*
4. Suas *vires.*
5. Suos *usus. Scaliger.*


εεε. Distributio *in*
- Pura, *in quibus facta est decoctio magis exquisita, ut.*
  - Auri *notetur*
    1. λόγος: *Aurum est Metallum purissimum, ex argēto vivo, puro, fixo, rubeo & clarissimo; purissimo pariter sulphure rubeo non adurente, optimè inter se temperatis genitum.*
    2. Adiūcta. *Est enim metallorū*
       1. Mollissimum.
       2. Tenuissimum.
       3. Pinguedine *carens.*
       4. Gravissimum.
       5. Præstātis *suavitate* — Saporis. Odoris.
    3. πόιησις *artificialis. Hæc statuitur*
       1. Difficilis *quidem admodum; teste experientia, ob ignorantiā naturæ.*
       2. Attamē possibilis: *siquidem cum ars æmula & imitatrix sit naturæ, non video cur Naturā in efformando vero auro imitari non possit, inquit Iohannes Magirus, Medicinæ Doctor & philosophiæ peripateticæ professor doctissimus.*
  - Argentum *est metallum purū, ex argento vivo claro albicante, & ex sulphure ferè fixo, puro, genitum.*
- Impura. *Vide.* ζζζ.



Impura, horum notetur
- 1. λόγος: *Impura Metalla sunt, quæ ex impuriore sulphure & mercurio cõstant.*
- 2 Distinctio
  - 1. Quædã *plus humoris vel Mercurij habent ut sunt*
    - Plumbum. *Hujus notetur*
      - 1. λόγος. *Est enim plumbũ Metallum è plurimo crasso, & minus puro argento vivo, & pauciore fæculento & adurente sulphure procreatum.*
      - 2. Distinctio *ratione*
        - 1. Materiæ *quâ cõstat*
        - 2. Caloris *quo coquitur*
        - *est vel*
          - Nigrum. *Plumbum nigrum est, quod ex impuriore argento vivo cõstat, minus est elaboratum, & propterea vilioris quoque pretij.*
          - Candidum. *Plumbũ candidum vel album est, quod plenius percoctum aliquanto puriore constat Materiâ.*
    - Stannum *est metallum album, ex multo, neque ita puro argento vivo, extrinsecus albo, intrinsecus autem rubeo, & ex sulphure impuro non benè digesto genitum.*
  - 2. Quædam *plus terræ vel sulphuris: ut,*
    - Æs: *hujus notetur*
      - 1. λόγος. *Aes est metallum impurum, ex plurimo sulphure rubeo & crasso, pauco argento vivo impuriore genitum.*
      - 2. Species, *quæ est æs cyprium, quod copiosè nascitur in Insula cypro, unde cuprum dicitur.*
    - Ferrum. *Hujus notetur*
      - 1. λόγος: *Est Metallum impurum, ex plurimo sulphure crudo, terrestri & adurente, modicoq; argento vivo, similiter impuro genitum.*
      - 2. Proprietates.
        - 1. Est *quidem durissimum.*
        - 2. Attamen *assiduo usu conteritur: quia ad ejus generationem minus argenti vivi, seu humoris: plus verò sulphuris terrestris concurrit.*
    - Orichalcum. *Vide. ***.*

Orichal-

Digitized by Google



- ***. Orichalci *notetur*
  - 1. λόγος: *Est æs factitium, & per colatum colore auri, sed magis flavescente.*
  - 2. Adiuncta
    - 1. Olim *nativum* / 2. Ære *nobilius* — *fuisse testatur Plinius lib.* 34. *Cap.* 2.
    - 3. Nunc *nativum nullum est.*
    - 4. A multis *ex Metallorum censu excluditur.*
- θθθ Lapides. *Horum notetur*
  - 1. λόγος: *Sunt enim corpora perfectè mista, ἄψυχα, dura, ex sicca terrestri exhalatione, unctuositate quadam aquosa per mixta, per temporis diuturnitatem, vi caloris & frigoris, atque virtute minerali, conglutinata.*
  - 2. Distributio. *Sunt enim lapides vel*
    - vulgares, *qui ex crassiore & impuriore materia congelascunt. Suntque vel*
      - Porosi: *horum notetur*
        - 1. λόγος. *Sunt enim qui ex Materia non valde compacta constant, ideoque partes habent raras.*
        - 2. Species
          - ToPhus: *hujus notetur*
            - 1. λόγος: *Est enim lapis rarior, facile friabilis, asper & haud æquus.*
            - 2. Adiunctum
              - Calidus *est Cardano.*
              - Non calidus *Scaligero, ita scribenti cõtra Cardanum. Tophum calidum esse, quis tibi dixit? Nam neque gustu neque tactu, neq; Medica experientia id vel inventum vel repertum est. Exercit.* 57.
          - Pumex *est lapis rarus & cavernosus, seu spongiæ modo fistulosus, ad lævigandum accommodatus: Cujus tres sunt modi apud Scaligerũ exerc:* 113.
      - Solidi. *Vide.* 111.
    - Preciosi. *Vide.* xxx.

iii. Solidi. *Horum notetur*

- 1. λόγος. *Solidi namque lapides sunt, qui partes continuatas & validius coactas habent.*
- 2. Distributio. *Sunt enim vel*
  - 1. Nitore *carentes ut*
    - Silex *est lapis solidus, & durus, unde ferramenti incussu ignis elici potest. Vide* Scaliger. *Exerc.* 108.
    - Cos: *hujus notetur*
      - 1. λόγος. *Est lapis solidus, nitore carens, & granulis constans, cujus in acuendo ferro usus est. Scaliger. Exerc.* 108.
      - 2. Species. *Coticula, seu Lydius lapis, quo Metalla affricata, sincera à nothis seu adulteris dignoscuntur. Scaliger. Exert.* 128.
    - Saxum *lapis multus & durus est, ex magna quantitate Materiæ fortiter concreta constans.*
    - Smiris *lapis durus, quo vitrum finditur. Scaliger exerc.* 135.
    - Pyrites, *vulgo* Marchasita, *est lapis, qui chalybe percussus scintillas ignis edit. Scaliger exerc.* 104.
  - Nitore præditi *solidi lapides sunt Marmora. Horum notetur*
    - 1. λόγος: *Marmor est lapis solidus, nitidus & eximius, maculis & coloribus variis commendatus.*
    - 2. Species *præcipuæ*
      - Alabastrites, *qui est Marmor perspicuum, candidum, è quo Pyxides pro odoratis unguentis fiunt.*
      - Ophites *qui est Marmor maculis serpentum simile.*
      - Porphyrites, *qui est Marmor, rubeus & quasi candidis maculis distinctum: seu potius rubeis cum maculis interniitentibus.*

Pretiosi

λόγ☉. *Sunt enim qui ex subtiliore & tenuiore materia, singulari cœli influxu congelascunt.*

[Bracket labels: ..m Pretiosi hujus notetur; 2. Species nominata: Gemma. Hujus notetur; 3. Species quæ sunt vel; 1. Nobilissimæ quarum individua sunt; 1. Adamas hujus notetur]

1. λόγ☉: *Gemma est lapis pretiosus cum Materiæ subtilitate & elegantia speciosus, viribus insignis & nobilis.*

λόγος *Est enim gemma translucida, colore ferro candenti non absimilis inenarrabilis duritiei & precij.*

2. Locus nascitur vel
- Extra aurum *ut*
  - Indicus, *instar nucis avellanæ.*
  - Arabicus *illo minor.*
- In auro *ue*
  - 1. Adamas *Cenchros dictus, instar grani milij.*
  - 2. Macedonicus, *cucumeris semen æquans.*
  - 3. Cypricus, *ærei coloris.*
  - 4. Siderites, *ferreo colore fulgens: hi duo posteriores degeneres habentur.*

3 Adiuncta *durities, quæ tanta est, ut ne mallei quidem ferrei ictibus cedat neque ignibus atteratur, sed solo hircino sanguine frangatur, maxime si aliquot ante dies hircus petroselino & silere montano & vino sit educatus cujus rationem se nescire ipse Scaliger fatetur exercit.* 344.

2. *Minus nobiles Vide* μμμ

2Sapphirus.
3Smaragdus
4Hyacinthus.
5Amethystus.
6Carbunculus.
7Chalcedonius
8Rubinus.
9Chrysolithus,
10Asterites.
11Achates
12Sardius,
13Iaspis.
14 Onyx.
15Turcois

} *Vide.* λλλ

2.Saphirus *est gemma transparens,magna duritie,cæruleo & cælesti colore prædita,castitatem conservans & cor corroborans.*

3.Smaragdus *est gemma transparens,fragilis,dura tamen,viridis coloris, quæque lucidi,quanquam terreni.Castus dicitur,quod in coitu frangatur.Veneris etiam resistit.* Scaliger.exercit.53.

4 Hyacinthus *est gemma lentis magnitudine, fulgorem violaceum referens cor confirmans & hilaritatem excitans.*

5.Amethystus *est gemma eundem ferè cum hyacintho obtinens colorem, nisi quod in hoc emicans fulgor purpureus,in illo languidior & dilutior sit. Umbilico admotus vini vaporem ad se attrahere & discutere, & sic á crapula vindicare dicitur ab Aristotele.*

6.Carbunculus *vel Pyropus est gemma lucidissimi ignis flammam referens,venenis & toxicis inimica.*

7.Calchedonius *est gemma lucida & pulcra, instar stellæ refulgẽs, cujus vis est contra tristitiam & timorem.*

8.Rubinus *est gemma rubea, per tenebras in speciem scintillæ alicujus micãs.*

9 Chrysolithus *est gemma lucida, aurei coloris, varietate & nitore lucis nitens,Melancholiæ adversa.*

10Asterites *est gemma dura,splendida,quæ dum convertitur, Solem aut etiam lunam intus lucentem ostendit.*

11.Achates *est gemma coloris varietate præstantissima,quæ una,quoad colores, omnibus gemmis opponitur,&venenis pestiferis adversari, prudentiam ac facundiam præstare creditur.*

12Sardius *est gemma fulva,seu corneo colore rubens,ingenium acuens,homines lætos reddens,& sanguinem è naribus profluentem compescens.*

13.Iaspis *est gemma viridis,maculis aut guttis sanguineis interpuncta, quæ si è directo ventriculi suspendatur,eundem confirmare creditur*

14.Onyx *est gemma pellucida,unguis digitorum humanorum carnibus impositi colorem referens, & mollis.*

15. Turcois *est gemma obscurior coloris cærulei ex viridi relucentis, visum & correcreans.*

Minus

Digitized by Google

1.Chryſtallus, *eſt lapis pellucidus, candidus, ex glacie gelu vehementiore concretus & ut plurimum ſub terra generatus, ubi hyberna nives rigent, ut in cautibus alpium.*

2.Corallium *eſt lapis ramoſus ex planta maris aere indurata genitus. Eſtque Album, nigrum, rubeum. hoc præſtantiſſimum.*

3. Gagates *vel* ſuccinum *eſt lapis è liquido bitumine, è littoribus in mare defluente, & rigore condenſato genitus procellisque in littus provolutus. Candidũ reliquis anteſtat.*

4. Hæmatites *eſt lapis cujus color externus eſt ſanguineus internus ferrugineus, tanta duritie, ut vix limam ſentiat. Dicitur ſanguinem ſiſtere.*

5.Magnes *ſeu* ſiderites *eſt lapis colore ad cæruleum vergente præditus, ferrum naturali facultate attrahens.*

HIS ACCENSENTUR:

6.Chelidonius, *qui eſt lapillus exiguus in pullorum hirundinum ventriculo inventus, colore fuſco ex nigro aut ſubrufo permiſto.*

7.Alectorius *eſt lapis Criſtallo obſcurior, in ventriculo capi anno ætatis 9 & 5 generatus, magnitudine fabæ.*

8 Aetites *eſt lapis cortice duro, ſcabro & minime levi, in Aquilæ nido invẽtus.*

9Borax, *aliâs* Chelonites *vel* Bufonius *eſt lapis in capite bufonis ſenis & magni repertus.*

10Quadrus *eſt lapis in Cerebro vulturis.*

11Quiris *eſt lapis in nido upupæ.*

12Saurites *eſt lapis in ventre Sauræ vel lacerti.*

13Limaceus *eſt lapis in capite limacis, quæ cortice non tegitur generatus.*

14Gemma *percarum eſt lapis in perca, piſce parvo, ſed magnum caput habente reperta.*

15Carpionis *lapis in hujus piſcis faucibus reperitur.*

16Oculi cancrorum *ſunt lapides bini candidi in oculis cancrorum præſertim famellarum in venti.*

17Margarita *eſt lapis è conchyliis marinis natus, corticibus rotundis conſtans.*

Minus Nobiles ſunt

nn. Ros. *Hujus notetur*

- 1. λόγος: *Ros est vapor subtilis & humidus, non procul à terra sublevatus, qui noctis temperatæ frigiditate densatus & in aqua guttas tenuissimas resolutus in terram sparsim decidit.*
- 2. Generatio. *Fit sicut & pruina, cum tranquillum & serenũ tempus est: turbato enim & infestato pluviis aut ventis cælo, concrescere vapor non potest.*
- 3. Species *quæ sunt*
  - Manna, *est ros temperatissimi túm cæli túm loci, ex purissimo & præpingui teræ vapore, in aëre convenientem ad modum percocto & frigore temperatæ noctis densato, genitus.*
  - Mel *hujus notetur*
    - 1. λόγος: *Mel enim est vapor quidam dulcis, floribus & frugibus insidens, quem apes inde colligunt. Non autem ipsæ mel faciunt. Aristoteles. 5. de hist. animalium. 22.*
    - 2. Locus. *Est rarius in regionibus viscosum & nubilum aërem habentibus, per quem humor iste transire nequit. Frequentius in locis orientalibus, ob aërem ibi puriorem & sereniorem.*
  - Ladanum. *Hujus notetur*
    - 1. λόγος: *Est vapor insidens herbæ, quæ Ladon, sive ledum dicitur, resudatione foliorum permixtus.*
    - 2. Locus *Arabia & Nabathæa regio Arabica, Siriæ contermina.*
- *Effectus q̃ sunt*
  - 1. Terram *madefacit, irrigatque, & herbescentem segetum viriditatem evocat & nutrit.*
  - 2. Nocet, *quia nisi excutiatur, subeunte postea ardore Solis, in aruginem & putredinem vertitur.*

oo. Pruina. *Hujus notetur*

- 1. λόγος: *Est enim pruina vapor tenvis à terra in proximum aërem á Sole evectus, & á frigore in salis quasi formam constrictus.*
- 2. Adiunctũ. *Candida est ob nimiam frigiditatem, quæ albedinis est indicium.*
- 3. Locus. *Frigidus.*
- 4. Tempus. *Aurora abundans frigore congelativo.*
- 5. Ventus *flans borealis.*
- 6 Duratio. *Diutius perdurat, quam ros.*
- 7. Effectus
  - 1. Hieme *calorem intus in arvis concludit & in radices agit.*
  - 2. Intempestiva *& serior, adurit germinum oculos, & invitatam verni temporis clementiam, stirpium & vinearum iuventutem enecat, atque omnem interdum spem fructuum, vel vna saltem nocte præcidit.*

Nebula

Digitized by Google

ι ι.
Nebula *Hujus notetur*

1. λόγος: *Est enim Nebula vapor densus, in imo aëre, oriente potissimum vel occidente Sole, excitatus, frigoreque paulatim condensatus & aërem proximum obscurans.*

2. σημέιωσις
- 1. Serenitatem *promittit, si fuerit rarior, & calore solis orientis vel absumatur vel in terram reprimatur.*
- 2. Pluviam, *si densior fuerit & sursum attollatur.*

κ κ.
Glaciei *notetur*

1. λόγος: *Glacies est aqua in stagnis, paludibus, fluminibus, aliisve ejus modi locis congelata.*

2. Modus generationis. *Congelatur aqua, non sola hyberni frigoris efficientia: sed admistio etiam terrenæ concretionis concurrit, quæ congelationem magnopere iuvat, eò, quòd terra ex se densa existit, & crassitiem suæ spontis iure appetit. Si namque ad congelandam aquam sola frigoris exuperantia sat esset: cùm aqua summè sit frigida, in suo naturali statu non liquida esset, sed in gelu cöacta. Idem quoque de nive & grandine dictum volumus: nimirum eam congelationem ita à frigore fieri, ut terrena illa mistio & non nihil caloris frigiditatem necessario comitari debeat: si quidem ad concretionem semper aliquid etiam caloris requiri docet Aristoteles 4. Meteor. cap. 5.*

λ λ.
Ratione viscerum *terræ orta Meteora distribuuntur in*

1. Mare. *Vide*, μ μ.

2. Fontes *horum notetur*
- 1. λόγος. *Fons est aqua intra sinus terræ ab aëre aut vapore ob frigiditatem istius loci addensato, & in aquam converso genita, qua manante fons scatet, & fluvius labitur.*
- 2. Generatio
  - 1. Secundũ Aristotelem. *Generatur aqua fontana & fluvialis ex aëre, in terræ cavernis & hiatibus collecto, qui frigore primum ibi condensatur, crassescit, & in aquam convertitur, quæ deinde guttatim in unum aliquem locum capaciorem fertur, tandiu in eodem commorans, donec accessione continente major facta loco aliquo opportuno erumpat.*
  - 2. Secundum Eclesiastem *cap. 40. Fontium & fluminum principium est mare, quod per occultos meatus, & cuniculos magnam aquæ copiam in diversas terræ partes effundit, unde fontes & flumina proveniunt. Quæ hic aliæ quæstiones oriuntur in explicationibus dissolvenda erunt.*

3. Flumina. *Sunt fontium concurrentium effecta. &c.*

Digitized by Google

μα Mare. Hujus noretur

1. λόγος. *Est enim Mare aquarum omnium, quæ sub cœlo sunt, receptaculum, salsum, perpetuo æstu fluens ac refluens. intra alveum tamen suum, sese continens.*

2. Origio. *In ipso Mundi nascentis exordio à Deo est productum: cuique potenti imperio eò loci, ubi nunc sessitat, concessit. Omnes namque aquæ partim conditæ ab initio Mundi, partim verò de fluviis, fontibus & fluminibus collectæ, exeunt in mare, illudque conficiunt.*

3. Adiunctum. *Non redundat influxu quotquot aquarum, nec supra littora excrescit*
- 1. Quia *hic terminus Mari à Deo statutus atq; præfixus est.*
- 2. Quia *quantum aquæ in ipsum influit, tantundem rursus exit, adeoque radiis Solis exhauritur inque vapores evanescit. Arist. 2. Meteor. cap. 2.*

4. Saporis salsuginei *causa q̃ est, quòd vi Solis partes maxis tenuissimæ & suavissimæ extenuentur in vaporem: crassiores autem magisve adustæ relinquantur, quæ deinde cum aqua maris permistæ, salsum illum & amarum saporem efficiunt. Ad omnem enim salsum saporem requiruntur duo hæc: Siccum terrestre & adustio: ex illo fit sapor, ex hac verò salsugo. Hæc sententia probatur multis indiciis.*
- 1. Quod *marina aqua, cum decoquitur, evaporat aqueus humor, qui collectus & consistens seorsim, dulcem habet saporem:* Partes *igitur terreæ remanentes salsuginis fuere causa.*
- 2. Quia, *Mare versus Austrum & in æstate magis est salsum, quoniam sol eo tempore & loco plus vaporum dulcium extrusit.*
- 3. Si vasculum occlusum *cerâ immittatur in Mare, tùm aqua tenuis pura & dulcis per ceram delabitur & veluti percolatur, propter seclusionem terrestris & spissioris vaporis.*
- 4. In nostris corporibus *urina salsa est, quia quod subtile, tenue & suave erat in cibis, à calore nativo est transmissum ad membra nutrienda.*
- 5. Quia *marina aqua testibus medicis calefacit & exiccat, cæterisque aquis gravior est, faciliusque sustinet ac levat pondera. Ergo eis insunt partes adustæ.*
- 6. Quia *vapores ascendentes in dulcem pluviam concrescunt.*
- 7. Denique *quia Maris summa aqua salsior est, quàm profunda, cum Solis calor illam magis, quàm hanc exerceat.*

5. Motus *est vel*
- 1. Violentus, *quo Mare à ventis nunc in hanc, nunc in illam partem impellitur, pro ratione flatuum, qui tunc in eo dominantur.*
- 2. Naturalis, *quo maris aqua reciproca agitatione nunc ad littus accedunt, nunc in se redeunt, subsiduntque senis quibusque horis has vices repetentes. Hujus considerentur. Vide ρρ.*

Species. *Vide ρ̄ρ̄.*

Hujus con-

pp. Hujus considerentur

1. Nomina, *Dicitur æstus, accessus, reciprocatio, regurgitatio, seu fervor Maris.*

2. Causa effectrix *putatur lunæ Motus, quo una cū primo mobili diurna cōversione circumvehitur. Compertum namque est lunam humidis corporibus dominari, ideoque non solum lumine caloreve suo tumefactas aquas rarefacit: sed etiam injecta qualitate occulta harum incrementa & decrementa efficit. Luna ergo, dum super Horizontem maris paulatim sese effert, ex obliquo spargit radios suos in mare, suoque lumine quod á Sole habet, calefaciens, exhalationes mari commixtas disgregat & dilatat, quibus dilatatis paulatim mare crescit, intumescit & accessum eius efficit. Rursus autem dum paulatim à Meridiano digreditur, & ad Horizontem descēdit, obliquiores subinde radios spargens minus est efficax: ideó & aquæ descendētes tumorem illum remittunt, & refluxus maris efficitur. Eodemque modo fit noctu, lunâ ab occasus termino ad meridianum descendente, indeque ad alterum ortus limitem vergente. Atque ita semper mare lunæ motui secundum, modo accedit, modo recedit, secundùm motum diurnum eiusdem, qui in quatuor quartas est divisus, ita ut singulis quartis sex horæ tribuantur, ideoque & mare quater singulis diebus movetur, bis fluendo & bis refluendo.*

3 Adjuncta

- 1. Accidunt *hi æstus alias*
  - Tardius
  - Celerius
  - *Hujus causa est, Diversitas exortus Lunæ, & ascensionum signorum Zodiaci inæqualitas.*
- 2 Sūt *hi æstus alibi*
  - Majores
  - Minores
  - *Ferè nulli*
  - *Hujus causa sunt*
    - 1. Locorum *situs.*
    - 2. Regionum *qualitas.*
    - 3. Diversitas *luminis in luna.*
    - 4. Aquarum *dissimilis Natura.*

4. Causa finalis, *Ne Mare putresceret. Sicut enim aer à ventis purgatur & velut renovatur: ita hic motus aquas Maris à putredine tuetur.*


Digitized by Google

ij. Species. *Mare aliud est*

- Vniversale, *quod reliqua Maria vastitate & magnitudine vincit, ambitque totam trrram, unde mare magnum vocatur, vel Oceanus.*
- Particulare, *quod per Medias terras irrumpens diffunditur, & mediterraneũ dicitur. Nõ rarò speciale nomen sortitur á finitima terra quam alluit & dividitur in Mare*
  - Germanicum.
  - Gallicum.
  - Persicum.
  - Caspium. *&c.*


χ. Meteororum *aereorum notetur*

- λόγος. *Meteora aerea sunt, qua vehementius impulsa, aeris similitudinem quandam habent, & in eundem dissolvuntur.*
- 2. Locus *generationis qui est vel*
  - Aer, *in quo fit ventus. Hujus notentur*
    - 1. λόγος. *Ventus est ex halatio multa & copiosa, á terra progressa, qua occurrente frigore repulsa & repressa, paulatim in obliquũ retorqeutur, & cũ impetu per aerẽ ruit.*
    - 2. Modus generationis. *Solis & aliorum syderum attractu & imprimis peculiari quorundam astrorum influxu, halitus confertim in sublime elati ad mediam aeris regionem tendunt: inde ab aere illo frigido & denso protrusi, refracto & disultanti impetu resiliunt, & quia pulsu deorsum aguntur, & ob insitam levitatem in superiora contendunt, dum neutra pars vincit, quasi partita contentione, neque sursum, neque deorsum, sed oblique feruntur.*



    - 3. Distributio *in*
      - 1. *vel*
        - Regulares *qui ex certa & definita Mundi regione oriuntur. Suntque vel*
          - Indefiniti. *Vide σσ*
          - Stati. *Vide φφ.*
        - Erraticos *vide χχ.*
      - 2. Provinciales *Vide.* ψψ.
    - 4. Oppositio *& contrarietas. Vide ωω.*
  - Terræ viscera: *in quibus fit Terra motus, Vide ααα.*

Indefiniti



- αα. Indefiniti. *Horum notetur*
  - 1. λόγος: *Sunt enim indefiniti venti, qui non spirant ad certum temporis terminum.*
  - 2. Species *sunt vel*
    - 1. Principes: *horum notetur*
      - 1. λόγος: *Sunt enim qui à quatuor mundi cardinibus, ortu, occasu, septentrione, meridie spirant.*
      - 2. Nomen: *Dicuntur vulgo cardinales.*
      - 3. Species
        - 1. Subsolanus, *ἀπηλιώτης. Hujus notetur*
          - 1. Qualitas *est enim cum suis collateralibus* { Calidus, Siccus } *Moderatè*
          - 2. Effectum
            - 1. Omnium *est saluberrimus.*
            - 2. Serenitatem *affert.*
            - 3. Reddit *corpora expedita, mollia.*
            - 4. Animos *efficit alacres ad omnes actiones peragendas.*
          - 3. Terminus *à quo, seu principium, quod est ortus æquinoctialis.*
        - 2. Zephyrus *seu* Favonius *hujus notetur*
          - 1. Qualitas. *Est enim cum suis collateralibus.* { Frigidus. Humidus. }
          - 2. Effectum. *Est enim*
            - Nubilus.
            - Tempestuosus.
            - Fertilis.
            - Corporibus, *& animis minus salutaris.*
          - 3. Terminus *à quo, seu principium, quod est occasus æquinoctialis.*
        - 3. Aquilonis *notetur*
          - 1. Qualitas *est enim cum suis collateralibus* { Frigidus. Siccus. }
          - 2. Effectū.
            - 1. Grandines.
            - 2. Nives.
            - 3. Fulmina.
            - 4. Puritas *æris.*
            - 5. Veneni. } *amolitio.*
            - 6. Pestis. } *amolitio.*
            - 7. Corporum *Corroboratio.*
            - 8. Interdum, *nimia constipatio valetudini nocens.*
          - 3. Terminus *à quo seu principiū, quod est Septentrio.*
        - 4. Auster *νότος. Vide, ττ.*
    - 2. Principibus *adiuncti, Vide, υυ.*

ττ Auſtri *notetur*

- 1. Qualitas. *Eſt enim cum ſuis collateralibus.* Calidus. & Humidus.
- 2. Effectum. *Pluvia.*
- 3. Terminus *á quo, ſeu principium, quod eſt Meridies.*

υυ. Principibus *adiũcti. Horũ notetur*

- 1. λόγος: *Hi enim ſunt illi venti, qui ad latera principalium tanquam ſocij & comites adijciuntur.*
- 2. Nomen. *Dicuntur collaterales.*
- 3. Species
  - 1.
    - 1. Cæcias *ſeu* Helleſpontus, *ab ortu ſolſtitiali ſubſolano additus.*
    - 2. Eurus *ſeu* Vulturnus, *ab ortu brumali ſubſolano additus.*
  - 2.
    - 1. Caurus, *ſeu* Corus, *ſeu Olympias, Zephyro ab occaſu ſolſtitiali additus.*
    - 2. λίψ, *id eſt,* Affricus, *ab occaſu hyberno Zephyro additus.*
  - 3. Aparctiæ *additur verſus*
    - Ortum *Boreas.*
    - Occaſum *Cyrcius.*
  - 4. Auſtro *additur verſus*
    - Ortum *Euronotus.*
    - Occaſum *Libonotus.*

φφ Statorũ *ventorum notetur*

- 1. λόγος: *Stati enim venti ſunt, qui ſtatis & certis anni temporibus ſpirant.*
- 2. Nomen. *Anniverſarij dicuntur, quod ſingulis annis ad idem tempus redeant.*
- 3. Species
  - Eteſiæ, *qui ſunt venti aquilonares, qui circa caniculæ ortum quadraginta dies perflant, & intenſiſsimum Sirijardorem ſuaviſsimo ſuo flatu mirificè mitigant & leniunt.*
  - Ornithiæ. *ſeu Chelidoniæ. Hi ſunt vẽti ſeptentrionales, qui verno tempore, circa hirundinum adventum novem, vel, ut, Columella vult, triginta diebus ſpirant.*

Errati-

Digitized by Google


XX. Erraticorum notetur

1. λόγος: *Erratici enim venti sunt, qui non ex certa Mundi plaga oriuntur, sed usquam oberrare videntur.*

2. Distributio. *Sunt enim vel*

- 1. Cum igne: *ut* Prester. *hujus notetur.*
  - 1. λόγος: *Est enim prester halitus per antiperistasin, vel repercussu vel arietatione, ex parte ignem concipiens & inardescens, ac depressæ nubis specu erumpens, & proxima quæque non solum prosternens sed etiam comburens.*
  - 2. Differentia à fulmine
    - 1. Fulmē *plus habet flammæ, minus flatuū.* Prester *plus flatuū habet nimus flammæ.*
    - 2. Fulminis *Materia est subtilior.* Presteris *materia minus.*
    - 3. Fulmen *non gignitur nisi praeunte tonitruo..* Prester *contra.*
- 2. Sine igne & vel
  - Cū pluviis *hujus notetur*
    - 1. λόγος. *Sunt enim venti vehementissimi & impetuosissimi, qui è nube impulsa erumpētes cū imbribus vel grandinibus grassantur & omnia prosternunt.*
    - 2. Species: *ut, Exhydriæ.*
  - Sine pluvijs, *sunt*
    - 1. Ecnephias *hujus notetur*
      - 1. λόγος. *Est enim ventus repentinus & vehemens, qui è multis spirationibus densis & confertim acervatis collectus, & è nube violenter compressa lateque fracta exortus, magno impetu deorsum fertur, aerē semper obscurās.*
      - 2. σημείωσις. *Est maximarum tempestatum nuncius indubitatus.*
    - 2. Turbo. *Est ventus repentinus, qui effracta nube erumpens & in gyrum contortus obvia quaque corripit, sursum attollit & instar rotæ versat.*

Digitized by Google



ψψ. Provinciales. *Horum notetur*
- 1. λόγος. *Qui certis provinciis & regionibus sunt familiares.*
- 2. Species. *Sic enim*
  - 1. Cyrcius *Galliæ Narbonensi*
  - 2 Boreas *Thraciæ*
  - 3. Carbasus *Siciliæ*
  - 4. Iapyx *Calabriæ*
  - 5. Olympias *Monti Tharsaliæ*
  - } *est familiaris.*

ωω. Oppositio *ventorum & contrarietas*
- 1. Ex diametto oppositi *sunt* { Subsolanus. & Zephyrus.
- 2. Obliquè oppositi, *simul flantes sæpenumero. Quò autem sunt obliquiores, eò majores inter se pugnas & tempestates ciēt.*

ααα Terræmotus *Hujus notetur*
- 1. λόγος. *Est agitatio & concussio terræ, orta ex conflictu & impulsu spirituum & ventorum, cavitatibus terræ inclusorum ex obstructu meatibus et poris vi erumpere pugnantium.*
- 2. Generatio. *Fit ab halitu seu spiritu terræ visceribus incluso & foras exire contendente, cumque is viam, qua erumpat, non invenit, retro fertur, atq; in se revolvitur, & exitu frustra quæsito omnes angustias dimovet, dumque effringere claustra & convellere nititur, motum concitat.*
- 3. Tempora. *Tunc potissimum fiunt terræmotus crebri & magni, cum magna exhalationum copia terræ sinibus est inclusa; ut Cælo tranquillo & vere, ac autumno.*
- 4. Loca. *Regiones interius fungosa & concava.*
- 5 Species.
- 6. Duratio.
- 7. Signa.
- } *Vide* βββ.

Species

Tremor, *qui est agitatio terræ in latera navigii more, unde ruina existit ædificiorum.*

Pulsus, *qui est agitatio qua ex imo terra concutitur, & sursum deorsum iactatur spiritu rectâ ascendere conante.*

Hiatus, *cum terra ingenti hiatu dehiscit & absumptis oppidis aut ædificiis profunda apparet vorago.*

Species

1. Continua, *cum longo tempore absque aliqua intermissione terra concutitur & movetur, & durat plerumque ad dies quadraginta.*

2 Interpolata *quando non continuo terra quassatur, sed interdum à motu libera quiescit, qui tamen post aliquot dies redit.*

Duratio est vel

1. Magna *aeris tranquillitas. Tunc enim multa exhalatio in terræ sinu conclusa, nec in aerem evocata, terram propediem quassabit.*

2. Si interdiu *vel paulo post occasum Solis, sereno cælo appareat nubecula tenuis porrecta & longa, instar lineæ, quia cum cælum ventis & vaporibus, qui sunt nubis Materia vacet, nubecula admodum recta & tenuis relinquitur.*

3. Tumor *& commotio aquæ maris ventis silentibus: quæ fit ex magna spiritus copia confertim egredi tentante.*

4. Si *aqua in puteis ebulliat & ascendat & turbidior reddatur. Flatus enim ex imo subiens terram atque adeò aquam superpositam in sublime effert.*

Præcedentia

1. Aliquando *motu circumducta & in orbem versata terra locum commutat.*

2. Nonunquam *terra latè diffusa recedit, sorbetque profundis faucibus totas urbes & hiatum rursus claudit, nullo earum relicto vestigio.*

3. Non rarò *ignium seu flammarum fit eruptio: nova aquarum scaturigines, fontium, lacuum, fluminum exortus & contra desiccatio.*

4. Interdum *aquæ antea frigidæ, post terræ motum calidæ fluunt, & è contrario tepidæ frigidæ evadunt.*


5. Sæpissime *pestilentes Morbi sunt secuti, quia halitus venenati intus conclusi erumpunt. De his & aliis effectis vide Plinium cap.* 83. *usque ad c. put.* 113.

Subsequentia *seu effecta*

Signa *sunt vel*

ggg

Digitized by Google



- I. Perfectè mistorum notetur
  - 1. λόγος: *Corpus perfectè mixtum est, quod solida & constante elementorum concretione constat, & propterea diutius durat.*
  - 2. Distributio in
    - Inanimum ἄψυχον. *Hujus notetur*
      - λόγος. *Est enim corpus vitæ expers.*
      - 2. Species
        - Metalla *hujus notentur*
          - 1. λόγος. *Metallum est corpus perfectè mistum & inanimatum, ex sulphure & argento vivo mixtis & temperatis in terræ venis natū. Cum enim sulphur & argentum vivum in venis metallorum reperiatur, ex his pro temperamenti & mutuæ permistionis varietate metalla exoriri Chymiæ professores statuunt.*
          - 2. Materia
            - 1. Propinqua
              - Sulphur. *Est materia metallaris ex subtiliore exhalatione pingui & unctuosa, venis terræ inclusa, constans.*
              - Argentum vivum. *Est materia metallaris, constans ex vapore subtiliore aqueo, qui cum terra conglutinatur, & per calorem Sulphuris decoquitur.*
            - 2. Remota *est halitus in terra visceribus latens duplex*
              - Vnus aridus, *hoc est, magis terreus quā aqueus: ex hoc duriora fossilia, lapides nimirum concrescunt.*
              - Alter *humidus & glutinosus, hoc est magis aqueus, quàm terreus. Ex hoc metalla proprie sic dicta. Aristoteles. 3. Meteor. cap. 7.*
          - 3. Causa efficiens
            - Calor { Cœlestis / Elementaris } *qui attenuat, coquit temperat probéque miscet omnes materiæ partes.*
            - &
            - Frigus *quod massam calore ita temperatam, & ad hoc vel illud Metalli genus parparatā, condensat & concrescere facit.*
          - 4. Locus *Vide.* γγγ
          - 5. Forma *Vide.* δδδ.
          - 6. Distributio. εεε.
        - Lapides *Vide* θθθ
        - Terræ *preciosæ Vide* μμμ
    - Animatum ἔμψυχον *Vide.* ϱϱϱ


Locus

Digitized by Google

γγγ Locus
- 1. Generalis *seu communis, Gremium terræ.*
- 2. Specialis *seu proprius, Inter lapides ideoque magis in montibus, quam in planitie; propter soliditatem enim retinent calorem melius: In planitie autem calor propter terræ molliciem facile difflatur.*

δδδ. Forma *Metallorum non est vna sed differens specific. hoc est: differũt metalla inter se formis incommunicabilibus. Quia*
- 1. Quælibet *species suam habet essentiam & eam perfectam.*
- 2. Quælibet *species habet suam definitionem.*
- 3. Suos *colores.*
- 4. Suas *vires.*
- 5. Suos *usus. Scaliger.*

ιιι. Distributio *in*
- Pura, *in quibus facta est decoctio magis exquisita, ut.*
  - Auri *notetur*
    - 1. λόγος: *Aurum est Metallum purissimum, ex argẽto vivo, puro, fixo, rubeo & clarissimo; purissimo pariter sulphure rubeo non adurente, optimè inter se temperatis genitum.*
    - 2. Adiũcta. *Est enim metallorũ*
      - 1. Mollissimum.
      - 2. Tenuissimum.
      - 3. Pinguedine *carens.*
      - 4. Gravissimum.
      - 5. Præstãtis *suavitate*
        - Saporis.
        - Odoris.
    - 3. πόιησις *artificialis. Hæc statuitur*
      - 1. Difficilis *quidem admodum; teste experientia, ob ignorantiã naturæ,*
      - 2. Attamẽ possibilis: *siquidem cum ars æmula & imitatrix sit naturæ, non video cur Naturã in efformando vero auro imitari non possit, inquit Iohannes Magirus, Medicinæ Doctor & philosophiæ peripateticæ professor doctissimus.*
  - Argentum *est metallum purũ, ex argento vivo claro albicante, & ex sulphure ferè fixo, puro, genitum.*
- Impura. *Vide.* ζζζ.



ζζζ. Impura, *horum notetur*

1. λόγ☉: *Impura Metalla sunt, quæ ex impuriore sulphure & mercurio cōstant.*

2 Distinctio

1. Quædā *plus humoris vel Mercurij habent ut sunt*

Plumbum. *Hujus notetur*

1. λόγ☉. *Est enim plumbū Metallum è plurimo crasso, & minus puro argento vivo, & pauciore fæculento & adurente sulphure procreatum.*

2. Distinctio *ratione*

1. Materiæ *qua cōstat*

2. Caloris *quo coquitur*

est vel

Nigrum. *Plumbum nigrum est, quod ex impuriore argento vivo cōstat, minus est elaboratum, & propterea vilioris quoque pretij.*

Candidum. *Plumbū candidum vel album est, quod plenius percoctum aliquanto puriore constat Materiâ.*

Stannum *est metallum album, ex multo, neque ita puro argento vivo, extrinsecus albo, intrinsecus autem rubeo, & ex sulphure impuro non benè digesto genitum.*

2. Quædam *plus terræ vel sulphuris: ut,*

Æs: *hujus notetur*

1. λόγ☉. *Aes est metallum impurum, ex plurimo sulphure rubeo & crasso, pauco argento vivo impuriore genitum.*

2. Species, *quæ est æs cyprium, quod copiosé nascitur in Insula cypro, unde cuprum dicitur.*

Ferrum. *Hujus notetur*

1. λόγ☉: *Est Metallum impurum, ex plurimo sulphure crudo, terrestri & adurente, modicoq; argento vivo, similiter impuro genitum.*

2. Proprietates.


1. Est *quidem durissimum.*

2. Attamen *assiduo usu conteritur: quia ad ejus generationem minus argenti vivi, seu humoris: plus verò sulphuris terrestris concurrit.*

Orichalcum. *Vide.* ***.

Orichal-

Digitized by Google



- ××× Orichalci notetur
  - 1. λόγος: *Est æs factitium, & per colatum colore auri, sed magis flavescente.*
  - 2. Adiuncta
    - 1. Olim *nativum* / 2. *Ære nobilius* — *fuisse testatur Plinius lib.* 34. *Cap.* 2.
    - 3. Nunc *nativum nullum est.*
    - 4. A multis *ex Metallorum censu excluditur.*
- θθθ Lapides. *Horum notetur*
  - 1. λόγος: *Sunt enim corpora perfectè mista, ἄψυχα, dura, ex sicca terrestri exhalatione, unctuositate quadam aquosa per mixta, per temporis diuturnitatem, vi caloris & frigoris, atque virtute minerali, conglutinata.*
  - 2. Distributio. *Sunt enim lapides vel*
    - vulgares, *qui ex crassiore & impuriore materia congelascunt. Suntque vel*
      - Porosi: *horum notetur*
        - 1. λόγος. *Sunt enim qui ex Materia non valde compacta constant, ideoque partes habent raras.*
        - 2. Species
          - ToPhus: *hujus notetur*
            - 1. λόγος: *Est enim lapis rarior, facile friabilis, asper & haud æquus.*
            - 2. Adiunctum
              - Calidus *est Cardano.*
              - Non calidus *Scaligero, ita scribenti cõtra Cardanum. Tophum calidum esse, quis tibi dixit? Nam neque gustu neque tactu, neq; Medica experientia id vel inventum vel repertum est. Exercit.* 57.
          - Pumex *est lapis rarus & cavernosus, seu spongiæ modo fistulosus, ad lævigandum accommodatus: Cujus tres sunt modi apud Scaligerũ exerc:* 113.
      - Solidi. *Vide.* ııı.
    - Preciosi. *Vide.* ×××.

unn Pretiosi hujus notetur

- λόγ☉. *Sunt enim qui ex subtiliore & tenuiore materia, singulari cœli influxu congelascunt.*
- 2. **Species nominata: Gemma. Hujus notetur**
  - 1. λόγ☉: *Gemma est lapis pretiosus cum Materiæ subtilitate & elegantia speciosus, viribus insignis & nobilis.*
  - 3. **Species quæ sunt vel**
    - 1. **Nobilissimæ quarum individua sunt**
      - 1. **Adamas hujus notetur**
        - λόγος *Est enim gemma translucida, colore ferro candenti non absimilis inenarrabilis duritiej & precij.*
        - 2. Locus nascitur vel
          - Extra aurum ut
            - Indicus, *instar nucis avellanæ.*
            - Arabicus *illo minor.*
          - In auro ue
            - 1. Adamas *Cenchros dictus, instar grani milij.*
            - 2. Macedonicus, *cucumeris semen æquans.*
            - 3. Cypricus, *ærei coloris.*
            - 4. Siderites, *ferreo colore fulgens: hi duo posteriores degeneres habentur.*
        - 3 Adiuncta *durities, quæ tanta est, ut ne mallei quidem ferrei ictibus cedat neque ignibus atteratur, sed solo hircino sanguine frangatur, maxime si aliquot ante dies hircus petroselino & silere montano & vino sit educatus cujus rationem se nescire ipse Scaliger fatetur* exercit. 344.
      - 2 Sapphirus.
      - 3 Smaragdus
      - 4 Hyacinthus.
      - 5 Amethystus.
      - 6 Carbunculus.
      - 7 Chalcedonius
      - 8 Rubinus.
      - 9 Chrysolithus,
      - 10 Asterites.
      - 11 Achates
      - 12 Sardius.
      - 13 Iaspis.
      - 14 Onyx.
      - 15 Turcois
      - *Vide.* λλλ
    - 2. **Minus nobiles Vide.** μμμ

pp Minus Nobiles sunt

1.Chryſtallus, *eſt lapis pellucidus, candidus, ex glacie gelu vehementiore concretus & ut plurimum ſub terra generatus, ubi hyberna nives rigent, ut in cautibus alpium.*

2.Corallium *eſt lapis ramoſus ex planta maris aere indurata genitus. Eſtque Album, nigrum, rubeum. hoc praſtantiſsimum.*

3. Gagates *vel* ſuccinum *eſt lapis è liquido bitumine, è littoribus in mare defluente, & rigore condenſato genitus procellisque in littus provolutus. Candidũ reliquis anteſtat.*

4. Hæmatites *eſt lapis cujus color externus eſt ſanguineus internus ferrugineus, tanta duritie, ut vix limam ſentiat. Dicitur ſanguinem ſiſtere.*

5.Magnes *ſeu* ſiderites *eſt lapis colore ad caruleum vergente praditus, ferrum naturali facultate attrahens.*

HIS ACCENSENTVR:

6.Chelidonius, *qui eſt lapillus exiguus in pullorum hirundinum ventriculo inventus, colore fuſco ex nigro aut ſubrufo permiſto.*

7.Alectorius *eſt lapis Criſtallo obſcurior, in ventriculo capi anno atatis 9 & 5 generatus, magnitudine fabæ.*

8 Aetites *eſt lapis cortice duro, ſcabro & minime levi, in Aquilæ nido invẽtus.*

9Borax, *aliâs* Chelonites *vel* Bufonius *eſt lapis in capite bufonis ſenis & magni repertus.*

10Quadrus *eſt lapis in Cerebro vulturis.*

11Quiris *eſt lapis in nido upupæ.*

12Saurites *eſt lapis in ventre Sauræ vel lacerti.*

13Limaceus *eſt lapis in capite limacis, quæ cortice non tegitur generatus.*

14Gemma *percarum eſt lapis in perca, piſce parvo, ſed magnum caput habente reperta.*

15Carpionis *lapis in hujus piſcis faucibus reperitur.*

16Oculi cancrorum *ſunt lapides bini candidi in oculis cancrorum præſertim fæmellarum inventi.*

17Margarita *eſt lapis è conchyliis marinis natus, corticibus rotundis conſtans.*

Digitized by Google

ppp Terræ preciosæ seu succi: horum notetur

1. λόγος. *Sunt lentescentes & media Natura inter Metalla & lapides.*

2 Adjuncta *friabilitas. Possunt enim ferè imminutissimas partes & pulverem redigi.*

1. Distributio horum corporum in

Liquida *quæ liquari possunt. Hujus generis sunt succi quidam concreti: ut*

- Sal *Vide.* ξξ
- Alumen. *Vide.* ooo
- Bitumen *Vide* πππ
- Vitriolum *hujus notetur*
  - 1. λόγος *Est succus concretus, perspicuitatem vitream obtinens.*
  - 2. Nomen *latinum: dicitur Atramentum sutorium. Etiam Chalcãthum.*
  - 3. Locus & modus generationis. *Nascitur aut in*
    - Terræ *venis.*
    - Saxorum *commissuris*
    - Dum *ex ijs guttatim destillat.*
    - Dum *ex ijs stiriarum instar dependet.*
    - In *canalium fundum incidit.*

Non liquida, *molliora, tamen quam ut lapidescant: ut*


- Auripigmentum *seu Arsenicum est succus concretus, lutei coloris inpicturis aureum colorem referens calidum & siccum in 4. gradu & venenum præsentissimum. Scaliger.*
- Sandaracha *est terra rufa cinnabaris colore, nonnihil ad luteum vergens, in Metallicis venis plerumque cum auripigmento nascens, redolens sulphuris virus.*
- Calx *est terra siccior lapide cocta, quæ postquam arserit aqua incẽditur, oleo extinguitur. Dicitur viva, quod intus occultũ ignẽ cõtineat*
- Gypsum *est terra candida, tenax & levis, calci cognata, sed non ita calida, quæ ex summa tellure effoditur. Factitium é quodam lapide fit, in laminas scissile, eoque tectoria parietibus inducuntur.*
- Creta *est terra tenax albissima in Insula creta fossilis.*
- Ochra *est terra levissima & lutea. è qua exusta in ollis novis luto circunlitis fit rubrica fabrilis, quæ dicitur Rötelstein, quæ tamen etiam est nativa.*
- Argilla *est terra pinguis & lentâ è qua fiunt figulina vasa.*
- Terra sigillata *vel Lemnia est portio terræ valde rubens, in Insula Lemno & effossa & Dianæ sacerdotis sigillo obsignata. Effoditur hodie etiam in Silesia & Hassia terra lemnia non deterior & venenis resistit.*
- Terra Armenia *est portio terræ in Armenia effossa colore pallido egregie siccãs.*

Digitized by Google

§§§ Sal hujus notetur

1. λόγος. *Est corpus metallicum, friabile, ex succo humido aqueo, & crasso terreo, mixtis & decoctis genitum.*
2. Efficacia *seu* potestas. *Habet vim*
   1. Abstergendi.
   2. Expurgandi.
   3. Astringendi
   4. Dissipandi.
   5. Attenuandi.
3. Distributio. *Sal est vel*
   - Naturalis *seu fossilis reperitur vel*
     - In terra *usque aut* In montibus *caditur* E campis *effoditur arenis, quibus tegitur, remotis.* *Estque vel*
       - Sal Ammoniacus: *hujus notetur*
         1. λόγος. *Est sal fossilis, amarissimus, sub arena ardētissima in Cyrenaica ortus.*
         2. Nomen alterum. *Dicitur Cyrenaicus.*
       - sal gemmæ *est sal fossilis, è fodinis erutus, crystalli in morem translucens, & candidus.*
       - Sal nitri, *seu petrosum est, quod ex coagulato humore in locis subterraneis humidis instar stiriæ salsæ dependet aut instar frigoris congelati in parietibus nitet. Hodie etiam arte intrum colligitur.*
       - Sal Indicus *est sal quadantenus nigricans vel subrufus, in India ex mōte Oremēo excisus.*
     - Extra terram, *effossus ex aquis & dicitur vel*
       - Fontalis, *quando fontes, rivuli, calore solis exiccati in salem convertuntur.*
       - Fluvialis, *quando fluvius aliquis ramenta fert, quæ in salem densantur.*
       - Stagnalis *à stagnis, quæ sale æstuant.*
       - Marinus, *quando in extremis littoribus tenuis quidam sal gignitur.*
   - Artificialis, *seu* factitius. *seu* coctus. *Hujus notetur*
     1. λόγος: *Est qui fit ex aquis vel marinis, fluvialibus, lacustribus, salsis, fontanis, puteanis, vel etiam ex muria nativa fontium.*
     2. Loca.
        - Hallæ *Saxoniæ.*
        - Salinæ
          - Thuringiæ
          - Hassiæ


Alumen.



- ooo Alumē: *hujus notetur*
  - 1. λόγ☉: *Est salsugo, vel salsus sudor terræ, ex aqua limoq; cōcrescens. Plinius.*
  - 2. Distributio. *Est vel*
    - Candidum & vel
      - Liquidum, *molle, pingue & limpidum existens, cui immersa charta etiam pessima, & siccata atramentum retinet ne perfluat. Dicitur Roche & Rubrum.*
      - Spissū vel *est*
        - Rotundum, *quod formam habet saccari.*
        - Scissile, *quod in capillamenta quadam canescentia dehiscens videtur.*
    - Nigrum, *quod in Cypro invenitur, quo purgatur aurum.*
- πππ Bitumen. *hujus notetur*
  - 1. λόγ☉: *Est enim succus terræ, lentus, tenax, pici similis, facillime ignem concipiens.*
  - 2. Distributio *Est vel*
    - Durum: *hujus notetur*
      - 1. λόγ☉. *Est enim fortius concretum & tenax, instar terreæ glebæ & carbonum.*
      - 2. Species
        - Asphaltus *est bitumen nigricans, pici simile, sed durius & magis in spissatum, splendidius & minus malè olens. Nascitur in tota regione Babylonica & Asphaltite lacu. Plinius.*
        - Pissasphaltus *est bitumen quodammodo nigricans terrenæ concretionis.*
        - Succinum *est bitumen & pinguedo terræ ex maris æstu colore vel flavo vel pellucidore, vel candido & obscuro. Candidum autem est preciosissimum.*
    - Liquidum: *hujus notetur*
      - 1. λόγ☉: *Est quod ut oleosus liquor diffluit.*
      - 2. Species
        - Naptha *hujus notetur*
          - 1. λόγ☉: *Est bitumē liquidum, olei lentore & crassitie, tantam vim ignis habens, ut ignes ex longinquo ad se trahat & inflammetur, nec ab aqua infusa restingui possit, sed ab ea magis per antiperistasin accendatur.*
          - 2. Nomen. *Dicitur petroleum, quasi dicas Naphta petrea, cum è petris profluit.*
        - Ambra *hujus notetur*
          - 1. λόγ☉. *Est bitumen fragrantissimum ut cum preciosissimis conferatur mercibus.*
          - 2. Nomen. *Dicitur Arabica.*
          - 3. Locus. *Nascitur circa Sichrim, Arabiæ felicis oppidum.*

Corpus

Digitized by Google



sss Corpus ἐμψυχον seu animatum hujus notetur

- 1. λόγος. *Est corpus perfectè mistum, anima & vita praditum.*
- 2. Partes
  - Corpus *externum.*
  - Anima *vitam suppeditans.*
- Distributio. *Corpus animatum est vel*
  - *Ἀναίσθητον, sensus expers: ut, plāta vel stirps. Hujus notetur*
    - 1. λόγος: *Est enim planta vel stirps corpus perfectè mistum, vigente anima tantum praditum.*
    - 2. Effecta *seu* ἐνέργειαι:
      - 1. E terra nasci.
      - 2. Vivere.
      - 3. Virere.
      - 4. Ali.
      - 5. Augeri.
    - 3. Instrumentum *ad vitam & cōservationē sui est, Calor in humido tanquam materia harens tum*
      - Nativus
      - Adventitius
      - Moderatus *seu legitimè temperatus, quem stirpes ex terra cui inharent, per radices attrahunt.*
    - 4. Ariditas *seu corruptio. Ea est vel*
      - Totalis *qua totam aliquam plantam infestat. Estque vel*
        - Naturalis, *hujus notetur*
          - 1. λόγος: *Ea fit, quando plāta sicciores reddūtur ob calorem internū, progressu temporis humidū absumentem.*
          - 2. Adiuncta *vel*
            - Diuturnitas. *&c.*
            - Brevitas. *&c.*
        - Præternaturalis, *seu violenta. Ea contingit vel*
          - κατὰ σβέσιν. *Vide.* σσσ.
          - κατὰ μάρανσιν. *Vide.* τττ.
      - Partialis. *Vide.* υυυ.
    - 5. Species. *Vide.* φφφ.
    - 6. Affectiones *quadam. Vide.* αααα
    - 7. Partes. *Vide.* δδδδ
    - 8. *Summa genera. Vide.* ζζζζ
  - *Αἰσθητικόν, sentiens. Vide.* nnnn

Digitized by Google

σσσ. Corruptionis κα[τ]ὰ σβέσιν notetur

1. λόγος: *Ea enim est, quando nimio frigore planta perit.*

2. Modus. *Frigus enim in profundum subiens, tepidum vaporem seu calorem à radicibus influentem arcet, longiusque actum enecat, quo extincto, planta pabulo destituta tabescat.*

3. Tempus, *Non fit, nisi cum summa frigoris est immanitas. Tum enim ipsas etiam radices invadit, quæ aliâs terrâ operta, plerumque ab eius iniuria sunt immunes.*

τττ Corruptionis κα[τ]ὰ μαράνσιν: notetur

1. λόγος. *Est quando æstus plantas veluti torret, & humidum, caloris scilicet subiectum & pabulum exhaurit, attenuando illud & resolvendo: & ita cum humido exspirat etiam calor, ab æstu evocatus.*

2. Tempus *duplex*
- Vnum, *quando germinaturiunt, quia tunc sunt laxiores.*
- Alterum *post fructificationem, quando omni succo exhaustæ & debilitatæ sunt.*

υυυ Corruptionis *partialis notetur*

1. λόγος: *Est enim ea cum alicuius partis calor nativus vel à frigore, vel ab æstu, vel etiam vulnere extinguitur, quam sequitur mortificatio.*

Nomen *latinum. Dicitur sideratio.*

φφφ Species *plantarum. Aliæ enim*

- Nascuntur *sponte. Ideque ex semine vel*
  - Manifesto. *Ex quo aliæ*
    - Vnam *tantum ortus rationem habet: ut in herbaceo genere pleræque quæ solo semine feruntur. Harum notetur. Vide.* χχχ.
    - Pluribus *modis propagantur. ut sunt*
      - Olea.
      - Ficus.
      - Cerasus.
  - Obscuro *& incognito. Vide.* ψψψ.
- Arte *& industria hominum propagantur. Vide,* ωωω.

Harum

XXX. Harum *notetur*

- 1. Modus *Semen in terram humidam incidens emollitur, & calore tum naturali tum cælesti fovetur, & intumescens propter humorem illi á terra influentem rumpitur, eaque parte, qua iam ruptum est germen enascitur molle quidem & tenue principio, tamen postea firmius & crassius redditur: cum pars una aerea naturæ particeps, sursum ascendit, altera verò, quia terrestris & crassa in terris residens coalescit. Ita ergo plantæ ex semine oriuntur, quem ortum deinceps terræ humor fovet, calore decoctus & ab interna ipsarum natura attractus & quæ succo plus affluunt, earum quoque incrementum & majus est, & celerius: quæ tamen in crementi varietas potius ex forma dependet.*
- 2. Tempus. *Quædam oriuntur*
  - 1. Intra *dies ternos: ut,*
    - Ocymum.
    - Rapa.
  - 2. Quarto *die: ut, lactuca.*
  - 3. Quinto: *ut Cucurbita.*
  - 4. Sexto: *ut, Beta.*
  - 5. Octavo: *ut, Atriplex.*
  - 6. Decimo. *ut Brassica.*
  - Vigesimo: *ut, Porrum.*
  - 8. Quadragesimo: *vel* 9. Quinquagesimo: *ut. Apium.*
  - 10. *Vix intra* annum: *ut,*
    - *Peonia.*
    - *Mandragora.*
- 3. Causæ diversitatis *oriendi*
  - 1. Vis *formæ.*
  - 2. Vis *insiti caloris earum, vel imbecillitas.*
  - 3. Seminum *vel*
    - 1.
      - Mollites.
      - Durities.
    - 2.
      - Raritas.
      - Densitas.

Digitized by Google

ψψψ Obscuro & *in cognito semine orientium notetur*

1. Observatio, *á Theophrasto profecta.*

2. Causa

1. Ea *est Theophrasto authore, certa quædam terræ & aquæ putrescentis permistio, quæ deinde calore, tum* Solis, *tum proprio in ista Materia conservato, apta redditur generationi spontanearum plantarum. Ut enim calor alienus putredinis est causa: ita novarum formarum in res, quæ putruere, inductionem facit Solis omniumque astrorum calor beneficus qui in spontanea generatione rerum putrem materiam, coctione separationeque inutilis ab utili præparat, & stirpium inducit formam.*

2. Aer *terraque sui proprietate, ortus qui sponte fit, plantarum sunt etiam causæ, si quidem pro earum vario in substantia, qualitatibusq; primis ac secundis statu varias mutationes ac generationes rerum fieri certum est.*

3. Quin *etiam planta sæpe ex duro prodit lapide: aer siquidem lapidi inclusus nititur ascendere: sed cum non inveniat exitum reflectitur, & ex sui agitatione calefit, & humorem, qui est in lapide, reliquum trahit sursum exitque vapor cũ humore illo et ex illo vapore & humore è lapide educto generatur planta, concurrente vi caloris solaris.*

ωωω Arte & *industria hominum propagantur varie: nimirũ*

1. Radice, *in terram depressa: ut* { Glycyrhyza. / Lilium.

2. Stolone *sive surculo*

- Terræ *infixo ut* { Rosa / Salix / Vitis / Morus } *Dicitur speciatim propagatio.*
- Plantæ *trunco videlicet intrusione surculi inter lignũ & corticem: ut,* { Pomus / Pyrus } *Dicitur insitio* ἐμφύτευσις

3. Cum *(quod rarum tamen) folium terræ infossũ germinat in novam prolem: ut folium* { Ficus *Indiæ* / Opontiæ.

Stir-


aaaa Stirpium affectiones sumuntur vel à

- 1. Natali *solo. Ratione natalis soli plantæ sunt vel*
  - 1
    - Terrestes, *quarum locus naturalis est Terra Sutque vel*
      - Vrbanæ *& mites, domestica dicta, quæ in hortis nascuntur.*
      - Agrestes *quæ nascũtur vel in*
        - Montibus
        - Vallibus
        - Sylvis
    - Aquatiles, *quarum ortus est vel in aquis vel*
      - Majoribus: *ut Mari.*
      - Minoribus *& vel in*
        - Fontibus.
        - Mollioribus *rivis.*
        - Stagnãti *aqua.*
  - 2. Quædam *delectantur loco*
    - Calido.
    - Frigido.
    - Aprico.
    - Vmbroso.
    - Saxis.
    - Arena.
- 2. Varietate *in germinatione. Hic spectatur*
  - 1. Tempus *germina proferendi. Hoc autem est ver, quo iusta humoris copia hyeme collecta, ipseque etiam innatus calor, vi externi caloris excitatur, atque plantarum cutis corporisque universi patefacti tã sunt meatus, forasque succus educitur.*
  - 2
    - Celeritas *incultæ celerius cultis proferunt germina.*
    - Tarditas. *Cultæ serius incultis germinant.*
- 3. Fecũditate *stirpium aliæ sunt*
  - Fæcundæ *ut succosæ & calidæ Et fructificant*
    - 1. vel
      - Semel *in tota vita.*
      - Sæpius *& vel*
        - Semel *tantum in anno.*
        - Bis *in anno.*
        - Ter *in anno.*
    - 2. vel
      - Continenter: *ut ficus propter caloris & humoris pinguis abundantiam.*
      - Alternis *annis ut*
        - Mali
        - Pyri

        Profusissimæ enim hæ arbores sunt, tantumque alimenti anno uno in fructuum generatione absumunt ut ad inopiam redactas steriles sequẽti anno esse necesse sit.
  - Infecũde
- 4 Substantiæ *proprietate. Vide ββββ.*
- 5 Qualitatibus. *Vide γγγγ*

Mm Sub

Digitized by Google



ββββ. Substantiæ plantarum proprietas spectatur in earum effectis in res

- Animatas quæ sunt vel
  - Stirpes, in quas exercent vel
    - Amicitias: *ita fico ruta est amica.*
    - Inimicitias: *sic olea quercũ aversatur: brassica vitem & rutam, filix arundinem.*
  - Animalia *ubi intercedunt plantis amicitiæ vel inimicitiæ aut cum*
    - Solo homine *ejusque corpore vel*
      - Vniverso
      - Certis partibus corporis
      - *De qua re Medici.*
    - Reliquis *etiam animalibus. Sic*
      - Serpenti
        - Amicus *est fæniculus*
        - Inimica *ruta, fraxinus.*
      - Scorpioni *infestum est Aconitũ, amicum album veratrum quo ad moto reviviscit & ocymũ in quo & ex quo nasci observatur &c.*
- Inanimatas: *sic visci & æthiopidis vi claustra omnia recludi scriptitant: Hybisci radix & portulacæ ac Mercurialis succus, nostri temporis experimento, vim ignis eludunt. &c.*

γγγγ Pro coalitu & *contemperatione qualitatum Elementarium, quatuor sunt gradus in plantis. Quædam enim sunt*


- Calidæ
  - Primo
  - Secundo
  - Tertio
  - Quarto
  - *gradu.*
- Frigidæ
  - Primo
  - Secundo
  - Tertio
  - Quarto
  - *gradu*
- Humidæ
  - Primo
  - Secundo
  - Tertio
  - Quarto
  - *gradu.*
- Siccæ
  - Primo
  - Secundo
  - Tertio
  - Quarto
  - *gradu*

Partes

Digitized by Google

A A A. Partes *plantarum sunt vel*

- Principales: *harum notetur*
  - λόγος. *Ea sunt quibus anima vegetans nutritionem præcipue perficit, earumque vitam conservat.*
  - 2. Distributio *sunt vel*
    - Similares *eiusdem substantiæ. Suntque vel*
      - Liquidæ: *ut*
        - Succus *est pars liquida, in ipsis stirpium substantiis diffusa; quæ quasi sanguis earum conservat vitam.*
        - Lacrymæ *sunt humores, qui ex plätis sua sponte exudant, vel solo calore educti vel copia expressi, vel ab ipsis plantis, aliqua occasione dehiscentibus expulsi.*
        - *Suntq; vel*
          - Aqueæ, *ut quæ in gummi concrescunt.*
          - Piceæ, *quæ in resinam coëunt.*
      - Solidæ: *ut.*
        - Caro *est crassior stirpis substantia, constans ex humore concreto musculis animalium respondens.*
        - Fibræ *sunt partes prælongæ continuæ fissiles, quæ eodem modo in plantam vniversam feruntur, quo venæ & nervi in animalibus, quorum exemplo hæ quoque in plantis, aliæ venæ, aliæ nervi appellantur. Venæ quidem majores ac succulentiores fibræ: Nervi autem tenuiores & ficciores.*
    - Dissimilares *harum notetur*
      - 1. λόγος. *Sunt quæ ex similaribus constant.*
      - 2. Distributio *in*
        - Perennes *quæ sunt*
          - Radix, *quæ est ima pars plantæ, quæ quasi os in terra defixa, congruens alimentum attrahit & partibus omnibus suppeditat.*
          - Caulis *seu* caudex *vel etiam* truncus *&* stipes *est pars plantæ, quæ à radice proximè supra terram assurgit inquam tanquam in venam cavam alimentum ex radice primum ascendit, & plenius concoctum ad reliquas partes defertur.*
          - Matrix *seu* medulla *sive* καρδία *est pars plantæ interna in medio stirpis latitans constans ex carne & humore.*
          - Rami *sunt partes plantæ, quæ tanquam brachia à caule vel caudice in multitudinem diffunduntur.*
        - Anniversarias *quæ annuatim renascuntur. Sunt*
          - Surculus, *qui est pars quæ ex ramis simplex annuatim oritur.*
          - Flos *est qui ex surculo pendet.*
          - Fructus *qui ex flore surculi existit.*
- Minus principales. *Vide, ****.*



Minus principalis sunt
- Cortex, *qui est veluti tũica quædã, ex fibris contexta, qua planta ob ducitur. Dicitur vel*
  - Cutis *cum tenuior* — *fuerit*
  - Cortex, *cum crassior* — *fuerit*
- Folia, *quæ sunt quasi excrementum plantarum humore constantia sibi ūque.*


££££ Summa genera. *Plantarum aliæ sunt*
- Perfectæ, *quæ primas & maximas plantarum partes, superficiem nimirum & radicem evidenter habent. Hæ pro superficie naturâ vel*
  - Caulem habent *eumque vel*
    - Perennem. *Eumque vel*
      - Simplicem *quæ sunt inter plantas maxima & crassissimæ: ut, Arbores Harum spectetur*
        - 1. λόγος. *Est enim arbor planta lignosa, dissolutu contumax, crassitudine & altitudine inter omnes maxima, cui caudex pro superficie est perennis & natura simplex.*
        - 2. Distributio. *Habet enim hæc caudicem vel*
          - Firmiorem: *ut*
            - Pomus.
            - Cerasus.
            - Pyrus.
            - Quercus.
            - *&c.*
          - Infirmiorē: *ut, vitis, & siq̃ sunt alia genera quæ adhærescũt, et aliorum amplexu vivunt.*
      - *Quibus caulis est multiplex, eundē habēt vel*
        - Tenuē *ut sunt inter plãtas lignosas minima: ut, Suffrutex seu Cremium: quod est stirps, minimæ inter lignosas altitudinis & crassitudinis, caudice perēni multiplici & sarmen taceo: ut,*
          - Rosa
          - Salvia.
          - Althæa.
        - Crassum, *ut sunt inter stirpes mediocres, ideoq; facile in arborũ naturam, stolonum abscissione transeunt: ut, Frutices. Est autem Frutex stirps inter lignosas altitudine et crassitudine mediocris, cui pro superficie est caudex perennis, natura multiplex & crassus: ut*
          - Avellana.
          - Sambucus.
    - Nō perēnem *ut omne herbarum genus. Est autem herba stirps minor, cujus superficies ex caule sed non perenni, verum annuo, & ligno ex parte constat. Huc pertinēt*
      - Fruges — *quæ sunt herbæ esui apta.*
      - Olera — *quæ sunt herbæ esui apta.*
  - Caulem non habent.
- Imperfectæ. *Harũ spectatur*
  - λόγος: *Sunt quæ vel superficie vel radice carēt: vel quibus hæc obscurissimè vel prorsus vere nō insũt.*
  - 2. Species
    - Tubera, *quorũ tota substãtia est radix.*
    - Fungi, *in quibus, una superficies spectatur.*
    - Viscum — *quorum manifesta non est radix.*
    - Cassutha — *quorum manifesta non est radix.*
    - Epithymum — *quorum manifesta non est radix.*

Αἰσθητικὸ

Digitized by Google

nnn. Αἰσθητικὸν seu sentiens. *Hujus notetur*

- 1. λόγος. *Est enim corpus animatum sensu præditum.*
- 2. Distributio *in*
  - Partes. *Partis notetur*
    - 1. λόγος: *Pars corporis animati est omne id, in quod idem corpus divisum, totum vel benèesse nequit.*
    - 2. Distributio. *Partes aliæ sunt*
      - Contentæ. *Harum observetur*
        - 1. λόγος: *Sunt, quæ cum Naturam habeant fluentem, & non cohærentem, aliarum adminiculo sustentantur.*
        - 2. Distributio *in*
          - Humores. *Humoris notetur*
            - 1 λόγος: *Est enim humor pars corporis liquida & fluida, in spaciis corporis animati contenta, & ad ejusdem conservationem faciens.*
            - 2. Distributio *in*
              - Insitum: *hujus notetur*
                - 1. λόγος: *Insitus est toti massæ corporis* σύμφυτος *& congenitus, à semine & sanguine mēstruo ortus, qui corpori ab ipsa conformatione inest.*
                - 2. Nomen. *Dicitur*
                  - Radicalis.
                  - Primigenius.
                - 3 Adiuncta *Est enim*
                  - 1. Pinguis.
                  - 2. Aereus.
                  - 3. Oleosus.
                  - 4. Cui *immediatè calor nativus non aliter, quam flamma candelæ, eoque simili modo cōservatur.*
                  - 5. Reficitur *indies ex alimēto.*
              - Aquisitũ, *qui insiti reparandi causa, ab alimentorum utiliore parte proficiscitur. Estque vel*
                - Primarius. *Vide.* θθθθ.
                - Secũdarius *Vide.* νννν.
          - Spiritus. *Vide.* μμμμ.
      - Continentes. *Vide.* ξξξξ.
  - Species. *Est enim*
    - Animal. *Est corpus animatum, sentiens & loco sese movens.*
    - Ζωόφυτον. *Vide.* 69



θθθθ. Primarij notetur

- 1. λόγος: *Est qui immediatè ex alimentis in epate percoctis, progignitur. Chylus igitur non est humor primarius.*
- 2. Distributio in
  - **Vtiles** *ad nutritionem maximè facientes: ut sunt*
    - **Sanguis.** *Sanguinis notetur*
      - 1. λόγος. *Est enim humor calidus, temperatus, dulcis, rubicundus, in venis Mesaraicis præparatus, & in hepate, ex partibus chyli temperatioribus, pinguioribus & aëreis confectus.*
      - Effectum. *Solus nutrit omnes animalis partes quia*
        - 1. Quo *constamus: eodem nutrimur. At sanguine puro constamus facti in utero. Ergò.*
        - 2. Hic *solus humor pervasa in totum corpus distribuitur, & ad omnes partes accedit.*
        - 3. Solus *dulcis est & ad nutriendum aptus: reliqui sunt vel amari vel acidi.*
        - 4. Quia *hic solus fibrarum beneficio concrescere & corpori assimilari potest.*
      - 3. Locus. *Vena.*
    - **Pituita.** *Pituita notetur*
      - 1. λόγος. *Est humor frigidus, humidus, albus & insipidus, ex frigidiore portione Chyli in epate genitus, ut temporis progressu, coctione majore, sanguis efficiatur, & corpus nutrire possit.*
      - 2. Locus *seu* receptaculum. *Humori natura nullum, quod eam expurget condidit: si quidem humor hic, non utique vacuari, sed in corpore manens alterari postulat.*
  - **Excremētitios.** *Excrementitiorum humorum notetur*
    - 1. λόγος. *Sunt qui alendo corpori sunt inutiles, ideoque à Natura expurgantur.*
    - 2. Modus *generationis Fiūt vel*
      - 1. In secunda *coctione una cum sanguine in hepate, & secernuntur ut sunt*
        - Bilis
          - Flava. *Bilis flava notetur*
            - 1. λόγος. *Bilis flava, seu cholera, est humor excrementitius, calidus & siccus, amarus, ex tenuioribus & calidioribus chyli partibus procreatus, & in vesica fellea collectus.*
            - 2. Officium. *Influit hic humor ex vesica fellis permeatum χοληδόχον, ad finem intestini duodeni, ut sua acrimonia tarda intestina ad excretionem stimulet, lentamque pituitam, interioribus membranis inhærentem deturbet.*
          - Atra *Vide. ιιιι.*
        - Serum. *Vide. κκκκ.*
      - 2. Ex tertia *coctione, quæ singularum est partium, relinquuntur. Vide. λλλλ.*

Bilis

uuuu. Bilis atra, *seu* Melancholia *est humor frigidus & siccus, crassus, nigricans, acerbus & acidus, ex crassiore & faeculentiore alimenti parte enatus & è liene expurgatus.*

uuuu. Seri notetur
1. λόγος. *Est humor excrementitius, ex potu, aut quovis liquore, quo cibus in ventriculo perfunditur, actione caloris in hepate genitus.*
2. Officium. *Hujus pars mitior unâ cum sanguine in venas distribuitur, eundemque coctione & fibrarum copia crassiorem factum, diluit, & tanquam vehiculum in extrema corporis deducit: reliqua pars inutilior statim ad renes & hinc per ureteres ad vesicam expellitur.*
3 Effectum materiatum. *Est materia urinae. Urina autem nihil aliud est, quam serum in iecore & vasis alteratum, à renibus attractum, & in vesicam depulsum & denique per meatum urinarium excretum, ut sanguis purior reddatur.*

λλλλ In tertia coctione *humores. excrementitij qui secernuntur, erumpunt aut*

1. Per totum corpus: *ut Sudor: hujus notetur*
- 1. λόγος: *Sudor est serum, in iecore alteratum, & sanguini pervehendo per venas transmissum, & demum ex venis ipsis, per insensiles corporis meatus in aquae speciem expulsum.*
- 2. Color
  - Usitatus, *aqueus.*
  - Rarior
    - Flavus.
    - Sanguineus & *rubēs ob tenuitatem.*

2. Per partem aliquam determinatam: *ut Lachryma. Hujus notetur*
- 1. λόγος. *Lacryma est ἰχὼρ, qui in venis capitis & angulorum, qui in oculis sunt, contentus, per foramina lacrymalia ad internum oculi angulum, & per scissuram conjunctivae erumpit, compressione, aut dilatatione.*
- 2. Subiectum, *Solus homo, qui solus maret & gaudet: unde dilatantur vel comprimuntur venae.*
- 3. Facilitas
  - 1. In iis, *qui corporis constitutione praediti sunt frigidiore & humidiore, tenera, molli atque effaeminata, cerebro udo, humectoque & languido. Unde pueri & faeminae magis, quàm masculi, & quicunque è viris animos gerunt muliebres, facilius & largius lachrimas fundunt.*
  - Item in iis *qui carunculas & meatus angulorum oculi majores & laxiores habent.*
- 4. Difficultas *vel* impossibilitas *in iis, quibus caro lacrymalis obducit venas, atque adeò fluxum lacrymarum impedit.*

μμμμ. Spiritus notetur

- 1. λόγος: *Est substantia pertenuis, aërea ac vaporosa, primum animæ instrumentum ad functiones obeundas.*
- 2. Adiunctum. *Nō est æthereus et cæleſtis. Sed elementaris quia*
  - 1. Tales *sunt spiritus, qualis eorum est materia.*
  - 2. Accendi, *refrigerari, augeri, minui & extingui possunt.*
  - 3. Ad eorum *conservationem aëris inspiratio est necessaria.*
  - 4. Vinum *corpus elementare in λειποθυμίᾳ instaurat spiritus.*
- 3 Distributio in
  - Insitum, *seu* fixum *seu* complanatum. *Hujus notetur*
    - 1. λόγος. *Est substantia aërea & tenuissima singulis membris solidis innata & ex semine genitali, aprincipum partiū facultate rectrice procreata, caloris nativi prima proximaque sedes & facultatum animæ cum corpore tanquam vinculum quoddam.*
    - 2. Differentiæ *tot, quot partium naturæ & temperamenta. &c.*
  - Influentem: *Huius notetur*
    - 1. λόγος: *Est enim is, qui in spiritus implantati subsidium emanat, ne exsolvatur & evanescat.*
    - 2. Distributio in
      - Naturalem, *qui est vapor tenuis, ex puriore sanguinis parte in iecore procreatus, atque inde venas in habitum corporis diffusus, ad naturales omnes actiones absolvendas.*
      - Vitalem, *qui est halitus tenuissimus ex inspirato aëre & naturali spiritu, ad sinistrum cordis sinum evecto, insita cordi proprietate genitus, & per arterias in universum corpus excurrens, & vim vivificam eidem suppeditans*
      - Animalem *qui est halitus purissimus, ex portione vitalis spiritus, ad cerebrum subvecti, insitaeius facultate genitus & per nervos in corpus diffusus, ut motum, sensum, omnesque actiones animales cieat,*

νννν Humorū *secūdariorum notetur*

- 1. λόγος. *Sunt enim qui ex sanguine multiplici concoctione elaborati humidum insitum seu radicale instaurant.*
- 2. Species
  - Ros. *Est humor, qui ex sanguine in vapore resoluto partim per venarum tunicas resudans, partim per earum oscilla diffluens, instar roris distillat.*
  - Gluten *Est humor, ex rore primum ad substantiam partis apposito & adharescente, & deinde à colore partium immutato genitus. Dicitur gluten, quia partibus agglutinatur.*

Continen-

- **Continentium partium notetur**
  - 1. λόγος. *Sunt enim, quæ ob firmã & solidã, quã habent, substantiam consistũt.*
  - 2 Distributio *in partes vel*
    - Homogeneas *seu* similares *harũ notetur*
      - 1. λόγος. *Sunt enim quæ undique in similes secundum sensus partes eiusdem speciei dividi queunt.*
      - 2. Distributio in
        - Spermaticas *harum notetur*
          - 1. λόγος. *Sunt enim quæ immediatè ex seminis crassamento generantur & in adultis difficile coalescunt.*
          - 2 Species
            - Ossa *horum notetur*
              - 1. λόγος. *Sunt animantis partes durissimæ, siccissimæ, frigidissimæ, à seminis crassamento per exustionem genitæ, ad totius stabilitatem & fulcrum.*
              - Adiuncta *ἀναισθησία*
                - Per *illorum substantiam nulli disseminãtur nervi.*
                - 2. Si *essent αἰσθητικὰ, assiduos labores non sine dolore persentiscerent, & ea tristis sensatio aut maximam actionum partem tolleret aut saltem frustraretur.*
            - Cartilago *hujus notetur*
              - λόγος. *Est substantia seu pars, ossibus paulo mollior, & aliis omnibus membris durior, flexilis quodammodo.*
              - 2 Finis. *Facta est ad custodiendas partes motui distinatas.*
            - Ligamenta. *Vide.* οooo.
            - Membranæ. *Vide.* ππππ.
            - Nervi. *Vide.* ϱϱϱϱ.
            - Arteriæ. *Vide.* σσσσ.
            - Venæ *Vide.* ττττ.
            - Fibræ *Vide.* υυυυ
            - Adeps *Vide.* φφφφ.
            - Cutis *Vide* χχχ.
        - Carnosas. *Vide.* ψψψψ
    - Heterogeneas *seu* dissimilares. *Vide.* ωωωω.

Ligamētinotetur ∘∘∘∘
1. λόγος: *Est pars corporis simplex, genita ex semine, dura, cartilagine tamen mollior, & cedens tactui, ossa inter se connectens & reliquas partes ossibus.*
2. Portio *quadam, tendo & chorda dicta qua est pars similaris, genita ex fibris nervis & ligamentis, in musculo mixtis, qua omnes ducuntur articuli, ut volūtati visum est.*

ππππ Mēbrana *est pars similaris, ex semine gēita, tenera, singulas alias partes tegēs.*

ſſſſ Nervorum *notetur*
1. λόγος. *Nervi sunt partes spermatica, à cerebro aut spinali medulla exorta, interiori parte medullares, exteriori membranacea spiritum animalem deferentes ad sensum & motum.*
2. Distributio
- Molliores *horum notetur*
  - 1. λόγος. *Sunt qui ex priore cerebri parte orti sensum exquisitiorem perducunt, atque in sensuum organa propagantur.*
  - 2. συζυγίας *septem: harum*
    1. Par *mollissimum in oculi centrum inseritur. Dicuntur Nervi visorij seu optici, græco nomine.*
    2. Propagatio *nervorum est, oculos moventium.*
    3. Societas *partim spargitur in lingua tunicam, suppeditans ei vim gustandi: partim in reliquas faciei partes.*
    4. Coniugatio *portione quadam in palatum, quadam in tunicam lingua subtensam decurrit, & gustui inservit, ut tertia.*
    5. συζυγία *per meatum auditorium in auris tympanum fertur & dicuntur nervi auditorij.*
    6. Nervorum *par amplissimum vagatur & exurrit per omnia ferè viscera.*
    7. Par *fere ab occipite & spinali medulla exortum, in lingua ac laryngis musculos inseritur, & linguam movere dicitur.*
- Duriores *seu crassiores hujus notetur*
  - 1. λόγος: *Sunt in quibus obtusior magis est facultas, quique prodeunt à spinali medulla & deferunt partibus internis sensum & virtutem motricem.*
  - 2. συζυγίαι *triginta*
    - Cervicis *septem.*
    - Thoracis *duodecim.*
    - Lumborum *quinque.*
    - Ossis *sacri sex: quæ omnes spargunt ramos in reliquas corporis partes.*

Arteriarum

Arteriarum notetur

λόγος. *Sunt vasa concava, oblonga, duplici tunica, eaque crassissima constantia, deducendo vitali spiritui, nec non temperando & expurgando cordis singularium partium calori dicata.*

2. Origo *Oriuntur ex corde, ex cujus sinu sinistro duæ principales prosiliunt arteriæ á quibus ceu truncis reliquæ omnes ortum accipiũt, quarum alia dicitur* Arteria:
- Aorta, *est arteria magna, omnium arteriarũ stipes, quæ vitalem spiritum omnibus corporis partibus deferunt.*
- Venosa. *Arteria venosa ex sinistro cordis thalamo orta in pulmonem porrigitur, ex quo affert aerem refrigerandi cordis ergo.*

Venæ notetur

1. λόγος. *Vena est pars similaris, rotunda fistulæ instar excavata, ab hepate orta, una constans tunica, fibris triplicibus contexta, sanguinem pro nutrimento, una cum naturali spiritu, singulis partibus deferens.*



2. Distributio in
- Principales harũ notetur
  - λόγος. *Sunt á quibus ceu truncis oriuntur reliquæ.*
  - 2. Species
    - 1. Vena porta, *quæ est vena insignis, ex concava hepatis parte prodiens, & omnes mesaraïs venas excipiens quibus ex ventriculo & intestinis chylum accipit & ad iecoris concavũ defert.*
    - 2. Vena cava, *quæ & magna dicitur, ex gibba hepatis parte nascitur & per totam animalis longitudinem excurrẽs, sanguinem omnibus partibus pro nutrimento defert.*
- Minus principales *venæ sunt rami vel*
  - Venæ portæ *sunt vel*
    - Mesaraicæ.
    - Hæmorrhoides.
  - Venæ cavæ *suntq; vel*
    - Interiores *sunt venæ*
      - Emulgentes. & Seminales.
    - Exteriores *sunt vel in*
      - 1. Capite: Iugulares & Soporales
      - 2. Trunco *intercostales.*
      - 3. Brachiis Axillares: Humeraria. & Mediana.
      - 4. Pedibus: Sciatica. & Saphena.

Digitized by Google

vvvv. Fibrarũ ſpectentur

1. λόγος. Fibræ ſunt partes ſimilares, ex ſemine genitæ, albæ & ſolidæ, & paſſim in totum membrum ſparſæ.

Diſtributio in
- Rectas, quæ ſecundum membri longitudinem feruntur, & arcanâ vi attractioni alimenti ſerviunt.
- Tranſverſas, quæ ſecundum corporis longitudinem tranſverſim poſitæ alimentum attractũ retinent.
- Obliquas, quæ ſecundum obliquum organo obducuntur, & priores duas decuſſatim ſecant, expellendique vim habent.

φφφφ. Adeps eſt pars corporis ſimilaris, humida & ex ſanguis, ex aërea; & pinguiore ſanguinis parte per vaſorum tunicas exſudante, á frigiditate partium nervoſarum concreſcens.

χχχχ Cutis eſt pars ſimilaris & ſpermatica, ampliſſima, omniumque partium corporis tegumentum.

ψψψψ. Carnoſæ ſunt, quæ ex ſanguine generantur, & ſunt muſculorum caro. Eſt autem caro pars ſimilaris mollis, rubicunda, ex ſanguinis coägulo concreta.

ωωωω. Diſsimilarium quæ & organica dicuntur notetur

1. λόγος: Sunt quæ ex ſimilaribus compoſitæ, diverſæ ſunt ſubſtantiæ & nominis.

2. Diſtributio. Sunt enim vel
- Externæ quales ſunt
  - Caput: Hujus notetur
    - λόγος: Eſt enim ſumma corporis pars, globoſa, collo ſuperpoſita, facultatis animalis ſedes.
    - 2. Partes externæ
      - Cranium hujus notetur
        - 1. λόγος: Eſt os capitis craſſum, rotundum, viginti oſſibus & quibusdam ſuturis diſtinctum, cerebrum tegens, & undique obvallans.
        - 2. Numerus oſſium
          - Duo ſunt verticis.
          - Vnum frontis.
          - Vnum occipitis.
          - Duo temporum.
          - Vnum σφηνοειδὲς hoc eſt cuneiforme.
          - Vnum ἠθμοειδὲς hoc eſt cribriforme.
          - Duodecim maxillæ ſuperioris
        - 3. Numerus ſuturarum ternarius. Sutura enim
          - Prima eſt coronalis, per capitis trãſverſum, ab una aure procedens verſus alteram, os frõtis annectẽs reliquo corpori.
          - Secunda eſt ſagittalis, quæ ſecundum longitudinem capitis procedens connectit duo oſſa verticis.
          - Tertia λαμβδοειδὴς à poſteriori parte ab una aure aſcendens ad finem ſuturæ ſagittalis, rurſus deflectitur ad alterã aurem in formam literæ λ, & os occipitis annectitur reliquo corpori.
      - Facies. Vide. ααααα.
  - Truncus. Vide. ιιιιι.
  - Artus. ſub quo Vide πρ.
- Internæ. Vide. ωω

Faciei

[illegible] Faciei *notetur*

- 1. λόγ☉. *Est in homine id totum, quod fronti subest: vel, ut ait Aristoteles, Est pars, quæ calvæ subjecta est, anteriore parte.*
- 2. Partes
  - Oculi *horum notetur*
    - 1. λογ☉: *Oculus nihil aliud est, quam visivæ virtutis organon, tunicis & humoribus constans.*
    - 2. Partes
      - Tunicæ (*præter albam, quæ à peritonæo orta capiti coniungit oculum, unde coniunctiva & adnata dicitur*) *sunt quatuor*
        - 1. Cornea, *quæ perspicua est, instar cornu lucens.*
        - 2. Vuea, *quod uvæ folliculo, è quo pedunculus avulsus est, simillima sit, & hæc corneæ adhæret & pupillam complectitur.*
        - 3. Retina, *quæ ex ipsamet visorij nervi substantia elicitur, afferens oculo spiritum animalem & rursus cerebro imagines.*
        - 4. *Denique* Aranea, *aranei telam præ se ferens, & hæc crystallinum humorem sua sede continet & vitreum ab albugineo separat.*
      - *Humores: quorum tres sunt*
        - 1. *Est* aqueus, *inserviens colligendis imaginibus.*
        - 2. Crystallinus, *qui præcipuum visus est* ὄργανον.
        - 3. Vitreus, *faciens ne imagines penetrent, sed refringantur.*
  - Auris *spectandus*
    - 1. λόγ☉. *Auris est pars corporis organica, Auditus* ὄργανον.
    - 2. Partes *quæ sunt*
      - Nervi.
      - Membranæ.
      - Ossa
        - 1. Malleus
        - 2. Incus.
        - 3. Stapes
        - *horum collisione sonus fieri dicitur.*
      - Cartilago.
  - Nasus *Vide.* ββββ.
  - Genæ. *Vide.* γγγγ.
  - Os. *Vide.* δδδδδ.

ββββββ Nasi *observetur*

1. λόγος. *Nasus est pars organica, in media facie posita, respirationis & odoratus ὄργανον.*

2. Partes *quarum alia est*

- Superior, *ossea, & immobilis, & dicitur ἠθμὸς seu ἠθμοειδὴς cribriforme colatoriũ: & hæc pars est interior: Exterior verò est dorsum nasi.*
- Inferior *est mobilis, in qua sunt globulus nasi, alæ, quæ constant suis musculis, cavitates utrinque ad alarum latera, foramina, septum cartilagineum.*

γγγγγ Genarum *notetur*

λόγος. *Genæ nihil aliud est quam maxilla superior & inferior.*

2. Partes. *Genæ est vel*


- Superior, *quæ est pars faciei, fronti proximè subjecta auribus utrinque ab imo à gingivis terminata, pluribus solidis & duris ossibus constans.*
- Inferior *est pars faciei infima & mobilis, dentes inferiores continens.*

δδδδδ Oris *notetur*

1. λόγος. *Os totum est illud spacium, quod diductis labris ad imas usque fauces interiacet.*

2. Partes *quæ sunt*

1. Dentes *horum notetur*
   - 1. λόγος. *Sunt ossa omnium durissima, intus cava, venulis, arteriis & nervis prædita, molliendis & præparandis ventriculo cibis destinata.*
   - 2. Numerus: *Sunt* 32
     - Molares. 20.
     - Incisores. 8.
     - Canini. 4.
2. Lingua, *quæ est pars carnea, rara & laxa, spongiæ instar, medio in ore posita, gustatus & sermocinationis organum.*
3. Palatum *est pars oris superior, modicè cõcava foraminibus pertusa, quibus è cerebro pituita in os descendit.*
4. Gurgulio *est caro fungosa, oblonga, à palato in os propendens, ad vocis articulatæ in homine modulationem conferens.*



- Trunci notetur
  - 1 λόγ☉: Est enim Truncus corpus sine capite & artubus, hoc est sine brachiis & pedibus.
  - 2. Pars una est
    - Anterior eaque vel
      - Superior & dicitur thorax seu pectus hujus notetur
        - 1. λόγ☉. Est Trunci pars anterior, quæ collo subjecta à costis utrinque circunscribitur, estque sedes membrorum vitalium.
        - 2. Partes propriæ sunt
          - 1. Molles & carneæ, sunt Musculi complures in thorace siti, cujus modi sunt respirationis omnes musculi, & scapularum fere omnes, & brachium moventes quidam.
          - 2. Huc pertinent Mammæ, quæ sunt partes in media thoracis regione, ad latus ejus sitæ, glandulosæ, venis & arterijs intertextæ, lactis generationi in fæminis inservientes, quod (lac) nihil aliud esse ait Aristoteles quam sanguinem superfluum mutatum & dealbatum. 4. de generat. animalium cap. 8.
          - Osseæ & cartilagineæ Hæ sunt triplices
            - Os στέρνον & στῆθος appellatur. Et est pars anterior in quam costæ conveniunt, & sub qua ventriculi os delitescit. Hujus extremitas cartilaginea os ξιφοειδὲς ensiforme, scutale & malum granatu dicitur.
            - 2. Duæ claviculæ, seu furcula, quæ κλεῖδες dicitur & sunt gemina ossa, collo proximè subiecta, & à summis humeris vergentia
            - 3. Constat Thorax costis 24. Utrinque scilicet 12. quæ sunt vel
              - Veræque, sterno coärticulantur, & sunt septem superiores
              - Nothæ, seu spuriæ, imperfectæ sunt, & ossi pectoris non coärticulantur, & sunt quinque inferiores.
      - Inferioris & dicitur venter hujus notetur
        - 1. Descriptio. Est ubi costæ desinunt, deorsum ad coxas usque & pubem protensa.
        - 2. Partes quæ sunt
          - 1 Superior, quæ supra umbilicum est, ad descensum costarum spuriarum protensa. Dicitur ἐπιγάστριον.
          - Inferior, quæ ab umbilico ad pilosas usque genitalium partes pertingit. Dicitur ὑπογάστριον.
    - Posterior quæ dorsum dicitur. Vide ¶¶¶¶.

Posterioris

IIII. Posterioris notetur

- 1. Nomen. *Dicitur dorsum.*
- 2. λόγος. *Dorsum est totus ille descensus ab occipite ad infimus usque nates.*
- 3. *Partes constituentes*
  - 1. Scapulæ, *quæ duo sunt ossa, post thoracem in dorso sita, clavibus & brachio inarticulata, ad costarum robur, & musculorum implantationem.*
  - 2. Spina *dorsi est ipsa spondylorum series & structura, á prima cervicis vertebra ad coccygem usque extensa, erigendo curvandoque corpori conveniens. Hujus partes sunt vertebræ* 34. *quarum*
    - Septem *sunt colli seu cervicis.*
    - Duodecim *thoracis.*
    - Quinque *lumborum.*
    - Sex *ossis sacri.*
    - Quatuor *ossis coccygis.*
  - 3. Coxæ *sive* coxendices *sunt duo ossa robustissima, sacro ossi utrinque insita, at desinentia in nates, quæ sunt musculosæ. Os autem sacrum ex quinque vel sex ossium iunctura est conflatum, in medio fere corpore situm, ut super eo quiescente reliqua ossa, tàm inferiora quàm superiora moveantur.*


περ Artuum *sunt duo*

- Mãus *quæ est totum illud quod à scapula ad summos usque digitos protenditur. Hujus partes sunt*
  - Brachium, *quod ab humero ad cubitum permeat. Hujus partes sunt*
    - Vnum *os magnum.*
    - Musculi *quorum*
      - Septem *regunt motum brachij.*
      - Quaterni *vero, qui & lacerti dicuntur, regunt cubiti motum.*
    - Venæ *insignes*
      - Humeraria.
      - Axillaris.
      - Mediana.
  - Cubitus *est tota illa pars, quæ inter brachiale, & cubiti articulum est constans,*
    - Duobus *ossibus*
      - Majore *& inferiore quod dicitur* Vlna.
      - Minore *& superiore, quod dicitur* Radius.
    - 33 Musculis, *ad brachialis & manus motum comparatis.*
  - Manus extrema *seu summa, quæ est pars á carpo usq; ad extremos ungues apprehensionis organum. Hujus partes sunt*
    - Brachiale *hujus notetur*
      - 1. Nomen *græcum* καρπὸς.
      - 2. λόγος. *Est pars mãus ubi cubitus desinit & cũ summa mãu coarctatur.*
      - 3. partes
        - 1. Octo. *ossa.*
        - 2 Ligamentũ *trãsversũ.*
        - 3 Insignis *arteria in sinistro brachio.*
    - Post brachiale *hujus notetur*
      - 1. Nomen *græcum* μετακάρπιον.
      - 2. λόγος. *Est pars summa manus inter carpum & digitos sita.*
      - 3. Partes *sunt*
      - 4. Ossa *quorum*
        - Posteriora *cũ carpo articulantur.*
        - Anteriora *cum digitis.*
    - Digiti. *Videnunum.*
- *Pedes. Vide.* ϑϑϑϑϑ.

Digiti

- Digiti *horum singulorum notentur*
  - 1. Partes, *quæ sunt terna ossicula.*
  - 2. Numerus *quinarius.*
    - 1 Pollex *quòd robore & magnitudine polleat.*
    - 2. Index.
    - 3. Medius.
    - 4. Medius Annularis.
    - 5. Minimus *seu* Auricularis.

- Pedis notetur
  - 1. Λόγος. *Pes est pars corporis, quæ coxæ inserta à naribus ad plantam usque porrigitur, ambulandi & standi organum.*
  - 2. Partes *sunt*
    - Femur, *quod á coxa usque ad genu porrigitur. Hujus partes sunt*
      - Os *omnium maximum.*
      - Musculi.
      - *&*
      - Caro *glandulosa ad inguina consistens, ubi bubones generantur.*
    - Genu, *quod est femoris & tibiæ dearticulatio Hujus.*
      - Anterior *pars dicitur patella.*
      - Posterior *pars poples apellatur.*
    - Crus *est pars à genu ad pedem parvũ protẽsa Cujus*
      - 1
        - Pars anterior *dicitur ἀντικνήμιον.*
        - Pars posterior *pulposa dicitur γαστροκνήμιον.*
      - 2. Partes *sunt ossa longa quorum*
        - *Interius & maius dicitur Tibia.*
        - *Exterius & minus dicitur Fibula.*
    - Pes *parvus est qui sub ipso talo incipit & ad extremitatem digitorũ excurrit. Constat autem*
      - 1. Ossibus 38.
      - 2. Musculis 22, *quibus digiti extenduntur, flectuntur & ad se invicẽ adducũtur, seu distrahũtur.*




mm Internarum notetur
- 1. λόγος Sunt quæ oculis non sunt exposita, sed in ventribus internis contenta, ab externis teguntur.
- 2 Locus
  - 1. Venter infimus Hujus notetur
    - 1. Membra contenta
      - 1. Dicũtur organa naturalia, quia naturali facultati seu animæ vegetativæ serviunt.
      - 2. Faciunt vel ad
        - Nutricioné huic dedita serviũt coctiõi vel
          - Primæ talia sunt
            - Æsophagus, Est pars membranea, nervea, duabus tunicis constans, à faucibus ad superius os ventriculi desinens, & cibum & potum in ventriculum deferens.
            - Ventriculus. Est pars æsophago succedens membranosa cava sphærica, duabus proprijs tunicis constans, sub diaphragmate in medio pene corpore sita, primæ coctionis effectrix, nutrimentũ ingestum convertens in chylum, cujus actio χύλωσις dicitur. Hujus partes. Vide. κκκκκ
            - Intestina. Vide. λλλλλ
          - Secundæ. Vide. μμμμμ
        - Generationem. Vide. νννν
    - 2. involucrum: continens ea: quod est Peritonæum.
  - 2. Venter medius Vide. ζζζζζ
  - 3 Venter supremus Vide. πππππ.

nnnn, Hujus sunt
- 1 Partes
  - 1. Orificium superius, non raro stomachus dictum quod veteres medici καρδίαν appellarunt, quia exquisitissimo sensu est præditum.
  - 2. Inferius orificium, πυλωρὸς, seu ianitor dictum.
- 2. Locus. Est panniculus qui omentum dicitur, estque membrana ex duabus tunicis conflata, à peritonæo orta, plurimis nervis arterijs venis que intertexta, proximè tegens ventriculum, eiusque calorem fovens.

Digitized by Google

- λλλλλ. Intestinorum *noscetur*
  - 1. λόγος: *Sunt oblonga, rotunda & concava corpora ad podicem usque producta, alterandis aliquantulum cibis, distribuendo in iecur chylo, & ad evehendas superfluitates instituta.*
  - 2. Distributio in
    - Gracilia, *quorum substãtia est tenuior. Suntque*
      - Duodenum: *hujus noscetur*
        - 1. λόγος. *Est intestinum gracile, supremum, proximè ventriculo, longitudinem duodecim digitorum æquans.*
        - 2. Meatus *quidam ex vesicula fellea pertingens, qui invehit flavam bilem, ut ejus acrimonia intestina ad excretionem stimulentur, lentaque pituita adhærescens membranis deturbetur.*
      - Iejunum *est intestinum gracile, duodeno continuum, habens multas venas mesaraicas, quæ optimam chyli partem ex illo, majori copia rapiunt, ideoque reliquis intestinis inanius apparet.*
      - Ileos *est intestinum reliquis gracilius & tenuius, plurimos anfractus obtinens; ideoque chylum diutius retinet, ut succus inde melius eliciatur, nec opus sit subinde novos cibos ingerere.*
    - Crassa: *horum noscetur*
      - 1. λόγος. *Crassa intestina sunt, quæ densiorem habent tunicam.*
      - 2. Partes *seu* species *inferiora tria*
        - 1. Cæcum *est intestinum crassum, amplum & breve, unicum habens orificium, in quo concurrunt ileos & colon excrementa excipiens, & reliquum succum eliciens & feces reliquas in colon transmittens.*
        - 2 Colon *est intestinum crassius cæteris, multos habens majores anfractus, veluti cellulas, excipiens feces & ne fluxu involuntario profluant, eas in meatus angustiores transmittens.*
        - 3. Rectum *est intestinum crassum & infimum nullis orbibus & anfractibus intortum, in extremum podicem definens, & excrementa evehẽs. Hujus pars*
          - Inferior *à musculis in orbem circumfusis constringitur, qui sphincteres dicuntur; ne ante ipsum rationis & voluntatis arbitrium feces ab alvo extrudantur.*
          - Media *est quidam in medio intestinorum collocatus panniculus,* MESENTERIVM. *Estq; membrana duabus tunicis, venis & arterijs innumeris adipe copioso & adenibus contexta, & in medio intestinorum consistens illaque invicem colligans.*

Digitized by Google



- μμμμμ. Secundæ coctionis partes aut
  - Vtile *alimentum elaborant.* Tale *est Epar: hujus notetur*
    - 1. λόγος. *Epar est pars organica infimi ventris, constans carne rubra, sanguini nuper coagulato simillima, proximè sub diaphragmate in dextro hypochondrio sita, sanguinis officina.*
    - 2. Actio *χύλωσις, αἱμάτωσις.*
    - 3. Partes *seu* superficies *quæ sunt*
      - 1. Exterior, *gibba dicta, quæ lævis est.*
      - 2. Interior, *cava dicta, quæ aspera est.*
  - Excremētum *inutile evehunt. Hæc evacuant humorem vel*
    - Biliosum. *Et itabilem vel*
      - Flavam quā *excipit vesica fellea, cujus notetur*
        - 1. λόγος. *Vesicula fellea est pars membranea, unicam & simplicem habens tunicam sed variam triplici villorum genere textam, oblonga rotundaque cavæ iecoris parti connexa bilem ex illo attrahens & in intestina propellens.*
        - 2. Ductus *duo*
          - Vnus *in hepar distinguitur, bilem in se alliciens.*
          - Alter *in duodenum fertur, eandem in intestina detrudens.*
      - Atram, *quam excipit lien, qui est membrum rarum, fungosum, carne obscura constans, in sinistro hypochondrio situm, ex adverso iecoris, atque ex illo atram bilem attrahens.*
    - Seorsum. *Hujus membra expurgātia sunt*
      - 1 Renes *horum notetur*
        - 1 Numerus. *Sunt duo.*
        - 2. λόγος. *Sunt partes carnosæ, densæ, & maximè solidæ, humore seroso sanguinem repurgantes.*
        - 3. Ministri
          - Venæ emulgentes, *quæ sunt venæ à vena cava ortæ, & in renes insertæ, aquosam superfluitatem ex sanguine emulgentes & ad renes devehentes.*
          - Vreteres, *qui sunt duo urinarij canales, orti ex lacunis renum, albi, constantes una simplici tunica, urinam renum secretam in vesicam deducentes.*
      - 2. Vesica: *hujus notetur*
        - 1. λόγος. *Vesica est pars nervosa, duabus tunicis constans, triplici fibrarum genere intexta, rotunda & aliquantum oblonga, sita in hypogastrio, urinam ab ureteribus acceptam foras excernens.*
        - 2. Partes
          - 1. Fundum, *in quo continetur urina. & hoc sensim in cervicem carnosiorem desinit: musculo cingitur, qui ianitoris vicem gerit, ne invitis nobis effluat urina.*
          - 2. Cervix.

Membra

Digitized by Google

Membra generationi servientia sunt vel

- Utrique sexui communia, eaque sunt
  - 1. Vasa seminaria
    - 1. λόγος. *Sunt vasa à testibus sursum ascendentia, in παραστάτην ἀδενοειδῆ inserta, semenque utilem superfluitatem massæ sanguineæ, quæ materia est seminis spiritumque vitalem, qui calorem seminis producit in actum, ad testes deferentia.*
    - 2. Partes
      - Dextrum *ἀμέσως à trunco descendentis cava ortum.*
      - Sinistrum, *ab emulgente ramo profectum.*
  - 2. Testes *horum notetur*
    - 1. λόγος. *Sunt partes molles glandulosæ, albæ, raræ, & cavernosæ, in quibus semen excoquitur & perficitur.*
    - 3. Locus
      - Maior *in viris.*
      - Minor *in fœminis.*
    - 2. Quantitas
      - Extra corpus *in viris.*
      - Intra corpus *in mulieribus, utrique lateribus uteri accumbens.*
  - 3. *παραστάται, sunt duo vasa candida, glandulosa & cavernosa, orta á testibus, semen in testibus elaboratum deferentia: in viris ad penis radicē in fœminis ad fundum matricis.*
- Unipeculiaria membra competunt vel tantum
  - Viris: *ut, virga seu penis hujus notetur*
    - 1. λόγος. *Est pars in maribus pendula prælonga, undiquaque fistulosa, ad semen exernendum aptissima.*
    - 2. Partes
      - 1 Duo *nervi cavi.*
      - 2. Meatus *unicus, semini & urinæ communis.*
      - 3 4. Musculi.
      - 5. Venæ *& nervi plurimi.*
      - 6. Membrana *nervosa.*
      - 7. Cutis.
    - Extremitas *glans, constans nervosa substantia, quæ tegitur cuticulari excrescentia, quæ dicitur Præputium.*
  - Fœminis: *ut Matrix vel uterus, qui est pars fœminæ membranea, tunica constans, velut ex duabus dividuis cogmentatus, rotunda in infimo ventre sita propria & ingenita facultate ex semine prolifico fœtum efformans, eundem fovens, maturumque excludens.*

§§§§§. Ventris Medij notetur
- 1. Commune *interstitium,* Diaphragma; *quod est panniculus rotundus, ex carne, nervis & membranis constans, undique lateribus transversim, et dorso circaduodecimam vertebram alligatus, membra naturalia à vitalibus dirimens.*
- 2. Succingens *quædam et amplectens omnes in thorace contentas partes membrana firmissima roborisque nacta plurimum Plevra dicta.*
- 3. Partes *quæ sunt*
  - Cor *hujus notetur*
    - 1. λόγος: Cor *est pars principalis ventris medij, dura, densa & solida carne constans, triplici villorum genere intertexta, figura pyramidali & nuci pineæ non dissimilis, facultatis vitalis domicilium, estque vitæ principium fons caloris & vivifici nectaris, arteriarum ῥίζωμα & scaturigo pulsus & respirationis primus autor, quo vigente vigent omnia, languente languescunt intereunte intereunt.*
    - 2. Partes
      - Dextra, *q̃ vocatur, vẽter, sinus & thalãus dexter. Hujus notetur*
        - 1. λόγος: *Refert formam Lunæ crescentis, & sinistrâ multò major est, atque ex vena cava sanguinem eò influentem excipit, præparat, & perficit magis, eumque distribuit partim in pulmonem pro ejusdem nutritione, partim in sinistrum cordis sinum, per meatus non admodum occultos, ut sit materia spirituum vitalium.*
        - 2. Duo vasa *quæ sũt*
          - Vena cava, *hujus ostio præiacet appendix membranosa anfractuosa auricula à similitudine dicta, amplior, crassioris sanguinis conceptaculũ.*
          - Vena arteriosa.
      - Sinistra, *q̃ dicitur vẽter, sinus et thalamus sinister. Hujus notetur*
        - 1. λόγος. *Habet formam coni, ac superior est, magnaq; in substantiam cordis demersus, spiritum vitalem ex purissimo sanguine genitum cõtinens, & in corpus aortam distrubuẽs, & vicissim aërem, ex pulmone per arteriã venosam accipiẽs.*
        - 2. Duo vasa *quæ sũt*
          - Arteria magna.
          - Arteria venosa. *Hujus orificio adiacet appẽdix membranosa anfractuosa, auricula à similitudine dicta, minor, aëris conceptaculum.*

      Inter utramque interjectus est paries quidam discludẽs, vulgo septum medium dictus, crassus quidem primo introitu apparens, sed paulo post accuratius inspectãti, multis foraminibus pervium, ut à dextro in sinistrum sinus facilius sit aditus, quicquid contra Galenum Neoterci clamitent.
  - Plumo, Vide. ◦◦◦◦◦.

Pulmonis

Pulmo is notetur

- λόγος: *Est pars rara, levis spongiosa ac velut ex spumoso sanguine concreta, testudini similis, in thorace sita, ejusque totam cavitatem implens respirationis & vocis organum.*
- 2. Partes *per Membranam (quæ dicitur Mediastinus) distincta sunt duæ:*
  - Dextra
  - Sinistra
    - Vtraque *duobus constat globis: uno*
      - Superiore
      - Inferiore
        - Discretis *sæpè*
          - Palam.
          - Obscurè

ππππ π. Supremi ventris *organum facultati animali inserviens est Cerebrum. Hujus notetur*

- 1. λόγος: *Cerebrum est pars mollis, alba, & Medullaris, ex purissima seminis & spirituum portione fabricata, in gyros quasi circumvoluta, à menyngibus circumdata, & in cranii cavitate contenta, facultatis animalis principium.*
- 2. Locus. *Hoc viscerum est excelsissimum, proximumque calo: Hanc habent sensus arcem: hic culmen altissimum: hic mentis regimen. Est enim cerebrum non modo sensuum sedes, & motuum προαιρετικῶν artifex, sed & sapientiæ est domicilium, memoriæ, iudicii, cogitationum, quibus Deo genus hominum est simillimum.*
- 3. Partes
  - 1. Propriæ *continentes sūt duæ mēbranæ, quarum altera est*
    - Dura mater *sive* Menynx *est Membrana exterior, dura cuticularis, supra piam cranio alligata, cerebrum cingens, & undique muniens.*
    - Pia mater. *Hujus notetur*
      - 1. λόγος. *Pia mater est membrana tenuissima, proximum & immediatum cerebri velamen, non exteriorem modo superficiem tegens, sed in penitiores ejus recessus pervadens.*
      - 2. Finis *tenuitatis*
        - 1. Vt *in omnes cerebri sinus se insinuet.*
        - 2. Ne *gravitate & pondere cerebro sit molesta.*
        - 3. Vt *vasa per vniversum cerebri corpus deducat.*
  - 2.
    - Anterior *hujus notetur*
      - 1. λόγος. *Anterior propter Magnitudinem totius Nomen retinet & propriè ἐγκέφαλος cerebrum dicitur.*
      - 2. Adjunctæ *cavitates amplæ, intervallis realiter distinctæ quæ nominantur ventriculi Horum, Vid ggggg.*
    - Posterior *παρεγκεφαλίς, cerebellum, vocatur, quod videtur Natura in anterioris subsidium fabricasse, ut scilicet transmissum à cerebri finibus animalem spiritum conservaret, & spinali medullæ adaptaret.*

ssss Horum noteturr

1. λόγος. *Sunt receptacula spirituum, qui per arterias assidue ex corde ad vehuntur, & in his lucidiores, & quasi exigneis calestes flamma fiunt, ad actiones animales ritè perficiendas.*

2 Numerus *quaternarius*

- 1. *Dexter hujus notetur*
  - 1. λόγος: *Est qui consistit in dextra cerebri parte, per totam ejus longitudinem protensus, ab anterioribus ad posteriora figuram secti circuli referens.*
  - 2. Vsus: *spirituum animalium praparatio & generatio.*
- 2. Sinister, *qui in sinistra cerebri parte consistens, eandem cum dextro habent formam situm, usum. Huc ponunt sensum communem, qui diversorum sensuum obiecta discernit.*
- 3. Medius, *qui est duorum ventriculorum concursus, & communis cavitas, in quam superiorum ventriculorum uterq; humiliore sui sede dehiscit. Huc ponunt imaginatricem.*
- 4. Quartus *sinus est cerebello & spinali medulla communis, omnium minimus & solidissimus, qui spiritus animales á prioribus excipit, & spinali medulla transmittit. Hic conservatur Memoria.*

ssss. Animal *est vel*

ἄλογον

- 1. Nomen *Dicitur Bestia.*
- 2. λόγος. *Est animal ratione carens, sensu tantum praditum.*
- 3. Distributio *Bestiarū alia sūt*
  - Perfectiores, *q̄ corpus habent integrum et casura carent, quaque sanguine quem intra se gignunt sunt pradita. Sunt*
    - Terrestres: *ha sūt qua aërem inspirat: ōe hauriunt, & extra aquam in terra degunt vel saltem exeadē victum petunt. Suntque vel*
      - Gressibiles, *qua utuntur gressu in terra. Suntque vel*
        - Quadrupedes. *Vide.* τττ ττ.
        - Reptiles. *Vide.* υυυυυ.
      - Volatiles *Vide.* φφφφφ.
    - *Aquea. Vide.* χχχχχ.
  - Imperfectiores. *Vide.* ☉ ☉ ☉.

E᾽λλογον sive λογικόν. *Vide.* .Aa.

Quadrupedes.

Quadrupedes. Horum notetur

1. λόγος. *Sunt quæ pedibus incedunt quaternis iisdem propemodum, quibus homo, partibus constantes, nisi quod pro brachiis pedes habent priores.*

2. Varia constitutio. *Nam in* Canibus *bilis.* / Porcis *phlegma* / In aliis *alij humores* — *excellunt.*

3. Distributio in

- Oviparas *sūt quæ ova pariunt, ex quibus deinde foris animal excludunt. ut,*
  - Ranæ.
  - Crocodilus.
  - Lacerta.
  - Salamandra.
  - Stellio.
  - Chamæleon.
  - &
  - Serpentes *quatuor pedibus præditi.*
- Viviparas *harum notetur*
  - 1. λόγος. *Sunt quæ vivum animal & perfectum pariunt.*
  - 2. Facultas *respirationis. Habent enim pulmonem amplum, densum, carnosum, sanguine refectum, ideoque respirant.*
  - Fœtificatio Quædam
    - Paucos *fœtus edunt, ut quæ*
      - Pedem habent *solidum ut.* — Equus. / Asinus *&c.*
      - Cornibus *carent item bisulca quæ plærumque sunt cornutæ: ut,* — Bos. / Cervus. / Caper *&c.*
    - Multos *fœtus edunt, ut multifidæ, quæ pedes habent in plures partes sectos: ut* — Canes. / Simiæ.

Reptiles *sunt, quæ humi repunt et vel*

- Serpentes, *qui serpendo & convolvendo se promovent.*
- Omnis *generis vermes, qui perinde, ut aliæ quadrupedes oviparæ, ova pariunt.*

Digitized by Google

ΦΦΦΦΦ

Volatiles *bestiæ sunt quæ utuntur in aere volatu: ut Aves. Harum notetur*

1. λόγος. *Sunt aereæ naturæ bestiæ, bipedes, multifidos pedes habentes & alis seu pennis supra terram volando se promoventes.*

2. Defectus *renium & vesicæ quo fit, ut nec urinam emittant, sicuti quoque exiguo potu sunt contentæ ob naturam calidam & siccam quam habent.*

3. Generatio. *Fit ex ovo, ac imprimis ex albugine: vitello enim nutritur, donec excludatur. Vegetantur autem & vitam concipiũt ova à calore fœminarum incubantium.*

4. Tempus *excludendi: Æstate celerius quam hyeme. Gallinæ enim die* 18 *fœtum excludũt æstate, hyeme.* 25.

5. Nisi *pariant laborant morbo, & intereunt.*

Distributio *ratione victus in*

- Carnivoras, *ut sunt, quæ ungues habẽt adũcos: ut,*
  - Accipiter.
  - Milvus &c.
- Vermivoras.
- Herbivoras.
- Frugivoras.

Aqueæ

Digitized by Google

XXXXX. Aqueæ bestiæ *sunt q̃ in aqua degunt ejus q; naturam ac temperamẽtum obtinẽt ut pisces. Piscis notetur*

1. λόγος. *Est animal sanguineum, aquea & frigida substantia, corpore oblongo, cute squammata, in aqua degens.*

2. Propagatio. *Fit per seminalem ut plurimum propagationem, sed cum hoc discrimine, ut quidam ova generent, & aquis fovenda committant: quidam verò vivos pariant fœtus, ut, Cete ingentia, Delphinus phoca.*

3. Tempus *coitus. Gregatim par cum pari versantur, & coëunt in occursu levi & exiquo contactu, ut visum fallant, concipiuntque fæmellæ ova in matrice, sed ea non perficiunt, nec fœtus dant priusquam à lacte seu semine masculi aspergantur, in quæ enim ova semen masculi ejicitur, ex illis fiunt pisces: reliqua manent sterilia.*

4. Partes.
- 1. Cor, *quod plerisque inest, sed inversum, contra quàm in cæteris animalibus, à quo in branchias meatus quidam porriguntur, per quos humorem, quẽ ore acceperunt, reddũt, & fit ventilatio & refrigeratio quoque cordis.*
- 2. Dentes, *qui ferè omnes serrati sunt, & non nullis in lingua quoque siti.*
- 3. Lingua, *qua dura est & pene spinea, ac ita debarescens, ut interdum lingua carere videantur.*
- 4. Audiendi, *odorandi & sentiendi partes conspicuas habent nullas.*
- 5. Oculi *sine palpebris.*
- 6. Pulmone *carent & aspera arteria, ideoque non edunt vocem nec spirãt.*



Distributio *in*
- Degentes *in aquis. Sunt autem vel*
  - Sanguinei: *horum notetur*
    - 1. λόγος. *Sunt qui habent sanguinem & propriè dicuntur pisces.*
    - Distributio *in*
      - Magnos, *cete dictos ut sunt*: Salmo. Delphinus. Balæna. Phocæna.
      - Medios *ut sunt*: Anguilla. Lucius. Tiura. Carpio. Perca. Salpa. Scapius. Tinca.
      - Minimos: *ut ut sunt*: Bdellæ. Turdi. Surduli. *&c.*
  - Exsangues. *Vide.* ✝✝✝✝✝.
- Degentes *in aqua & terra ἀμφίβιοι dictos, Vide.* ωωωωω.

- ✝✝✝✝✝. **Exſangues** *& vel*
  - **Molles** *quæ neque ſquamas, neque aſperam cutẽ neque teſtam habent: ut ſunt*
    - Sepia.
    - Loligo.
    - Lolius.
    - Polypus.
    - Lupus marinus.
  - **Duros**, *qui cruſta aliqua vel teſta per-dura, teguntur: ut ſunt*
    - Cancer.
    - Conchylia.
    - Oſtrea. &.
- *∞ ∞ ∞ ∞ ∞.* **Horum** *notetur*
  - 1. λόγος. *ἀμφίβια ſunt ancipitis naturæ in utraque ſede viventia, habentque pulmones & reſpirant, dormiunt quoque ore, vel fiſtula, extra aquam exſerta.*
  - **Diſtributio** *in*
    - **Quadrupedia** *ut ſunt*
      - Rana.
      - Crocodilus.
      - Lutra.
      - Taxus.
    - **Reptilia:** *ut Natrix.*
    - **Volucria:** *ut*
      - Mergus.
      - Vrinatrix.
      - Anas.
- ⊕ ⊕ ⊕. **Imperfectiores** *ſunt quarum corpus non ita cohæret, ſed diviſũ quodammodo apparet, quæque ſanguine carent, atque ex putredine oriuntur: ut,* **Inſecta.** *Horum notetur*
  - 1. λόγος: *Inſecta ſunt beſtiæ imperfectiores, ſanguine carentes, inciſuris diſtinctum corpus habentes, & propterea non reſpirantes.*
  - 2. Partes *tres*
    - Caput.
    - Venter.
    - Intermedium *aliquod ſpacium.*
  - 3. Murmur *quod edunt apes & muſcæ nonſit ſpiritum reddẽtibus viſceribus, ſed agitatu interioris ſpiritus. Omnia enim illa mẽbrana ſepto trãſverſo ſubdita, qua præcinctum corpus diſtinguitur, & ad quam ſpiritus ibi incluſus atteritur, ſonant ſeu obſtrepunt.*
  - 4. Generatio
    - 1 Ex cænoſa *terra & putri fimo ut ex*
      - Oleribus *putreſcentibus erucæ.*
      - Aqua *putri culices.*
      - Luto *vermes.*
    - 2. Ex mixto *et putreſcente cadavere ut*
      - Ex aſino *ſcarabæi.*
      - Ex tauro *apes.*
      - Ex equo *veſpa.*
    - 3. Cauſa efficiens
      - Calor cæleſtis *in aëre diffuſus eorum ſcilicet quæ ex putri materia oriuntur.*
      - Calor miſti, *in iis qui ex miſto & putreſcente oriuntur.*
  - 5. Genera. *Vide.* **

Genera

- **. Genera duo. *Alia enim sunt*
  - Pennata *pennis constantia*
    - Binis: *ut*
      - Muscæ.
      - Culices.
      - Papiliones.
    - Quaternis *ut sunt*
      - Apes.
      - Vespæ.
      - Cicadæ.
      - Scarabæi.
      - Cantharides.
      - Et *quorum pennæ tenuiores vaginula quadam includuntur.*
  - Pennis *carentia seu impennia, quæ humi gradiuntur*
    - 1. Ambulant
      - Gradatim: *ut*
        - Formicæ.
        - Aranei.
        - Compedes.
      - Saltatim: *ut*
        - Locustæ.
        - Pulices.
    - 2. Humi *repunt: ut,*
      - Vermes.
      - Bruchus.
      - Aurelia.
      - Eruca.
      - Nitedula.
      - Tinea.
      - Scorpio, *cui soli cauda aculeo est armata.*

- A a. Hominis *notetur*
  - 1. λόγος. *Est animal ratione præditum.*
  - 2. ἐξοχή. *Ut omnium creaturarum nobilissimus est, ad cujus utilitatem cætera omnia sunt facta: ita corporis & omnium partiũ structuram præ alijs animalibus elegantissimam et pulcherrimam habet. Pronaque cum spectent animalia cætera terram, Os homini sublime dedit cœlumque tueri, Iussit & erectos ad sidera tollere vultus.*
  - 3. Principium.
    - Efficiens *spiritus in semine Maris et feminæ prolifico et fœcũdo. Hujus notetur*
      - 1. λόγος: *semen est corpus humidum, spumosum & album, ex reliquiis alimenti ultimi, & spirituum ubiq; oberrantium permistione, vi testium insita elaboratum, generandi animalis gratia.*
      - 2. Partes
        - Serosa *humiditas, quæ ex sanguine generatur: Unde semẽ esse excremẽtum non substantia, sed abundantia utile, Ultimi alimenti sanguinei asserit Aristoteles 1. de generat. animal. cap. 18. & 19.*
        - Spiritus, *seu pars spiritualis, qua nihil aliud est, quã spiritus vitalis, q. p. arterias spermaticas ad testes defertur ubi cũ sanguine exquisitè miscetur, et ex duobus unicum fit corpus: ideoque semen compositum esse ex spiritu & aqua ait* Aristoteles *2. de generatione: cap. 2.*
    - Materia *et passivũ*
      - Serosa *humiditas seu crassamẽtũ in semine.*
      - Sãguis *maternus seu Mẽstruus* *Vi. Bb*
  - 4. Coceptio. *Vide.* C c.
  - 5. Conformatio *Vide.* D d.
  - 6. Procreatio, *sive partus Vide.* E e

Digitized by Google

De Fl… huius notetur

1. λόγος. *Sanguis maternus seu menstruus qui est excrementum sanguinis, genitum à calore fœminæ propter speciei, conservationem.*

2. Nomen. *Dicitur menstruus, quod, singulis mensibus excernatur, quitamen statim á cōceptione cohibetur. Dicitur etiam excrementū sanguineū, non quòd assimilari nequeat, & qualitate sit noxium (falsò enim neoterici quidam hoc affirmāt.) sed quod quantitate nimia luxuriās, á carnibus iam expletis & quasi saturatis, in venas maiores refundatur, & evomatur.*

3. Adiunctum. *Est laudabilis & alimentarius hic sanguis.*

4. Causa efficiens. *Calor famellæ debilis. Cum enim fœminæ maribus sint frigidiores, non possunt ultimum alimentum totum conficere, & in substantiam corporis convertere, ideoque paulatim ad venas uteri mittitur, ut excernatur.*

5. Tempus *excretionis*
- Incipit *anno ætatis* 14. *plerumque.*
- Desinit *vel*
  - 49.
  - 50.

6. Vsus. *Est necessarius tum ut*
- Fiat *conceptus.*
- Nutriatur *conceptus*
  - In utero.
  - Extra *uterum.*

De Conceptio huius notetur

1. λόγος. *Conceptio est seminis retenti ad officium promotio.*

2. Signa
- Horror *levis totius corporis in seminum concursu.*
- Seminis *retentio si uteri os internum exquisitè conniveat.*
- Lenis *doloris sensus circa umbilicum oberrans.*
- Menstrua *desita.*
- Mammæ *extuberantes.*
- Nausea.
- Vomitus

3. Modus
- 1. Semen *itaque virile, in uterum tanquam in agrum feracissimū effusum, cum fæmineo exquisite miscetur, statimqur expermixtis seminibus matrix colligit sese, & contrahit, & ita corruganttur, ut nullum intus inane spacium relinquat. Arist. 7. de hist. anim. cap. 4.*
- 2. Semen *ita exceptum & arctissime comprehensum suo calore, & ingenita oroprietate fovet uterus, vires ejus sepitas & delitescentes excitat, & ad agendum exstimulat: & ita quod δυνάμει tantum erat, erumpit in actum.*

Conformatio

Dd. Conformatio. *Hic notetur*

1 Seminum *spiritus quo tanquam instrumento divina generandi facultas utitur, in profundum seu centrum subiens, opus formationis fœtus aggreditur, & ὀμγῶν μίξιν in conceptu unit & constituit Arist. 2. de gen anim. cap.* 4.

2. Opus *hoc sine ordinatione, positione, secretione, concretione, densatione, rarefactione, extensione, contractione, non fieri, statuit, Arist. ibid.*

3. Ea propter *in seminis substantiam, ex heterogeneis partibus constantem, dum agere incipit spiritus, dissimiles ejus partes primum secernit, tenuiores quidem, & magis spirituosas intro recondens: frigidiores autem & crassiores, quas fœmineum semen ut plurimum suppeditat, extrinsecus obducens.*

4. Mediæ *illæ & nobiliores seminis partes ad effigiationem membrorum à calore et spiritu inflantur: ex crassioribus autem partibus exsiccatis fiunt membranæ, quibus fœtus regitur et involuitur. Arist. lib 2. de gen. cap 3 & 7. de. histor. anim. cap.7.*

5. Harũ *membranarum numerus est ternarius.*
- Prima *ἄμνιον appellatur, proximè & immediatè fœtum á vertice ad imos pedes involvẽs, & excrementũ serosum cõtinẽs, in quo veluti natat fœtus.*
- Secunda *Allantois dicitur, inter primã & tertiam, tenuis, infirma et angusta, fœtum tantum medium ambiens, estque urinæ receptaculum.*
- Tertium *tunica chorion vocatur, estq; extima, totum fœtum continens, & utero adhærescens, venarum & arteriarum umbilicalium intertectu.*

6. His *velut sepimentis, seminis interior & subtilissima pars dum est obvallata, virtus formativa, spiritus que vitalis ex eodem semine, quod omnes partes potentiæ continent, tam similares, quam instrumentales, simul inchoat, & quasi delineat, ita ut tot harum partium rudia quasi exordiã conspiciantur, idque circa diem septimum fieri solet Arist. 1. de gen. anim. cap.* 4

7. Cum *enim spiritus vitalis, qui opifex est generationis, idem sit, & in eadem materiam á calore dispositam & alteratam uno eodemque agat momento, quid prohibet, quo minus hoc agens naturale omnes partes simul & semel delineet?*

8. Ordine *tamen unum membrum alterum perficit; Aristotele 2. de gen. anim cap. 1. & 2 de partibus anim. cap. 1.*

9. Et nobiliores *& magis necessaria omnium primæ: ignobiliores & minus necessariæ postremæ perficiuntur.*

10. Itaque *partes Spermaticas facultas formatrix primo perficit: maribus quidem 30. fœminis vero 40. aut 42 die.*

11 Neque *obstat, quod doctissimi quidam obiiciunt, tantillum semen his partibus constituendis non sufficere: τὰ μίγμα enim non solum formationi sed etiam auctioni aliquando sufficere, statuit Philosophus lib 3. de gener. anim. cap.7.*

12. Deinde *si hujus modi σπέρμα (quod facto abortu vel animalis viri sectione, fieri potest.) in aquam frigidam conjiciatur, formicæ majusculæ magnitudinem vix superabit. Arist. et lib. 7. de part anim. cap. 3.*

Ee. Partus sive procreatio. In hac notetur

1. Cum *nutritus accrevit infans toto temporis sui spacio, grandior factus prodit in lucem,*

1. Partim *uteri ... lius enim mole & ... fit, mentorum copia gravatus sese exonerare contendit.*

2. Partim *proprio suoq; motu: Spirandi enim necessitas, inopia alimenti, & angustia loci, cogunt illum appetere exitum.*

2. Stato *partus tempore valvæ dehiscunt, quæ à partu mox occluduntur, id quod fieri videmus, inquit Galenus, sed quomodo fiat, admirari tantū possumus. Avicenna appellat opus supra mirabilia omnia mirabile.*

3. Dehiscente *utero, infans procedit in caput, & crebra vehementi calcitratione membranæ tres distrahuntur & divelluntur, & ita ex naturæ præscripto editur infans.*

4. Partus *hic certum non habet nec definitum in homine tempus: quidam enim septimo, ut plurimum nono, rarissimè undecimo nascuntur: Octavo enim mense partus editus, raro aut nūquā vitalis esse cōsueuit. Arist. lib. 7. de hist. arm.* 4

Ff. Zoophyta. In hac notetur

1. λόγος ζωόφυτα *sunt naturæ corporeæ, quibusdam tantum sensibus motuque contrahendi sese dilatandique prædita.*

2. Nomen: *Ab Hermolao dicuntur Plantanimalia: A Budæo Plantanimes: ob mediam & tertiam naturam inter plantas & animalia Nam cum animalibus sensum tantummodo habent: unde suaviter attracta & affecta sese dilatant, compūcta verò contrahunt. In effigie autem corporis ad naturam plantarum accedunt.*

3. Formæ, *quæ pro maiore vel minore sentiendi virtute differunt Omnia tamen adhærent vel*

- Saxis
- Areæ
- Limo

ut sunt

- Holothurio.
- Stella *marina.*
- Pulmo *marinus.*
- Vrtica.
- Spongia.
- Arbor, *q̄ in provīcia Putiferāea oritur: quæ appropinquante homine quasi verecunda contrahit ramos, recedēte expandit: quam ob causam incolæ arborem* Pudicam *nominant. Scaliger.*

μμμμμ. Secundæ coctionis partes aut

- Vtile *alimentum elaborant. Tale est Epar; hujus notetur*
  - 1. λόγος. *Epar est pars organica infimi ventris, constans carne rubra, sanguini nuper coagulato simillima, proximè sub diaphragmate in dextro hypochondrio sita, sanguinis officina.*
  - 2. Actio *χύμωσις, αἱμάτωσις.*
  - 3. Partes *seu* superficies *quæ sunt*
    - 1. Exterior, *gibba dicta, quæ levis est.*
    - 2. Interior, *cava dicta, quæ aspera est.*
- Excremêtum *inutile evehunt. Hæc evacuant humorem vel*
  - Biliosum. *Et itabilem vel*
    - Flavam quã *excipit vesica fellea, cujus notetur*
      - 1. λόγος. *Vesicula fellea est pars membranea, unicam & simplicem habens tunicam sed variam triplici villorum genere textam, oblonga rotundaque cavæ iecoris parti connexa bilem ex illo attrahens & in intestina propellens.*
      - 2. Ductus *duo*
        - Vnus *in hepar distinguitur, bilem in se alliciens.*
        - Alter *in duodenum fertur, eandem in intestina detrudens.*
    - Atram, *quam excipit lien, qui est membrum rarum, fungosum, carne obscura constans, in sinistro hypochondrio situm, ex adverso iecoris, atque ex illo atram bilem attrahens.*
  - Seorsum. *Hujus membra expurgatia sunt*
    - 1 Renes *horum notetur*
      - 1 Numerus. *Sunt duo.*
      - 2. λόγος. *Sunt partes carnosæ, densæ, & maximè solidæ, humore seroso sanguinem repurgantes.*
      - 3. Ministri
        - Venæ emulgentes, *quæ sunt venæ à vena cava orta, & in renes inserta, aquosam superfluitatem ex sanguine emulgentes & ad renes devehentes.*
        - Vreteres, *qui sunt duo urinarij canales, orti ex lacunis renum, albi, constantes una simplici tunica, urinam vreium secretam in vesicam deducentes.*
    - 2. Vesica: *hujus notetur*
      - 1. λόγος. *Vesica est pars nervosa, duabus tunicis constans, triplici fibrarum genere intexta, rotunda & aliquantum oblonga, sita in hypogastrio, urinam ab ureteribus acceptam foras excernens.*
      - 2. Partes
        - 1. Fundum, *in quo continetur urina. & hoc sensim in cervicem carnosiorem desinit: musculo cingitur, qui ianitoris vicem gerit, ne invitis nobis effluat urina.*
        - 2. Cervix.

Membra

Membra *generationi servientia sunt vel*

- *Vtrique sexus communia eaque sunt*
  - 1. Vasa seminaria
    - 1. λόγ☉. *Sunt vasa à testibus sursum ascendentia, in* παραςάτlω ἀδ-ωσειδῆ *inserta, semenque utilem superfluitatem massæ sanguineæ, quæ materia est seminis spiritumque vitalem, qui calorem seminis producit in actum, ad testes deferentia.*
    - 2. Partes
      - Dextrum ἀμίσως *à trunco descendentis cavæ ortum.*
      - Sinistrum, *ab emulgente ramo profectum.*
  - 2. Testes *horum notetur*
    - 1. λόγ☉. *Sunt partes molles glandulosæ, albæ, raræ, & cavernosæ, in quibus semen excoquitur & perficitur.*
    - 3. Locus
      - Maior *in viris.*
      - Minor *in fœminis.*
    - 2. Quantitas
      - Extra corpus *in viris.*
      - Intra corpus *in mulieribus, utrique lateribus uteri accumbens.*
  - 3. παραςάται, *sunt duo vasa candida, glandulosa & cavernosa, orta á testibus, semen in testibus elaboratum deferentia: in viris ad penis radicē in fœminis ad fundum matricis.*
- *Vni peculiaria membra competunt vel tantum*
  - Viris: *ut, virga seu penis hujus notetur*
    - 1. λόγ☉. *Est pars in maribus pendula prælonga, undiquaque fistulosa, ad semen exernendum aptissima.*
    - 2. Partes
      - 1 Duo *nervi cavi.*
      - 2. Meatus *unicus, semini & urinæ communis.*
      - 3 4. Musculi.
      - 5. Venæ *& nervi plurimi.*
      - 6. Membrana *nervosa.*
      - 7. Cutis.
    - Extremitas *glans, constans nervosa substantia, quæ tegitur cuticulari excrescentia, quæ dicitur Præputium.*
  - Fæminis: *ut Matrix vel uterus, qui est pars fœminæ membranea, tunica constans, velut ex duabus dividuis cogmentatus, rotunda in infimo ventre sita propria & ingenita facultate ex semine prolifico fœtum efformans, eundem fovens, maturumque excludens.*

§§§§§. Ventris Medij notetur

1. Commune *interstitium*, Diaphragma; *quod est panniculus rotundus, ex carne, nervis & membranis constans, undique lateribus transversim, et dorso circa duodecimam vertebram alligatus, membra naturalia à vitalibus dirimens.*

2. Succingens *quadam et amplectens omnes in thorace contentas partes membrana firmissima roborisque nacta plurimum Plevra dicta.*

3. Partes *quæ sunt*

Cor *hujus notetur*

1. λόγος: *Cor est pars principalis ventris medij, dura, densa & solida carne constans, triplici villorum genere intertexta, figura pyramidali & nuci pineæ non dissimilis, facultatis vitalis domicilium, estque vitæ principium fons caloris & vivifici nectaris, arteriarum ῥίζωμα & scaturigo pulsus & respirationis primus autor, quo vigente vigent omnia, languente languescunt intereunte intereunt.*

2. Partes

Dextra, *q̃ vocatur, vēter, sinus & thalāus dexter. Hujus notetur*

1. λόγος: *Refert formam Lunæ crescentis, & sinistrâ multò major est, atque ex vena cava sanguinem eò influentem excipit, præparat, & perficit magis, eumque distribuit partim in pulmonem pro ejusdem nutritione, partim in sinistrum cordis sinum, per meatus non admodum occultos, ut sit materia spirituum vitalium.*

2. Duo vasa *quæ sūt*

Vena cava, *hujus ostio præiacet appendix membranosa anfractuosa auricula à similitudine dicta, amplior, crassioris sanguinis conceptaculū.*

Vena arteriosa.

Sinistra, *q̃ dicitur vēter, sinus et thalamus sinister. Hujus notetur*

1. λόγος. *Habet formam coni, ac superior est, magisq; in substantiam cordis demersus, spiritum vitalem ex purissimo sanguine genitum cōtinens, & in corpus aortam distribuēs, & vicissim aërem, ex pulmone per arteriā venosam accipiēs.*

2. Duo vasa *quæ sūt*

Arteria magna.

Arteria venosa. *Hujus orificio adiacet appēdix membranosa anfractuosa, auricula à similitudine dicta, minor, aëris conceptaculum.*

Inter utramque interjectus est paries quidam discludēs, vulgo septum medium dictus, crassus quidem primo introitu apparens, sed paulo post accuratius inspectāti, multis foraminibus pervium, ut à dextro in sinistrum sinus facilius sit aditus, quicquid contra Galenum Neoterci clamitent.

Plumo, *Vide. . . . .*

Pulmonis

oooo. **Pulmõis noetur**

λόγος: *Est pars rara, levis spongiosa ac velut ex spumoso sanguine concreta, testudini similis, in thorace sita, ejusque totam cavitatem implens respirationis & vocis organum.*

2. Partes *per Membranam (quæ dicitur Mediastinus) distincta sunt duæ:* Dextra / Sinistra — Vtraque *duobus constat globis: uno* Superiore / Inferiore — Discretis *sæpè* Palam. / Obscurè

ππππ π. Supremi ventris *organum facultati animali inserviens est* Cerebrum. *Hujus noetur*

1. λόγος: *Cerebrum est pars mollis, alba, & Medullaris, ex purissima seminis & spirituum portione fabricata, in gyros quasi circumvoluta, à menyngibus circumdata, & in cranij cavitate contenta, facultatis animalis principium.*

2. Locus. *Hoc viscerum est excelsissimum, proximumque calo: Hanc habent sensus arcem: hic culmen altissimum: hic mentis regimen. Est enim cerebrum non modo sensuum sedes, & motuum προαιρετικῶν artifex, sed & sapientiæ est domicilium, memoriæ, iudicij, cogitationum, quibus Deo genus hominum est simillimum.*

3. Partes

1. Propriæ *continentes sũt duæ mẽbranæ, quarum altera est*

- Dura mater *sive* Menynx *est Membrana exterior, dura cuticularis, supra piam cranio alligata, cerebrum cingens, & undique muniens.*
- Pia mater. *Hujus noetur*
  - 1. λόγος. *Pia mater est membrana tenuissima, proximum & immediatum cerebri velamen, non exteriorem modo superficiem tegens, sed in penitiores ejus recessus pervadens.*
  - 2. Finis *tenuitatis*
    - 1. Vt *in omnes cerebri sinus se insinuet.*
    - 2. Ne *gravitate & pondere cerebro sit molesta.*
    - 3. Vt *vasa per vniversum cerebri corpus deducat.*

2.

- Anterior *hujus noetur*
  - 1. λόγος. *Anterior propter Magnitudinem totius Nomen retinet & propriè ἐγκέφαλος cerebrum dicitur.*
  - 2. Adjunctæ *cavitates amplæ, intervallis realiter distinctæ quæ nominantur ventriculi Horum, Vid gggg.*
- Posterior παρεγκεφαλίς, *cerebellum, vocatur, quod videtur Natura in anterioris subsidium fabricasse, ut scilicet transmissum à cerebri finibus animalem spiritum conservaret, & spinali medullæ adaptaret.*

ssss Horum noteiur

1. λόγος. *Sunt receptacula spirituum, qui per arterias assidue ex corde ad vehuntur, & in his lucidiores, & quasi exigneis calestes flamma fiunt, ad actiones animales ritè perficiendas.*

2 Numerus quaternarius

1. *Dexter hujus noteiur*
   - 1. λόγος: *Est qui consistit in dextra cerebri parte, per totam ejus longitudinem protensus, ab anterioribus ad posteriora figuram secti circuli referens.*
   - 2. Vsus: *spirituum animalium praparatio & generatio.*

2. Sinister, *qui in sinistra cerebri parte consistens, eandem cum dextro habent formam situm, usum. Huc ponunt sensum communem, qui diversorum sensuum obiecta discernit.*

3. Medius, *qui est duorum ventriculorum concursus, & communis cavitas, in quam superiorum ventriculorum uterq; humiliore sui sede dehiscit. Huc ponunt imaginatricem.*

4. Quartus *sinus est cerebello & spinali medulla communis, omnium minimus & solidissimus, qui spiritus animales á prioribus excipit, & spinali medulla transmittit. Hic conservatur Memoria.*

ssss. Animal *est vel*

ἄλογον

1. Nomen *Dicitur Bestia.*

2. λόγος. *Est animal ratione carens, sensu tantum praditum.*

3. Distributio *Bestiarū alia sūt*
   - Perfectiores, *q̄ corpus habent integrum et casura carent, quaque sanguine quem intra se gignunt sunt pradita. Sunt*
     - Terrestres: *hæ sūt qua aerem inspiratiōe hauriunt, & extra aquam in terra degunt vel saltem exeadē victum petunt. Suntque vel*
       - Gressibiles, *qua utuntur gressu in terra. Suntque vel*
         - Quadrupedes. *Vide.* τττ ττ.
         - Reptiles. *Vide.* υυυυυ.
       - Volatiles *Vide.* φφφφφ.
     - *Aquea. Vide.* χχχχχ.
   - Imperfectiores. *Vide.* ⊚ ⊚ ⊚

Ἔλλογον *sive* λογικόν. *Vide.* .*Aa.*

Quadrupedes.

rrrrr Quadrupedes. *Horum noteeur*

1. λόγος. *Sunt quæ pedibus incedunt quaternis iisdem propemodum, quibus homo, partibus constantes, nisi quod pro brachiis pedes habent priores.*

2. Varia constitutio. *Nam in* { Canibus *bilis.* / Porcis *phlegma* / In aliis *alij humores.* } *excellunt.*

3. Distributio in

Oviparas *sūt quæ ova pariunt, ex quibus deinde foris animal excludunt. ut,*
- Ranæ.
- Crocodilus.
- Lacerta.
- Salamandra.
- Stellio.
- Chamæleon.
- &
- Serpentes *quatuor pedibus præditi.*

Viviparas *harum noteeur*

1. λόγος. *Sunt quæ vivum animal & perfectum pariunt.*

2. Facultas *respirationis. Habent enim pulmonem amplum, densum, carnosum, sanguine refectum, ideoque respirant.*

Fœtificatio Quædam
- Paucos *fœtus edunt, ut quæ*
  - Pedem habent *solidum ut.* { Equus. / Asinus. *&c.* }
  - Cornibus *carent item bisulca quæ plærumque sunt cornutæ: ut,* { Bos. / Cervus. / Caper *&c.* }
- Multos *fœtus edunt, ut multifida, quæ pedes habent in plures partes sectos: ut* { Canes. / Simiæ. }

vvvvv

Reptiles *sunt, quæ humi repunt et vel*
- Serpentes, *qui serpendo & concolvendo se promovent.*
- Omnis *generis vermes, qui perinde, ut aliæ quadrupedes ovi paræ, ova pariunt.*

Digitized by Google

ΦΦΦΦΦ

Volatiles *bestiæ sunt quæ utuntur in aere volatu: ut Aves. Harum notetur*

1. λόγος. *Sunt aereæ naturæ bestiæ, bipedes, multifidos pedes habentes & alis seu pennis supra terram volando se promoventes.*

2. Defectus *renium & vesicæ quo fit, ut nec urinam emittant, sicuti quoque exiguo potu sunt contenta ob naturam calidam & siccam quam habent.*

3. Generatio. *Fit ex ovo, ac imprimis ex albugine: vitello enim nutritur, donec excludatur. Vegetantur autem & vitam concipiũt ova à calore fœminarum incubantium.*

4. Tempus *excludendi: Æstate celerius quam hyeme. Gallinæ enim die* 18 *fœtum excludũt æstate, hyeme* 25.

5. Nisi *pariant laborant morbo, & intereunt.*

Distributio *ratione victus in*

- Carnivoras, *ut sunt, quæ ungues habẽt adũcos: ut,*
  - Accipiter.
  - Milvus &c.
- Vermivoras.
- Herbivoras.
- Frugivoras.

Aquec

XXXXX. Aqueæ bestiæ *sunt q̃ in aqua degunt ejusq; naturam ac temperamẽtum obtinẽt ut pisces. Piscis notetur*

1. λόγος. *Est animal sanguineum, aquea & frigida substantia, corpore oblongo, cute squamata, in aqua degens.*

2. Propagatio. *Fit per seminalem ut plurimum propagationem, sed cum hoc discrimine, ut quidam ova generent, & aquis fovenda committant: quidam verò vivos pariant fœtus, ut, Cete ingentia, Delphinus phoca.*


3. Tempus *coitus. Gregatim parcum pari versantur, & coëunt in occursu levi & exiquo contactu, ut visum fallant, concipiuntque fæmellæ ova in matrice, sed ea non perficiunt, nec fœtus dant priusquam à lacte seu semine masculi aspergantur, in quæ enim ova semen masculi ejicitur, ex illis fiunt pisces: reliqua manent sterilia.*

4. Partes.
- 1. Cor, *quod plerùque inest, sed inversum, contra quàm in cæteris animalibus, à quo in branchias meatus quidam porriguntur, per quos humorem, quẽ ore acceperunt, reddũt, & fit ventilatio & refrigeratio quoque cordis.*
- 2. Dentes, *qui ferè omnes serrati sunt, & non nullis in lingua quoque siti.*
- 3. Lingua, *quæ dura est & pene spinea, ac ita debarescens, ut interdum lingua carere videantur.*
- 4. Audiendi, *odorandi & sentiendi partes conspicuas habent nullas.*
- 5. Oculi *sine palpebris.*
- 6. Pulmone *carent & aspera arteria, ideoque non edunt vocem nec spirãt.*




Degentes *in aqua & terra ἀμφίβιοι dictos, Vide. ωωωωω.*

Digitized by Google



- ✝✝✝✝✝. **Exsangues** & vel
  - Molles *quæ neque squamas, neque asperam cutẽ neque testeam habent: ut sunt*
    - Sepia.
    - Loligo.
    - Lolius.
    - Polypus.
    - Lupus marinus.
  - Duros, *qui crusta aliqua vel testa perdura, integuntur: ut sunt*
    - Cancer.
    - Conchylia.
    - Ostrea. &.
- ωωωωω. **Horum** *noteatur*
  - 1. λόγος. *Amphibia sunt ancipitis naturæ in utraque sede viventia, habentque pulmones & respirant, dormiunt quoque ore, vel fistula, extra aquam exserta.*
  - Distributio *in*
    - Quadrupedia *ut sunt*
      - Rana.
      - Crorodilus.
      - Lutra.
      - Taxus.
    - Reptilia: *ut Natrix.*
    - Volucria: *ut*
      - Mergus.
      - Vrinatrix.
      - Anas.
- ⊕⊕⊕. Imperfectiores *sunt quarum corpus non ita cohæret, sed divisũ quodammodo apparet, quæque sanguine carent, atque ex putredine oriuntur: ut,* Insecta. *Horum noteatur*
  - 1. λόγος: *Insecta sunt bestiæ imperfectiores, sanguine carentes, incisuris distinctum corpus habentes, & propterea non respirantes.*
  - 2. Partes *tres*
    - Caput.
    - Venter.
    - Intermedium *aliquod spacium.*
  - 3. Murmur *quod edunt apes & muscæ non fit spiritum reddẽtibus visceribus, sed agitatu interioris spiritus. Omnia enim illa mẽbrana septo trãsverso subdita, qua præcinctum corpus distinguitur, & ad quam spiritus ibi inclusus atteritur, sonant seu obstrepunt.*
  - 4. Generatio
    - 1. Ex cænosa *terra & putrissimo ut ex*
      - Oleribus *putrescentibus erucæ.*
      - Aqua *putri culices.*
      - Luto *vermes.*
    - 2. Ex mixto *et putrescente cadavere ut*
      - Ex asino *scarabei.*
      - Ex tauro *apes.*
      - Ex equo *vespæ.*
    - 3. Causa efficiens
      - Calor cœlestis *in aëre diffusus eorum scilicet quæ ex putri materia oriuntur.*
      - Calor misti, *in ijs qui ex misto & putrescente oriuntur.*
  - 5. Genera. *Vide.* * *

Genera



A a. Hominis *notetur*

1. λόγος. *Est animal ratione præditum.*

2. ἐξοχή. *Ut omnium creaturarum nobilissimus est, ad cujus utilitatem cætera omnia sunt facta: ita corporis & omnium partiũ structuram præ aliis animalibus elegantissimam et pulcherrimam habet. Pronaque cum spectent animalia cætera terram, Os homini sublime dedit cælumque tueri, Iussit & erectos ad sidera tollere vultus.*

3. Principium.

- Efficiens *spiritus in semine Maris et fæminæ prolifico et fæcũdo. Hujus notetur*
  - 1. λόγος: *semen est corpus humidum, spumosum & album, ex reliquiis alimenti ultimi, & spirituum ubiq; oberrantium permistione, vi testium insita elaboratum, generandi animalis gratia.*
  - 2. Partes
    - Serosa *humiditas, quæ ex sanguine generatur: Unde semẽ esse excremẽtum non substantia, sed abundantia utile, Ultimi alimenti sanguinei asserit* Aristoteles *1. de generat. animal. cap. 18. & 19.*
    - Spiritus, *seu pars spiritualis, quæ nihil aliud est, quã spiritus vitalis, q. p arterias spermaticas ad testes defertur ubicũ sanguine exquisitè miscetur, et ex duobus unicum fit corpus: ideoque semen compositum esse ex spiritu & aqua ait* Aristoteles *2. de generatione: cap. 2.*
- Materiate et passivũ
  - Serosa *humiditas seu crassamẽtũ in semine.*
  - Sãguis *maternus seu Mẽstruus Vi. Bb*

4. Coceptio. *Vide. C c.*

5. Conformatio *Vide. D d.*

6. Procreatio, *sive partus Vide. E e*

Hujus

... Huius notetur

1. λόγος. *Sanguis maternus seu menstruus qui est excrementum sanguinis, genitum à calore fæminæ propter speciei, conservationem.*

2. Nomen. *Dicitur menstruus, quod, singulis mensibus excernatur, quitamen statim á cōceptione cohibetur. Dicitur etiam excrementū sanguineū, non quòd assimilari nequeat, & qualitate sit noxium (falsò enim neoterici quidam hoc affirmāt.) sed quod quantitate nimia luxuriās, á carnibus iam expletis & quasi saturatis, in venas maiores refundatur, & evomatur.*

3. Adiunctum. *Est laudabilis & alimentarius hic sanguis.*

4. Causa efficiens. *Calor famellæ debilis. Cum enim fæminæ maribus sint frigidiores, non possunt ultimum alimentum totum conficere, & in substantiam corporis convertere, ideoque paulatim ad venas uteri mittitur, ut excernatur.*

5. Tempus *excretionis*
- Incipit *anno ætatis* 14. *plerumque.*
- Definit *vel*
  - 49.
  - 50.

6. Vsus. *Est necessarius tum ut*
- Fiat *conceptus.*
- Nutriatur *conceptus*
  - In utero.
  - Extra *uterum.*

Conceptio huius notetur

1. λόγος. *Conceptio est seminis retenti ad officium promotio.*

2. Signa
- Horror *levis totius corporis in seminum concursu.*
- Seminis *retentio si uteri os internum exquisitè conniveat.*
- Lenis *doloris sensus circa umbilicum oberrans.*
- Menstrua *desita.*
- Mammæ *extuberantes.*
- Nausea.
- Vomitus

3 Modus
- 1. Semen *itaque virile, in uterum tanquam in agrum feracissimū effusum, cum fæmineo exquisite miscetur, statimque expermixtis seminibus matrix colligit sese, & contrahit, & ita corrugantur, ut nullum intus inane spacium relinquat. Arist. 7. de hist. anim. cap. 4.*
- 2. Semen *ita exceptum & arctissime comprehensum suo calore, & ingenita oroprietate fovet uterus, vires ejus sopitas & delitescentes excitat, & ad agendum exstimulat: & ita quod δυνάμει tantum erat, erumpit in actum.*

Conformatio

Dd. Conformatio. *Hic notetur*

1 Seminum *spiritus quo tanquam instrumento divina generandi facultas utitur, in profundum seu centrum subiens, opus formationis fœtus aggreditur, & ὁμογενῆ μέρη in conceptu unit & constituit* Arist. 2. de gen anim. cap. 4.

2. Opus *hoc sine ordinatione, positione, secretione, concretione, densatione, rarefactione, extensione, contractione, non fieri, statuit,* Arist. ibid.

3. Ea propter *in seminis substantiam, ex heterogeneis partibus constantem, dum agere incipit spiritus, dissimiles ejus partes primum secernit, tenuiores quidem, & magis spirituosis intro recondens: frigidiores autem & crassiores, quas fœmineum semen ut plurimum suppeditat, extrinsecus obducens.*

4. Mediæ *illæ & nobilores seminis partes ad effigurationem membrorum à calore et spiritu inflantur: ex crassioribus autem partibus exsiccatis fiunt membrãæ, quibus fœtus regitur et inuoluitur.* Arist. lib 2. de gen. cap 3 & 7. de. histor. anim. cap. 7.

5. Harũ *membranarum numerus est ternarius.*
- Prima *ἄμνιον appellatur, proximè & immediate fœtum á vertice ad imos pedes involvẽs, & excrementũ serosum cõtinẽs, in quo veluti natat fœtus.*
- Secunda *Allantois dicitur, inter primã & tertiam, tenuis, infirma et angusta, fœtum tantum medium ambiens, estque urinæ receptaculum.*
- Tertium *tunica chorion vocatur, estq́ extima, totum fœtum continens, & utero adhærescens, venarum & arteriarum umbilicalium intertextu.*

6. His *velut sepimentis, seminis interior & subtilissima pars dum est obvallata, virtus formativa, spiritus que vitalis ex eodem semine, quod omnes partes potentia continent, tam similares, quam instrumentales, simul inchoat, & quasi delineat, ita ut tot harum partium rudia quasi exordiã conspiciantur, idque circa diem septimum fieri solet.* Arist. 1. de gen. anim. cap. 4.

7. Cum *enim spiritus vitalis, qui opifex est generationis, idem sit, & in eadem materiam á calore dispositam & alteratam uno eodemque agat momento, quid prohibet, quo minus hoc agens naturale omnes partes simul & semel delineet?*

8. Ordine *tamen unum membrum alterum perficit;* Aristotele 2. de gen. anim cap. 1. & 2 de partibus anim. cap. 1.

9. Et nobiliores *& magis necessaria omnium primæ: ignobiliores & minus necessaria postremæ perficiuntur.*

10. Itaque *partes Spermaticas facultas formatrix primo perficit: maribus quidem 30. fœminis vero 40. aut 42 die.*

11 Neque *obstat, quod doctissimi quidam obiiciunt, tantillum semen his partibus constituendis non sufficere: exiguum enim non solum formationi sed etiam auctioni aliquando sufficere, statuit Philosophus lib 3. de gener. anim. cap. 7.*

12. Deinde *si hujus modi exiguum (quod facto abortu vel animalis vivi sectione, fieri potest.) in aquam frigidam conjiciatur, formicæ majusculæ magnitudinem vix superabit.* Arist. lib. 7. de part anim. cap. 3.

13. Post *spermaticam delineationem carnosa effinguntur, ex altero generationis principio, sanguine scilicet, qui per umbilicalem venam effluit.*

14. Cum *autem triplex sit caro, quæ visceribus innascitur. 1. caro viscerum* παρεγχύμα. *2. Caro musculorum, quæ proprie & absolute caro dicitur. 3. Peculiaris cujus libet partis caro: Triplicem quoque hanc carnem non simul, sed ordine generari verosimile est.*

15 Primum *enim carnes parenchymatum, mox caro peculiaris partium, & demum musculorum carnes coagmentantur.*

16. Atque *inter parenchymata, primum omnium hepar perficitur, quia sanguinem eò primum refundit umbilicalis vena, quo fuso concretoque fit caro: deinde cordis tum reliquorum viscerum.*

17 Ita *ergo dearticulatus & absolutus infans incipit post. 45. dies. Et primum vitã plantæ vivit imperfectissimam, post modo animalis, postremo hominis. Aristote. 1. de gen anim & 2. de gen. anim. 3.*

18. Id autem *non ratione formæ (quia simplex est & individua) sed ratione materiæ, hoc est organorum quibus ad actus secundos & functiões edendas, utitur nobilis illa* ἐντελέχεια. *Arist. 2. de gen. anim. c. 3.*

19. Suscipit *autem alimentum Embryo per umbilicum tantum, quod dein iecur conficit, & omnibus membris ministrat: nondum tamen movetur propter imbecillitatem cerebri & nervorum mollitiem.* Arist. *7. de hist. anim cap. 9.*

20. Tenella *& inbecilla infantis membra paulatim à calore resiccãtur, & solidãtur & sensoriis perfectis incipit fœtus sentire, mox movere & calcitrare.*

21. Citius *vero mas quàm fœmina movetur: mares enim quia 30. die conformantur, nonagesimo moventur, qui dies tertium mensem complet; fœminæ quia 42 die conformantur, vigesimo & centesimo movẽtur, hoc est, circa finẽ mẽsis quarti.*

Partus.

Digitized by Google

Ee. Partus sive procreatio. In hac notetur

1. Cum *nutritus accrevit infans toto temporis sui spacio, grandior factus prodit in lucem,*
- 1. Partim *uteri conatu: Illius enim mole & excrementorum copia gravatus sese exonerare contendit.*
- 2. Partim *proprio suoque motu: Spirandi enim necessitas, inopia alimenti, & angustia loci, cogunt illum appetere exitum.*

2. Stato *partus tempore valvæ dehiscunt, quæ à partu mox occluduntur, id quod fieri videmus, inquit Galenus, sed quomodo fiat, admirari tantū possumus. Avicenna apellat opus supra mirabilia omnia mirabile.*

3. Dehiscente *utero, infans procedit in caput, & crebra vehementi calcitratione membranæ tres distrahuntur & divelluntur, & ita ex naturæ præscripto editur infans.*

4. Partus *hic certum non habet nec definitum in homine tempus: quidam enim septimo, ut plurimum nono, rarissimè undecimo nascuntur: Octavo enim mense partus editus, raro aut nūquā vitalis esse cōsueuit. Arist. lib. 7. de hist. arm.* 4


Ff. In quibus notetur

1. λόγ☉ ζωόφυτα *sunt naturæ corporeæ, quibusdam tantum sensibus motuque contrahendi sese dilatandique prædita.*

2. Nomen. *Ab Hermolao dicuntur Plantanimalia: A Budæo Plantanimes: ob mediam & tertiam naturam inter plantas & animalia Nam cum animalibus sensum tantummodo habent: unde suaviter attracta & affecta sese dilatant, compūcta verò contrahunt. In effigie autem corporis ad naturam plantarum accedunt.*

3. Formæ, *quæ pro maiore vel minore sentiendi virtute differunt Omnia tamen adhærent vel*
- Saxis
- Arēæ
- Limo

ut sunt
- Holothurio.
- Stella *marina.*
- Pulmo *marinus.*
- Vrtica.
- Spongia.
- Arbor, *q̄ in provīcia Putiferāea oritur: quæ appropinquante homine quasi verecunda contrahit ramos, recedēte expandit: quam ob causam incolæ arborem* Pudicam *nominant. Scaliger.*



F f. Animæ notetur

- 1. λόγος. *Anima est ἐντελέχεια corporis physici & organici, vitam habentis potentiâ Arist. 2. de Anima cap 1. Text. 60. Seu: Anima est principium quo vivimus, sentimus, movemur & intelligimus primò. 2. de An. cap. 2. text. 18.*
- 2. Potentiæ *tres*
  - Vegetans *plantarum hujus notetur*
    - 1 λόγος. *Anima vegetans est actus primus corporis organici physici, quo illud vivit, nutrimento assumpto nutritur, augetur, & simile sibi in specie gignit.*
    - Facultates *tres*
      - Altrix *hujus notetur*
        - 1. λόγος: *Est animæ vegetantis facultas, nutrimentum vi caloris innati, in corporis animati substantiam convertens, ut reparetur id, quod absumitur.*
        - 2. Operatio. *Est nutritio: hujus notetur*
          - 1. λόγος: *Est alimenti transmutatio unio naturalis.*
          - 2. Requisita
            - 1 Aliquid *quod nutriat scilicet anima vegẽs.*
            - 2. Aliquid *quod nutriatur scilicet corpus vivens.*
            - 3 Aliquid *quo nutriatur scilicet nutrimentum*
          - 3. Servæ *facultates*
            - Cōcoctrix *hujus notetur*
              - 1. λόγος: *Est facultas nutritioni famulans, quæ alimentum receptum & aliquandiu retẽtum nativo calore subigit & alterat.*
              - 2. Concoctionis. *differentia*
                - Elixatio. *Vide. Gg.*
                - Maturatio *Vide. Hh.*
                - Assatio. *Vide Ii.*
              - 3 Opposita *κακεψία, quæ est imperfectio & privatio concoctionis, ob nativi caloris penuriam quæ frigus dicitur.*
              - 4. Concoctionis *subjecta Vide. Kk.*
            - Attractrix *est facultas ministra, alimentum conveniens per villos rectos intra membra recipiens: Scaliger.*
            - Retentrix *est vis famulans, attractum nutrimentum, donec alteretur per fibras obliquas conservans.*
            - Expultrix *est facultas ministra, alteratum vel secretum à partibus per villos transversos expellens.*
      - Auctrix. *Vide. Ll.*
      - Procreatrix *seu generatrix. Mm.*
    - 3. Affectio, *Vita. Vide. Nn.*
    - 4. Privatio, *Mors. Vide Qq*
  - Sentiens *bestiarum Vide Rr.* — p. 170
  - Intelligens *hominum. Vide Ss.* p. 153

Elixationis

Digitized by Google

Gg Elixationis *notetur*

1. λόγος. *Elixatio est indefiniti humidi concoctio, ab humido calido facta.*
2. Res elixanda. *Est humor aereus seu aqueus, cuius concoctio ab eo calore fit, qui in humore inest. Ideò quæ in sartagine coquuntur, non elixantur, sed assantur, quppe cum ab igne & mutentur & afficiantur.*
3. Res non elixanda. *Id enim, in quo nihil humoris inest, non elixatur: ut sunt lapides: Neque ea in quibus inest quidem humor, non tamen præ crassitie superari potest: ut sunt ligna.*
4. Imperfectio, μώλυνσις, *quæ est elixatio rudis, facta propter defectum caloris, qui in circumfuso humore inest.*

Hh Maturationis *notetur*

λόγος. *Est alimenti ejus, quod in arborum fructibus inest concoctio.*
2. Subjecta *maturabilia sunt omnia, quæ fiunt ex aereis humida, ex humidis tenuia, ex tenuibus crassiora.*
3. Causa. *Natura ipsa eorumque maturescunt alia ad se allicit alia reiicit.*
4. Opposita *cruditas ὠμότης: quæ est imperfecta mutatio fructus alimenti, ob defectum caloris maturantis.*

Ii Assationis *notetur*

λόγος. *Assatio est concoctio humidi interni facta à calore sicco & extraneo.*
2. Contraria στάτευσις, *semiustalatio, quæ est imperfecta assatio propter caloris inopiam.*

Kk Concoctionis *subjecta sunt tria à quibus triplex est concoctio*

1. Prima *exercetur in ventriculo, & dicitur chylificatio χύλωσις.*
2. Secunda *in epate, & dicitur sanguificatio αἱμάτωσις.*
3. Tertia *in singulis partibus, & dicitur assimilatio, ὁμοίωσις.*

Digitized by Google

Ll. Auctricis *spectetur*

1. λόγος. *Est vis animæ vegetantis, qua corpus animatum, ex assimilato alimēto nutritum in omnes dimensiones extenditur, & iustam magnitudinem consequitur, ad edendas proprias & convenientes actiones.*
2. Obiectum *idem cum obiecto altricis, scilicet Nutrimentum.*
3. Subiectum, *corpus animatum.*
4. Effectrix *causa, Anima.*
5. Instrumentum, *Nativus calor.*
6. Identitas *cum altrice, Scaligero quidem exerc.* 101. *sect.* 17.

Differentia *ab altrice. Differt*

1. Fine. *Altricis enim facultatis finis est instauratio partium consumptarum: Auctricis acquisitio iustæ magnitudinis.*
2. Forma. *Nutritionis forma est ipsa mutatio seu assimilatio: Accretionis motus extensionis.*
3. Modo mutationis. *In nutritione nulla fit mutatio corporis secundum locum: Auctionem loci sequitur mutatio.*
4. Ratione temporis: *Nutrix semper durat, quam diu corpus vivit: Auctrix definitam habet metam: Cessans post annum ætatis.*30.

Mm. Procreatrix *seu* genitrix: *hujus notetur*

1. λόγος. *est vis animæ, ex semine prolifico novam substantiam effingens, et similem ei quod nutritur, ad perpetuā speciërū conservationem.*
2. Facultates *administræ*
   - Alteratrix, *quæ est facultas ministra, quæ semē, subiectam generationis materiam non solum imprimit, verum etiam in secundis qualitatibus mutat & alterat.*
   - Formatrix πλαστικὴ δύναμις, *quæ corpus ipsum distinctius efformat ut seperatam formam acquirat; divinæ prorsus originis, omnibus insita seminibus.*

Vitæ

Digitized by Google

Nn *Vitæ notetur*

1. λόγος. *Vita est anima, eiusque organi corporis per coniunctionem & unionem utriusque actus & vigor.*

2. Subiectum *calidum & humidum radicale legitima mensurâ temperata.*

3. Adiūctæ *longitudinis vel brevitatis causa*
- 1 Calor. / Humor.
- 2. Cœlestium *corporum influxus.*
- 3. Syderum *aspectus & irradiatio.*
- 4. Qualitas *regionis.*
- 5. Soli *bonitas, inclementia.*
- 6. Temperamentum *naturale.*
- 7. Sexus, *Masculinus est fœmina vivacior.*
- 8. Sex *res non naturales medicis dicta &c.*

4. Adiuncta *ætas hujus notetur*
- 1. λόγος. *AEtas Scaligero est rei existentia sub tempore. Vel est vitæ periodus & spatium, quo insitum corporis viventis temperamentum per se evidentem mutationem subit.*
- 2 Discrimina *tria seu species*
  - Pueritia *hujus notetur*
    - λόγος. *Est prima ætas, qua generantur & perficiuntur animata, eaque in annum ferè quintum & vicesimum profertur.*
    - 2. Adjūcta *est*
      - 1 Calida & Humida — *Tum enim calor innatus plus humidi aerei vitalis instaurat & reficit, quam absūptum fuerit, ideoque etiam corpora plurimū adolescunt.*
      - 2 Analoga *veri.*
    - 3. Species
      - Infantia, *quæ ad tertiū quartumve annum exit.*
      - Pueritia *propriè dicta q̃ ad decimū annū se profert.*
      - Pubertas *que ad 18 annū extenditur.*
      - Adolescentia, *quæ in 25 excurrit annum.*
  - Iuventus *seu* florida ætas *Vide O o.*
  - Senectus. *Vide P p.*

Oo. Iuventutis noteitur

- 1. λόγος. *Est cum animal ad summum perfectionis suæ gradum pervenit, inque suo vigore sine decremento animadvertitur, tantundemque recipit per nutritionem, quantum amisit.*
- 2 Adiuncta. *Est*
  - 1. Calida & Sicca. *In hac corpus multa bile scatet.*
  - 2. Analoga *æstati est.*
- 3. Species
  - Iuventus *propriè dicta, in qua viget evidenter calor naturalis, & à vigesimo quinto ad trigesimum quintum aut quadragesimum porrigitur.*
  - Virilis *seu consistens ætas, in qua calor naturalis declinare & remitti incipit, nondum tamen admodum sensibiliter, ad quinquagesimum annum procurrens.*

Pp. Senectutis noteitur

- 1. λόγος. *Senectus seu ætas decrescens est, cum vis auctrix non solum corpus augere desinit, sed ob caloris & humidi defectum à vigore fit declinatio, & evidentes functionum & virium contingunt declinationes.*
- 2. Adiuncta
  - 1. Calida & Humida *in se*
  - 2. Frigida & Sicca *συγκρίσει reliquarum ætatum.*
- 3. Analoga. *Respondet hyemi.*
- 4. Species *Senectus*
  - Prima, *in qua evidenter declinant vires & calor: superest tamen voluntas & promptitudo ad agendum, & à quinquagesimo ad quintum vel sexagesimũ annum protenditur.*
  - Vltima & decrepita *verè morbus est, vitamque claudit.*

Mortis

Q q Mortis notetur

1. λόγος. *Mors est omniũ animæ functionũ cessatio, propter cõpositi dissolutionẽ.*
2. Modus. *Anima non realiter à corpore secundum situm abiungitur. Sic enim est, si desinat esse in incorpore informativè, hoc est, si iam non illud vivificet, dissoluto actualis coniunctionis nexu.*
3. Causa. *Fit mutuæ unionis corporis & animæ disiunctio ob caloris nativi extinctionem & humidi radicalis absumptionem.*

Speciei. Est enim vel seu Modi

- **Naturalis mors hujus notetur**
  1. λόγος. *Est humiditatis nativæ à proprio naturali calore cõsumptio & dissipatio, quo imminuto ob defectum pabuli calor flaccescit sensimque contabescit.*
  2. Modus. *Non ipse calor per se, multo usu debilitatus atque detritus (ut sentit Scaliger) aboletur: sed potius igni est similis, qui sicuti usu non atteritur, sed idonei tantum fomitis defectu: ita & calidum innatũ deficiẽte pabulo deficit, penitus que illo cõsumpto, etiã cõsumitur*
  3. Nomen. *Dicitur* μάρανσις κατὰ φύσιν *in*
     - Animalibus γῆρας. *senectus.*
     - Plantis ἄυανσις. *ariditas.*

- **Violenta mors hujus notetur**
  1. λόγος. *Est extinctio caloris præter ætatis rationes.*
  2. **Modus corrumpitur calor vel**
     - A se ipso & *dicitur* μάρανσις βίαιος. *Hujus spectentur modi*
       - **Ratione aeris vel**
         - Deficientis *frigidi idq; cum vel*
           - Aer *omnino deficit, intercepta respiratione.*
           - Aer *inspiratus calidus est: ut contigit in balneo & tempore æstivo cum calor sufficienti refrigeratione defectus invalescit & semet ipsum conficit.*
         - Vitiosi: *ut in peste &c.*
       - Aquæ *cum illa vel*
         - Deficiunt,
         - Vitiosæ *sunt.*
     - Ab alio & *dicitur* σβέσις *hujus notetur.*
       1. λόγος. *Quæ fit ab externo principio.*
       2. Causa. *Fit à cõtrario frigore quando ab eius violẽtia calor humidumque eiusdem pabulum opprimitur. Sic homines nivium multitudini in itineribus detenti diutius, vita excedũt, & quãdo nimia frigiditate veneni alicujus calor extinguitur.*
     - 2. Ratione *sanguinis & alimẽti cum nimirũ vel*
       1. Pabulum *calori subtrahitur.*
       2. Debita *inter calorẽ & alimentũ proportio tollitur &c.*
     - 3. Ratione *cordis tãquã fontis, cũ scilicet motus eius labefactatur. Tũc enim calor languescit, & extremum deficit.*

Kr Sentientis notitia

λόγος *Est ἐντελέχεια apprehendens & percipiens ea, quæ extra ipsam sunt, obiecta nimirum sensibilia.*

2 Subjectum *adæquatum. Animal.*

3. Finis: *ut noxia vitare, salutaria prosequi possit. Mali φυγὴ boni δίωξις.*

4. Differentia *á vegetante*

1. Vegetans *ad suam actionem perficiendam calore tantum utitur naturali & instrumentis coctionibus destinatis: Sentiens autem calore animali & ministerio partium, ad actiones animales deputatarum.*
2. Vegetans *extra se nihil percipit & cognoscit: sentiens percipit varia obiecta.*
3. Vegetans *seu nutriens in suum objectum nimirum alimentum agit, nihilque ab eo repatitur: Sentiens ab objectis suis patitur; in quæ varia agit.*

5. Animæ *occupatio. Debet esse intenta ad sensile suum.*

6. ἐνέργεια, *dicitur sensatio, quæ est motus quidam animæ sentientis interventu corporei organi factus.*

7. Facultas & potentia, *qua anima sentiens potest sentire: & residet in spiritibus animalibus, & ex cerebro per nervos ad utriusque sensus organum transit, ibique habet rationem formæ & agentis.*

8. Objectum *quod est sensile. Vide. Ss*

9. Modus *sentiendi. Vide. Tt.*

10. Organum. *Vide. Vv.*

11. Medium *inter sensile, & organum sensorium. Vide. Xx.*

12. Prima. *Vide. Yy.* p. 135

Objecti

Ss. Objecti sensilis notetur

1. λόγος. *Est quod sensu percipi potest.* αἰσθητὸν. αἴσθημα.
2. Distributio *in*
   - Sensile per se: *quod nullius alius interventu percipitur. Estq; vel*
     - Commune *obiectum sensile per se hujus notetur*
       1. λόγος. *Est quod communi plurium sensuum comprehensione percipitur.*
       2. Species *quinque*
          - Motus.
          - Quies.
          - Figura.
          - Numerus.
          - Magnitudo.
     - Proprium *hujus notetur*
       1. λόγος. *Est quod uno tantum sensu percipitur, nec ullo alio.*
       2. Species *quinque*
          - Color, *visu oculi.*
          - Sonus, *auditu auris.*
          - Odor, *olfactu narium.*
          - Sapor, *gustu linguæ.*
          - Qualitates, *tactiles tactu cutis nervosæ, qualis est manus.*
   - Sensile per accidēs *hujus notetur* λόγος. *duplex*
     1. Sensile peraccidens *est, quod interventu alius percipitur.*
     2. Est à *quo sensus propriè nihil patitur, quatenus tale est, sed quatenus fit proprium: ut, siquem alba veste indutum conspiciam, eumque Diaris filium esse indicem. Accidit enim huic albo, quod visu percipitur, ut Diaris sit filius.*
3. Situs *ad sensorium debet esse conveniens. Decipitur enim vrbi gratia visus si quid obijcitur oculis non secundum rectam lineam: Et ignis qui á latere manus est, non sic eam afficit, ut qui ei subiectus est.*
4. Distantia *obiecti ad sensorium debet esse iusta & moderata. Alba enim res, alio interdum apparet colore, quoniam à visu nimis distat.*
5. Mora *requiritur moderata, quia quæcunque subitò in sensus incurrunt, & quasi momento prætervolant, nihil admodum eos afficiunt.*

III. In modo *sentiendi notentur hæc*:

1. Obiecta *facultatem sentientem de potentia deducunt in actum.*
2. Sentiens *facultas non est agens, qui aliàs se ipsam sentiret: sed patiens: Eademque est hic ratio, quæ in combustibili, quod se ipsum non comburit, sed requiritur causa externa, quæ illam potentiam in combustibili transportet in actum.*
3. Est *autem eadem facultas quæ & agit & patitur. Eadem enim tum informat organum, tùm informato utitur. Ratione prioris muneris patitur, quia proprium organi officium est recipere speciem & pati: Ratione posterioris, quatenus percipit cognoscit & iudicat obiecta, agit. Zabarella de sensu agente cap. 9.*
4. Sensilia *non substantiam suam, sed speciem tantum & imaginem à se emittunt, quæ in potentiam sensitivam agit & in actum eam ducit. Speciem autem sensitivam obiectum reale repræsentantem vulgo intentionem vocant. Zabarella. lib. 1. de visu cap. 6.*
5. Sicuti *enim cera sigilli imaginem absque communicatione ullius materiæ recipit, sive ferreum sit sigillum, sive aureum: ita sensus sui sensilis speciem absque materia suscipit.*


IV. Organum *animæ sentientis notetur*:

1. Officium proprium: *Recipere speciem.*
2. Nomen. *Dicitur Sensorium,* αἰσθητήριον.
3. λόγος. *Est pars corporis, quâ sensilia oblata, facultas sentiens percipit.*
4. Distributio in
   - Comune *unde origo omnis sensus. Hoc est.*
     - Peripateticis *cor.*
     - Medicis *cerebrum. Nam testatur* αὐτοψία, *nervos ortus sui initium trahere non à corde: sed à cerebro.*
   - Proprium, *quo quilibet sensus peculiariter utitur: ut*
     - Visus *oculo.*
     - Auditus. *aure.*
     - Olfactus *naribus.*
     - Gustus *lingua.*
     - Tactus *cute nervosa.*
5. Conditio. *debet organum secundum naturam esse dispositum integrum, vigens & illæsum. Sic enim febricitantis gustui dulcia videntur esse amara, quia instrumentum, scilicet lingua est vitiata.*

Medij

Xx Medii inter *Sensile & organum sensorium notetur*

1. Descriptio. *Est per quod res sensilis ad aliquem sensum perfertur, ut inter visum & coloratum corpus est aer luce illustratus.*
2. Necessitas. *Nam sensile positum ἀμέσως super sensorium nullam efficit αἴσθησιν: ut si corpus coloratū tāgat oculū, nihil videre poterit.*
3. Requisitum. *Debet esse cōveniens & naturaliter se habens nec aliena qualitate, aut dispositione, aut proportione commutatum. Sic enim in tenebris de coloribus nemo certe potest iudicare, quia ad visū requiritur medium illuminatum.*



Zz Visus notetur.

- 1. ἐξοχὴ ratiõe
  - 1. Obiecti, *quia percipit totum corpus, secus ac alij sensus.*
  - 2. Finis, *quia maxime ad rerum cognitionem confert.*
  - 3. Velocissimæ *conceptionis.*
  - Mirificæ *organi structuræ.*
- 2. λόγος. *Est enim visus exterior sensus, qui facultate aspectabile efficit actu aspectabile.*
- 3. Obiecta *radiandi in se vim habentia; quæ sunt vel*
  - Colores *Coloris notetur*
    - λόγος. *Color est extremitas perspicui in corpore terminato.*
    - Requisita.
      - 1. Extremitas *in corpore.*
      - 2. Pellucidum, *cum in tenebris nullus appareat color.*
      - 3. Corpus *definitum, quoniam eorum, quæ longius à nobis distant, color nõ cernitur.*
    - Colores *vel*
      - Extremi
        - Albedo.
        - Nigredo.
      - Intermedii
        - Puniceus
        - Purpureus.
        - Flavus.
        - Viridis,
        - *& ex his*
        - Mixti.
  - Luminosa *corpora. Vide. A a a.*
  - *Ἀνώνυμα, quæ noctu tantum videntur.*
- 4. Medium τὸ διαφανὲς, *per quod color ad visum defertur, quod est corpus perspicuum, non suo, sed alieno lumine sensum oculorum movens.*
- 5. Organum. *Vide. Bbb.*
- 6. Ministri *Vide. Ccc.*
- Modus *visionis. Vide. Ddd.*


Lumino

Aaa Luminoforum *corporum notetur*
- Diſtributio *in*
  - Simplicia: *ut ſunt*
    - Corpus *cæleſte.*
    - Aer.
    - Aqua.
  - Solida *&* *compoſita: ut ſunt*
    - Vitrum.
    - Cornua *polita.*
    - Cryſtallus.
- Lumen. *Eſt actus perſpicui, qua eſt perſpicuum hoc eſt lumen eſt actus perſpicui non qua eſt corpus, ut aer vel aqua, ſed quatenus per ipſum aliquid videri poteſt.*

Bbb. Organum *eſt oculus & præſertim pupilla, κόρη dicta, quæ nihil aliud eſt, quàm humor ille, quem Medici Cryſtallinum vocant: in quo tanquam in ſpeculo, & vero viſus inſtrumento reſulgent ſpecies coloratæ.*

Ccc. Miniſtri *ſunt*
- 1 Nervi *optici in oculum implantati.*
- 2. Spiritus *animales contenti in ipſis.*

Ddd Modus
- 1 Eſt *is veriſimilior, quem aſtruunt Peripatetici, quod nimirum viſio fiat ſola receptione ſpeciei aſpectabilis, nihilque ab oculo ad rem viſibilem emittatur, nec radius, nec lumen, nec ſpiritus.*
- 2. Fit *viſio in inſtanti, & ſpecies rei viſibilis una eademque motione afficiunt & pellucidum, & in oculos ſeſe inſuunt, ibique reflectuntur, & coeunt, quæ deinde apprehenſæ ſenſui communi offeruntur, ubi fit agnitio, diſcretio & iudicatio de illis.*



Eee Auditus notetur

- 1. Præstantia. *Nam secundum visum, reliquis præstat, conducens ad disciplinarum communicationem.*
- 2. λόγος. *Est sensus exterior, obiectum audibile percipiens.*
- 3. Obiectum *est ἀκουστὸν scilicet Sonus hujus observetur*
  - 1 λόγος *Sonus est qualitas in aere ex binorum corporum solidorum collisione excitata, ad auditum usque perveniens, illumque alterans, & de potentia in actum evocans.*
  - 2. Ratione *causarum distributio in*
    - 1
      - Propriè *dictum sonum, qui ab inanimis excitatur corporibus.*
      - *φωνὴν vocem, qua ab animatis excitatur. Vocis notetur*
        - 1 λόγος. *Vox est sonus animalis, qui aeris in gutture attracti respiratione excitatur.*
        - 2. Subiectum. *Non omnia animalia vocem edunt, sed quæ sanguinea respirant. Unde rectè proverbium habet: Mutus piscis.*
        - 3. Vox *est vel*
          - Inarticulata, *quæ nihil certi efficit, cuiusmodi sunt voces beluarũ, mugitus, hinnitus, rugitus &c.*
          - Articulata, *res certas distinctis vocibus efferens qualis est vox hominis & dicitur sermo, qui est nuncius & interpres propriæ cogitationis, ex mentis cogitatione procedens.*
    - 2. *in*
      - Simplicem *qui est vel*
        - Acutus, *qui celeriter ad organum auditus penetrat.*
        - Gravis, *qui tarde multoque tempore auditum ferit.*
      - Multiplicem *hujus notetur*
        - 1. λόγος. *Est nihil aliud nisi geminatio sive reciprocatio soni, facta ex refractione aeris in aliquo cavo opposito.*
        - 2. Nomen *Dicitur.*
          - Sonus *reflexus.*
          - Echo.
        - 3 Proprietates
          - 1. Extremas *tantum syllabas vocis aut soni alicujus ad auditum nostrum defert.*
          - 2. Fit *repercussio in omni sono, quando desinit, sive Echo & reflexio, verùm non percipitur ob debilem & obscuram reflexionem.*
- 4. Organum *seu sensorium.* *Vide. Fff.*
- 5. Medium
  - Internum *est aer ille receptus in organo.*
  - Externum
    - Aer *ἁπλῶς* &
    - Aqua.
- 6. Modus. *Vide. Ggg.*

Organum

Digitized by Google

Fff. Organum *auditus est vel*
- Externum *binæ aures, tàm affabrè à Natura factæ, ut sonum & recipere & continere queant.*
- Internum: *Nervi auditorij, ex quinta coniugatione in aures expansi, qui deinde in cavitate tribus ossiculis, malleo, incudi & stapedi coniunguntur: quæ ossicula, tunica densa & sicca tympanum dicta tegit, ubi continetur aër vernaculus & immobilis.*

Ggg. Modus *Percussus à duris solidisque corporibus aër externus, & soni qualitate affectus, vicinum aërem alterat, hic proximum afficit, donec continuatione ad aurem perventum fuerit. Hunc sonum vernaculus aër statim excipit, & in nervum ἀκουστικὸν transmittit, qui sonorum omnium imagines ad sensum communem, tanquam iudicem & censorem vehit.*

Hhh. Odoratus *seu* olfactus *notetur*
- 1. λόγος. *Est sensus externus, sensilia odorabilia percipiens.*
- 2 ἀκρίβεια *in*
  - Canibus
  - Vulturibus
  - *res longè dissitas percipientibus hoccine sensu.*
- 3. Infirmitas *in homine.*
- 4. Sensile, *odorabile, est odor. Hujus spectetur*
  - 1. λόγος. *Est qualitas mixti corporis, ex sicco sapido contemperato cum humido orta, & à calore educta.*
  - 2. Subiectum *in quo, odorum*
    - 1 Corpus *mixtum. Nam corpora simplicia, cujus modi sunt Elementa odore carent.*
    - 2. Siccum *sapidum cum humido. Lapis enim odorem non habet, quia nullius est saporis: Ligna odorem habent, quia sapore sunt prædita.*
  - 3. Causa efficiens. *Calor q est vel*
    - Exterior *& vel*
      - Solis
      - Ignis
      - *odorata corpora laxans & qualitatem educens atque extrahens.*
    - Interior, *artifex odoris, coquens & alterãs, miscensque humidum cum sicco, temperatumque reddens.*
  - 4 Differentiæ. *Vide. Iii.*
  - 5. Finis. *Vide Kkk.*
  - 6. Organum. *Vide. Lll.*
  - 7. Medium *perceptionis. Vide. Mmm.*
  - 8. Modus *odorandi. Vide. Nnn.*
  - 9. Subiectum *quod Vide. Ooo.*

Ii. Differentiæ *odores sunt vel*
- 1. Extremi
  - Dulcis *seu* gratus *ex sicci in humido congruè temperati resolutione ortus.*
  - Amarus, *seu* molestus, *seu fætor, ex sicci in humido crassa resolutione ortus.*
- 2. Intermedij *pro diversa sicci in humido affectione: ut*
  - Gravis, Amarus.
  - Stypticus, Acerbus.

K *k*. Finis principalis: *ut alimenta á non alimentis discernantur, quia odores sunt quasi indices utilium nutrimentorum & non utilium. A cujus enim odore abhorret animal, ab ejus esu quoque abstinet.*

L ll. Organum *est inter calvariam. Illud sunt duo processus mamillares ab anterioribus cerebri ventriculis prodeuntes, nervis mollissimis non absimiles & summo narium ossi obiecti quia.*
- 1. Consistunt *inter calvariam unde fit, ut sine respiratione odores non sentiamus.*
- 2. Sunt *essentiæ vaporosæ, ideoque cum odoribus similitudinem habent.*
- 3. Sentiunt *exactius, quam cerebrum.*
- 4. Ante *cerebri vētriculos collocantur, tanquam exploratores halituum cerebrum subeuntium.*

M mm. Medium *perceptionis odorum sunt*
- Aër & Aqua — *Quatenus prædita sunt* διοσμῶ.

N nn. Modus *odorandi. Vapores odoriferi exhalant á re odorata quia*
- 1. Odor *quandoque fugat & interficit animalia.*
- 2. Confortat *cerebrum & calefacit.*
- 3. Flores *æstate odorem spargunt.*
- 4. Ventus *impedit inque aliam & aliam partem pellit.*
- 5. Manu *aërem ad nares ad odoratum trahimus.*
- 6. Si *ista resolutio nō esset citissimè odorē perciperemus.*

O oo. Subiectum *quod odorum sunt animalia.*
- 1. In aëre *cúm*
  - 1. Sanguinea.
  - 2. Exlanguia.
  - 3. Aquatilia *pulmone prædita.*
- 2. In aqua: *ut pisces, qui eminus etiam escas odorantur per aquam.*

Gustus

Ppp Gustus notetur

1. Necessitas. *Hoc indigent necessariò omnia animalia utpote (sicut & tactu.) tacto causâ alimenti sentiendi, potissimùm.*

2. λόγος. *Est sensus exterior, sensilia gustabilia percipiens.*

3. Differentia *à tactu quia*
- 1. Habent *óbiecta formaliter distincta.*
- 2. Habent *duo organa.*
- 3. Habent *distinctas facultates.*

4. Obiectum τὸ γευστὸν, *gustabile quod speciatim est sapor hujus notetur*
- 1. λόγος. *Sapor est affectio, seu qualitas corporis mixti à sicco terrestri in humido aqueo per calorem generata.*
- 2. Materia. *Siccum terreum cum humido aqueo mixtum.*
- 3. Causa. *Calor vel*
  - 1. Internus *& naturalis seu nativus.*
  - Externus
    - Solis.
    - Acris.
    - Ignis
  - 2. Faucium *animalis, qui degustata res sapores de potētia trasfert in actum.*
- 4. Distributio in
  - Extrēos. *Extremi. sunt, qui simplices & contrarij vocantur. Suntq;*
    - 1 Dulcis. *qui est sapor extremus ex mediocri & temperato sicco terrestri & humido aqueo, moderatoq; calore profectus. Huc pertinet pinguis.*
    - 2. Amarus *qui est sapor extremus ex multo sicco terrestri, & pauco humido per abundantem calorem genitus.*
  - Intermedios. *Vide Qqq.*
- 5 Organum. *Vide Rrr.*
- 6. Medium. *Vide Sss.*

5. Modus. *Gustus modus est: Res sapida, si actu est humida, facile saporem linguæ imprimit: sin autem sicca est comminuitur prius, & mox cum humiditate linguæ permiscetur, & qualitas sapida in humore residens abluitur, & lingua nervosiori parti speciem sui communicat.*

Digitized by Google

Qqq
Intermediorum notetur

1. Nomen. *Dicuntur enim compositi.*

2. Species quinque

1 Salsus *ex abundante humido aqueo & sicco terreo crasso, per calorem abundantem & exsiccantem productus.*

2. Acer, *ex materia tenui, & caloris excessu immoderato genitus, erodens & pungens linguam.*

3. Austerus, *ex materia crassa per imbecillum calorem genitus, linguam contrahens.*

4. Acerbus *magis quam austerus, astringens.*

5. Accidus, *ex materia tenui per imbecillum calorem eductus, vehementer mordicans & contrahens.*

Rrr
Organum *est lingua hujus, notetur*

1 Requisitum *Ut ea rite percipere possit sapores, nec humidam oportet esse actu; nec talem, ut humectari omninò non possit. nec aliquo sapore proprio occupatam.*

2. Ministerium. *Inservit gustatui non parum; tùm tunica sui interiore nervosa, ortâ á tertio pari nervorum cerebri: tum nervo, ex quarta coniugatione in hanc tunicam derivato, qui si vel lasus, vel transpositus sit, omnia insipida redduntur.*

Sss
Medium

1 Externum *est nullum: quia gustus est tactus quidam, & quia humidum in quo sapor est non nisi tactu percipitur.*

2. Internum *caro est musculosa & fungosa linguæ, quæ plena est humiditate salivæ, cujus beneficio substantia nervosa sapores percipit: Unde arida lingua, omnique salivâ destituta saporem nullum percipit.*

Tactus

Digitized by Google

Tit. Tactus observetur

1. Adiunctum. *Maximè est ignobilis, & veluti beluinus, & hominibus non quia homines, sed quia animalia, inhærens.*
2. λόγος. *Est sensus exterior, qualitates tactiles percipiens.*
3. ἀκρίβεια *in homine. Est enim in eo exquisitissimus cum ejus temperamentum melius perfectiusque sit quàm cæterorum animalium.*
4. Sensorium, *quod unum est, per totum corpus dispersum.*
5. Obiectum *est*
   - Generatim τὸ ἁπτὸν: *cujus privatio est* ἀναπτόν.
   - Speciatim *Qualitates tactiles; eaque vel*
     - Primæ: *ut,*
       - Calidum.
       - Frigidum.
       - Humidum.
       - Siccum.
     - Secundæ *quæ sunt*
       - Asperum.
       - Læve.
       - Durum.
       - Molle.
       - Aridum.
       - Lubricum.
       - Lentum.
       - Friabile.
6. Instrumentum *proximum sunt nervi per totum corpus diffusi: q quò subtiliores, eò tactus est* ἀκριβέστερος.
7. Medium
   - Externum *nullum.*
   - Internum *vel*
     - Remotum: *ut*
       - Caro,
       - *aut*
       - Quiddam *simile carni quando instrumentum tactus est tectum.*
     - Propinquum *& subiecto idem cum instrumēto tactus, ratione tantum &* λόγῳ *diversum in iis quæ sensorium iectum non habent.*
8. Modus. *Fit tactus, quando obiectum organo proximè admotum illud afficit, eique suam* ἕξιν *imprimit. Sic enim calor aquæ calidæ necessariò* ὑλικῶς *in tangentis introducit manum, si eo calore incalescere debet. Agunt tamē nihilominus* ἀΰλως *& per speciem ea qualitates: quia sensoriū non afficerent : quod sine delatione specierum per medium ad organum fieri non posse statuit Zabarella lib. de sens. agente cap. 6.*

Vvv. Interiorũ *sensuum observetur*

1. λόγος. *Sunt qui species rerum sensibilium non solum præsentes sed & absentes percipiunt, censent, diiudicant, & diutius conservant.*

2. Locus. *Consistunt intra cranium.*

3. Numerus ternarius

- 1. Sensus *communis: huius spectetur*
  - 1. λόγος. *est sensus interior, omnium exteriorum sensuũ species apprehendẽs & à se in vicem discernens. Sicut enim omnes lineæ ductæ à circumferentia circuli conveniunt in centro: ita omnes sensus exteriores eorũque obiecta in hoc sensu conveniunt, ibiq; completa & perfecta fit operatio sensitivæ potentiæ.*
  - 2. Sensile *est quævis rei cuiusvis ab exterioribus percepta species.*
  - 3. Subiectum, *præter hominem etiam bruta animantia.*
  - 4. Numerus. *Est unus.*
  - 5. Locus
    - Cor Aristoteli.
    - Cerebrum *rectius Platoni, Galeno & omnibus medicis, quia hic nervorum est origo: quia hoc læso sensus perit. Eodem curato sensus viget.*
  - 6. Organum *est anterior cerebri pars, humidior & ad recipiendum aptior.*
  - 7. Actiones. *Sunt mixtæ ex organicis & similaribus quia tum conformatione læsa; tum temperamento mutato actiones intercipiuntur & non rarò prorsus abolentur.*
- 2. Phantasia. *Vide. Xxx.*
- 3. Memoria. *Vide Yyy.*

4. Obiecta. *Non modo rerum à sensibus exterioribus coram oblatarum, sed etiam absentium & præteritarum εἴδη ac imagines. Non enim singuli sensus exteriores cognoscunt se sentire. Oculo enim non video me videre, nec auribus audire. Iam vero nos & videre & audire percipimus, ergo interiore quodam communi sensu &c.*

Phantasiæ

Digitized by Google

Xxx Phantasiæ notetur

1. λόγος. *Est sensus interior, species à sensu communi perceptas, vel à se formatas diutius retinens, & diligentius examinans.*
2. Subiectum. *Inest tam brutis, quam hominibus. Estque in brutis summa anima vis. In hominibus inferior mente, à qua ipsa regitur, si non vel quiescit, vel libera vagatur, ut in somno. Tùm enim Phantasia à mente non recta & gubernata absurda multa, resq; planè diversissimas colligit & cogitat, sicut in morbis id non rarò contingit.*
3 Obiectum: *Sunt sensilia á sensu communi communicata: vel etiam imagines rerum, quas sua vi, ex quapiam interna causa sib effingit & efformat.*
4. Organum. *Medius cerebri ventriculus, qui anteriore est siccior, & ad conservandum aptior.*
5. Temperamenti *bonitas ingenij efficit bonitatem.*

Yyy Memoriæ notetur

1. λόγος *est interior sensus, qui species omnes sensibiles indicatas atque cogitatas tanquam depositum recondit ac servat, ut eas, cum opus fuerit, exhibeat.*
2. Obiectum. *Omnes species praterita, qua sensibus percepta fuerunt.*
3. Subiectum. *Anima sentiens, non intelligens. Bruta enim animanta prater hominem etiam memoria valent, qua aliquem temporis sensum habẽt, nidos blatibula repetunt, sobolem internoscunt. Somniare etiam equos, canes, boves, oves capras tradit Aristoteles* 4. *de hist. animal. cap.* 16.
4 Oppositum. *Oblivio.*
5. Modus. *Fit quando res sensibus pracepta vel ut picturam quandam in anima sentiente, eiusque organo relinquũt, quemadmodum sigillum sui vestigium in ceram imprimit, quod à moto sigillo remanet.*

6. Motio. *Recordatio, ἀνάμνησις est progressio qua potẽtia memorandi ex aliquo aliquibusve memoria comprehensis, venit in cognitionem eius quod nec memoria occurebat; nec à memoria penitus exciderat. Hujus subiectum est solus Homo; qui quò ingeniosior, eo facilius reminiscitur.*
7. Organum *est postrema cerebri pars: utpote solidior.*
8. Homen
Mater *Musarum*: *Mater sapientia, &c.*

Digitized by Google

§. §. Sensuum *affectiones sunt*

Vigilia *quæ est sensuum actio & motus, quem calor & spiritus in omnia membra effusus efficit.*

Somnus *hujus notetur*

1 λόγος. *Est cessatio naturalis sensus communis & primi, atque exteriorum omnium, ad animantium quietem & salutem instituta.*

2 Subiectum
- 1. Non *absolutè omnes sensus, quia opus non est ligari etiam reliquos sensus internos: quod si autem his contingat, contingit quia contingit illi.*
- 2. Facultas *rationalis non dormit. Nam ex actionibus eius quibus in somno defungitur, id colligitur.*

3. Causa *proxima est spirituum detentio & ab operando prohibitio, per obstructionem viæ facta; per quam spiritus commeant: quæ obstructio fit vaporibus è ventriculo in caput ascendentibus, quibus opplentur radices nervorum, per quos spiritus animales ad externorum sensum domicilia effundendi erant. Huic causæ accedunt & aliæ, ut labor, defatigatio, immodicus cùm calor, tùm frigus, nimia evacuatio, mollis frictio, suavitas cantus, tenebræ.*

4. Locus *non cor, sed cerebrum.*

5 Finis. *Salus animantis, virium instauratio, si quidem adhibeatur moderatus.*

6. Socium πάθος. *Somnium: hujus notetur*
- λόγος. *Somniū est visum ex sensuum motu vel rerum in vigilia perceptarum reliquiis obortum, & dormientium animalium cerebro obversans.*
- 2. Tempus. *Peracta fit coctione, cum sanguis est trāquillus, & defecatus. Tum enim species phantasmatum, conservatæ, quieta & sedata somnia efficiunt.*
- 3. Subiectum. *Homines & bruta animantia: plus tamē homines quam bruta. Somniant etiam infantes.*
- 4. Divisio. *Vide.* ZZZ

Divisiones

Zzz 2 Divisiones. Somnia alia sunt

- Hyperphysica quae natura non ex se efformat sed extrinsecus immissa capit. Suntque vel
  - A Deo, & sunt θεόπεμπτα, & vel
    - Ἀμέσως inspirantur.
    - ἐμμέσως, interventu Angelorum
  - A Diabolo, & sunt δαιμονιόπεμπτα. Haecque vel
    - μεριμνητικὰ, anxia cura á Satana quaesita votisque impiis & sacrificiis impetrata, cujus modi Ethnicorum fuerunt qui solenniter prius lustrati, horum excipiendorum causa ad aras procumbebant.
    - Ἀπροσδόκητα, quae inopinato & praeter spem á Diabolo suggeruntur, cujusmodi Ethnicorum, & lymphaticorum hominum olim, & deinde Manichaeorum fuerunt: hodie Anabaptistarum & Enthusiastarum quorundam.
- Physica. Horum notetur
  - 1 λόγος. Sunt quae natura in phatasia efformat, vel rectè valens, vel etiam affecta, suâ vi internâ, vel externo principio incitata.
  - 2 Origo, sunt vel ex
    - Cogitatione & imaginatione rerum quibus per diem occupati fuimus & dicuntur Animalia.
    - Affectione corporum & temperamentorũ, & humorum incursionibus. Suntque Analoga humori denominanti. Nam
      - Melancholicorum sunt tristia de funeribus caligine, tenebris.
      - Flavabile praeditorum sunt cruenta, furoris, & incendiorum plena.
      - Sanguineorum iucunda.
      - Pituitosorum ignava & aquosa de natationibus, pluviis & similibus.

Vtraque sunt. Vide A A a a.

- Fortvita, quae nec ad divinam, nec ad physicam aliquã rationem referri possunt, sed casu ac vice fortuita contingunt, ac in nihilũ abeunt, raro effectum sortita.

Digitized by Google

A A a a. Vtraque *sunt vel*

- *Ἄσημα. quæ à Dæmone malitiose injciuntur. Horum finis est,*
  - Hominum *corpora*(*.si mentes non possunt.*) *obscænis cogitationibus contaminare..*
  - Ignaros *homines varia superstitione imbuere si eos aliquorum somniorum eventu ad irrogandam ijs fidem pellexerint..*
- *σημαντικά. σημαντικῶν notetur*
  - 1. λόγ☉. *Sunt quæ aliquid præsagiunt & significant.*
  - 2. Species
    - Divina, *quæ constanti & certa veritate futuros eventus prænunciant, & divinorum mysteriorum sunt plenissima, ideoque indubitata fides illis adhibenda.*
    - Naturalia, *quæ ad significãdum quidpiam valent, & propterea observationem sunt digna. Suntque vel.*
      - Signa. *quæ sunt corporum affectiones, temperiem & humorum plenitudinem aut pẽuriam, Morbos item indicãtes aut præsagientes.*
      - Causæ *rerum futurarum somnia dicuntur illa principia seu incitamenta, quibus ad aliquid faciendum inducimur.*

¶¶ Facultatis *Motivæ notetur*

- 1. λόγ☉. *Est altera sensitivæ animæ vis præcipua, motus animales tum internos tùm externos in corpore ciens.*
- 2. Obiectum. *Motus animales, quibus animal ψυχικῶς movetur.*
- 3. Differentia *à nutriente*
  - 1. Quia *quæ movẽtur, alicujus gratia moventur; quod absque imaginatione & appetitu fieri nequit quæ in nutrice animi facultate non reperiuntur.*
  - 2. Quia *plantæ, in quibus tantùm vis est nutriens instrumenta non habent ad motum apta.*
- 4. Species
  - Appetitiva. *Vide. B B b b.* · p · 149 ·
  - Locomotiva. *Vide. D D d d.*

Appeti-

BBbb Appetitivæ noteţur

1. λόγος. *Est vis animæ, qua sui conservandi causa inclinatur & fertur animal vel in suum bonum, quod sensus sequendum iusserint: vel aversatur malum, quod ydem fugiendum probaverint.*

2. Subiectum. *Universum genus animalium.*

3. Obiectum *est* { Bonum / Malum } *vel* { Verè / Apparenter } *tale.*

4. Organum. *Cerebrum.*

5. Effectio *est Appetitus. Estque vel*

- Concupiscensimθυμιλικός *qui est qua animal ad bonum quoddam delectabile & iucundum fertur: acerba autem & ingrata respuit*
- Irascibilis θυμικὸς *sive* θυμοειδὴς *qui est qua animal fertur ad bonum aliquod, quod sine difficultate & labore adipisci non potest*

Ex utraque hæc oriuntur Affectus Huius noteţur

1. λόγος. *Sunt Motus cordis à Notitia & cognitione obiecti excitati, illud aut Prosequentes, aut fugientes.*

2. Distributio. *Sunt vel*

- Boni, *qui ex obiecto bono & iucundo apprehenso oriuntur, & quia leni & amico spirituum & caloris motu ciēt cor: propterea naturam sētientis animantis fovent & conservant. Horum affectuum obiectū est bonum vel*
  - Tantum præsens *quod gignit lætitiam estque affectus quo se dilatat & extendit cor, amplectendo suaviter præsens bonum.*
  - Tantum absens, *quod parit spem quæ est suavis motus cordis dilatantis & præparantis se ipsum ad illud bonum amplectendū cū vēerit.*
- Mali *qui ex obiecto malo & ingrato apprehēso oriūtur, & quia motu insuavi & aspero cient cor, propterea lædunt & destruunt naturam* *Vide.Ccc.*

CCcc Affectus mali sunt vel

Simplices, quorum Idea seu forma est unicus tantum generis, quia commoventur ab uno malo & ingrato obiecto vel

- Præsente, estque tristitia, quæ est motus cordis, quo se contrahit & constringit, retractu nimirum ad principia sua spiritibus ut malum præsens evitet.
- Absente seu futuro, estque Metus, qui est motus cordis se cōstringentis & fugitantis malum futurum.

Mixti seu compositi vocantur

1. λόγος. Sunt qui ex pluribus animi motibus constant.
2. Species
   - Ira, ex tristitia & cupiditate ulciscendi orta. Huius motus est duplex.
     - Primus est astrictio & quasi compressio cordis orta ex præsenti malo, quod à se depellit cor.
     - Secundus, est dilatatio cordis, quo cor conatur malum in ipsum autorem regerere.
   - Odium, est ira continuata vel inveterata: seu est affectus ex ira ortus refugiens obiectum ingratum cum offensione longa.
   - Zelus est affectus ex amore & ira ortus cum scilicet: irascimur ei, à quo lædimur ob id, quod amamus.
   - ἐπιχαιρεκακία est affectus ex odio & gaudio mixtus, cum odio impulsi gaudemus aliorum malis atibus.

DDdd Locomotivæ facultatis attenduntur

1. λόγος. Est vis animæ, qua animal totum aut aliqua sui è corporis parte loco moveri seu de uno loco in alium progredi potest.
2. Requisita
   - Quod movet est duplex
     - Finis qui est obiectum ὀρεκτὸν cuius vel prosequendi vel fugiendi causa animal mutat locum. Estque
       - Tantum movent.
       - Non etiam mobile.
     - Efficiens est
       - Movens quia iubendo & volendo movet potentiam locomotivam.
       - Mobile, quia movetur prius ab appetibili obiecto. Estque vel
         - Proximum, nimirū Appetitus sensitivus qua motū, à ratione & imaginatione cognitum & imperatum exequitur, & in actum producit.
         - Remotum, quod est vel ratio vel phantasia, quæ apprehendunt, iudicant bonum vel malum obiectum.
   - 2 Quo movet. Vide EEee.
   - 3 Quod movetur est animal ratiōe vel
     - Totius.
     - Partis aut Membri.
3. Principia motionis Vide. FFff
4. Motus qui est in
   - Terrestribus gressus.
   - Aercis volatus.
   - Aquatilibus natatus.
   - Serpentibus, Erucis, Vermibus } reptatus
5. Princeps certarum partium motus qui est Respiratio. Vide GGgg.

Quo

Digitized by Google

EEee.* Quo *movet est Instrumentum corporeum. Hoc est vel

- Generale, *quod est*
  - Aristoteli *Cor falsò.*
  - Medicis *cerebrum verè*
- Particulare *& vel*
  - Proximum *seu* ἄμεσον
    - Aristoteli *spiritus vitalis falsò.*
    - Medicis *musculus, cujus substantia & conformatio talis est, ut commodissimè contrahi & extendi possit.*
  - Adiuvans, *quiescens & immobile est, si quidem nihil moveri potest, nisi aliquo immobili firmetur. Estque vel*
    - Internum, *estque flexura, cujusque membri in qua id quiescit, à quo principium est motus.*
    - Externum, *quiescens est, cui motum animal innititur quodque tanquam fulcrum corpori moto subjicitur: sine hoc enim nulla vi naturali fieri posse videtur, ut corpus de loco in locum transferatur.*

***FFff.* Principia locomotionis sunt**

- Cognitio *eaque vel*
  - Sensitiva *in brutis*
  - Intellectiva *in hominibus*
  - (*Hæ tamen duæ causæ appetitum referri possunt, sine hoc enim nec ratio in hominibus nec phantasia in brutis aliquam vim movendi habet: sed ab eo stimulata & excitata movent.*)
- Appetitus.

Digitized by Google

GGgg
Respirationis *notetur*

1. λόγος: *Est motus thoracis & pulmonis, quo aër inspiratur & exspiratur.*

2. Modus *Attrahitur externus aër per arteriam vocalem interventu diaphragmatis ad pulmones: hi dilatando sese, quasi folles aërem attrahunt, in cor effundunt, frigidam ei qualitatem impertientes, sed mox reciproca vicissitudine eundem aërem astu cordis calefactum, sese contrahendo, eÿciunt.*

3. Partes
- εἰσπνοὴ, *inspiratio, qua aër in pulmones inspirando attrahitur.*
- ἐκπνοὴ, *quae aërem calefactum, & cum eo halitus fuliginosos exspirando reddit.*

4. Adiunctum *Est partim voluntaria, partim naturalis.*

5. Causae *continentes*
- Efficiens *est facultas motrix, vel animalis, quae à cerebro in reliquum corpus influens motum efficit.*
- Instrumenta *sunt*
  - Cor.
  - Diaphragma.
  - Arteria
    - Venosa.
    - Vocalis.
  - Pulmo, *qui movetur accidentario, nempe thoracis motu, ad vacui fugam.*
- Finalis *est*
  - 1. Cordis *refrigeratio, & tutela nativi caloris.*
  - 2. Spirituum *nutritio, qui reficiuntur aëre sibi sociali.*


Intelli-

Digitized by Google

11. Intelligentis *notetur*

- 1. Nomen. *Dicitur*
  - Intelligentia.
  - Anima rationalis.
  - Mens.
  - λόγος.
  - νȣ̃ς.
  - τόπος τῶν εἰδῶν.
- 2. Definitio. *Est substantia incorporea & spiritualis, hominis corpori conjuncta, sine corporis tamen organo intelligens.*
- 3. Locus. *Est in toto corpore & in qualibet ejus parte secundum essentiam.*
- 4. Radix. *cor. Nam id prius animatur, quam reliqua membra.*
- 6. Duæ *facultates*
  - Intellectus *hujus notetur*
    - 1. λόγ☉. *Est facultas animæ, res intelligibiles, cognoscens & diiudicans.*
    - 2. Operatio. *Intellectio quæ est tùm*
      - Actio, *quatenus sua vi interna mens intelligit & iudicat.*
      - Passio, *quatenus species intelligibiles apprehendit, quæ tamen non perimēs, sed perficiens est pepessio.*
    - 3. Medium, *quod dicitur species Et est accidens spiritale, quod à phantasia intellectui transmissum rem materialem repræsentat*
    - 4. Obiectum
      - 1. ὄντα ἄϋλα. / ὄντα ἔνυλα — *Per speciem*
      - 2. Singularia. / Vniversalia. — *Per speciem*
      - 3 Ipsemet. *Nam ipse seipsum intelligit sed non per speciem, verum reflexionem.*
    - 5. Distributio. *Vide. HHhh.*
  - Voluntas. *Vide. LLll.* p. 156

Digitized by Google



HHbb Distributio
- 1. *in*
  - Patientem *hujus notetur*
    - 1. Nomen *dicitur*
      - παθητικὸς.
      - Capax.
      - Materialis.
      - Possibilis.
      - Potentialis.
      - Habitualis.
      - Actualis *cum iam intelligit &c.*
    - 2. λόγος. *Est qui formas & species rerum in se recipit.*
  - Agentem *hujus notetur*
    - 1. Nomen. ποιητικὸς νοῦς.
    - 2. λόγος. *Est qui species à patibili intellectu receptas & potestate intellectas facit actu intelligi.*
    - 3. Adjuncta *est*
      - 1. χωριστὸς, *separabilis.*
      - 2. ἀνοργανος.
      - 3. ἀμιγὴς.
      - 4. ἀπαθὴς.
      - 5. *Merus actus.*
- 2. *in*
  - Simplicem *intellectum hujus notetur.*
    - 1. λόγος. *Est qui simplices rerum notiones apprehendit & cognoscit.*
    - 2. Nomen. *Dicitur* νόησις ἁπλῶν καὶ ἀδιαιρέτων νοημάτων.
  - Compositum *intellectum: hujus notetur*
    - 1. λόγος. *Est qui res plures seu complexas & conjunctas colligit.*
    - 2. Distributio *in*
      - Noëticum: *hujus notetur*
        - 1. λόγος. *Est qui res simplices multas disponit partim componendo, partim dividendo.*
        - 2. Effectus *Veritatis & falsitatis iudicium.*
        - 3. Nomen. *Dicitur* σύνθεσις καὶ διαίρεσις τῶν νοημάτων.
      - Dianoëticum *Vide. IIii.*
- 3. *Vide.* KKkk.

Dianoë-

IIIi Dianoetici notetur

λόγ☉. *Est qui ab uno ad aliud discurrit, & ex collatione diversarum rerum aliquid colligit.*

2. Nomen
- λογισμ☉ *Ratiocinatio.*
- διάνοια *Discursus.*

3. Modus: *Discurrit Mēs vel*
- Ratiocinando *Ratiocinationis notetur*
  - λόγ☉ *Ratiotinatio est Mentis discursus, ex trium νοημάτων compositione consequentiam inferens.*
  - 2. Effectus. *Consequentiæ & inconsequētiæ iudicium.*
- Ordinatio *Ordinationis notetur*
  - 1. λόγ☉. *Est discursus, quo mens per plures, è noematis compositas sententias discurrens, eas sibi cognatas pro naturæ suæ luce & claritate collocat, & in ordinē redigit.*
  - 2. Effectus. *Ordinis & confusionis indicium.*

κ *Kkk* Tertia *distributio in intellectū*
- θεωρητικὸν *hujus observetur*
  - 1. λόγος *qui tantum intelligit & ratiocinatur propter cognitionem, ut res verè cognoscat.*
  - 2. Finis
    - Veritas.
    - *vel*
    - Falsitas.
- πρακτικὸν *hujus notetur*
  - 1. λόγος *qui intelligit & ratiocinatur propter opus.*
  - 2. Finis *Actio.*

Yy 2 Voluntatis

Digitized by Google

LLII Voluntatis notetur

λόγος. *Est anima intelligentis vis, qua ea, qua ab intellectu apprehensa & iudicata fuere, homo vel eligit vel aversatur.*

2. Nomen. *Dicitur à Scaligero etiam volitio. Ab Aristotele* Appetitus *rationalis.*

3. Obiectum { Bonum / Malum } *vel* { *Verum.* / φαινόμενον. }

4. Adiunctum. *Est libera secundum essentiam suam. Libere movetur & vult vel non vult. Et hanc facultatem nulla unquam ratione amittit*

5 Actiones { velle / Nolle } Actiones *hæ sunt vel*

Elicitæ, *sunt quas voluntas sua propria natura in & per se elicit, libereque agens flectit appetitum.*

Imperatæ *sunt quas imperat voluntas fieri per inferiores potentias, quæ obedire possunt. Tales sunt*

- Locomotiva *inquam voluntas habet imperium δεσποτικόν. Ad mentis enim decretum & voluntatis imperium oculos aperimus, claudimus: huc convertimus, ab hinc avertimus: manum admovemus poculis, vel amovemus & retrahimus.*
- Appetens. *Hujus facultatis & si ante lapsum dulcissima fuit harmonia cum voluntate: tamen postea quam præcepti regulam transgressa est voluntas, iusto Dei iudicio concentus ille fuit dissolutus, secundum Theologos.*

6 Modus *quo potentia voluntatis in actum exit. Verior inter diversas sententia est: voluntatem per se & a seipsa internoque principio excitari ad ea, quæ sunt expetenda vel fugienda, hoc est, ad velle & nolle, quo quidem innato principio & ipsam quandoque mentem & seipsam ad proprias actiones edendas incitat. Scaliger exerc. 307 sect. 25 23. Verè itaque & ex omnium gentium consensu dicimus:* Volo velle. *Hic enim est actus, à suo principio in se desinens.*

Finis

Mentis illuminatori, & voluntatis nostræ rectori sit gloria æterna, Amen.

Digitized by Google

METAPHYSICAE SEV ONTOLOGIÆ Diagraphe.

- Metaphysicæ (*quæ est ἐπιστήμη τῦ νοητῦ ᾗ νοητὸν, quatenus ab homine naturali rationis lumine sine ullo materiæ conceptu est intelligibile.*) *partes sunt duæ; Altera*
  - Vniversalis, *quæ cõsistit in Intelligibilium & Entium tùm*
    - Generalissimis *distributionibus*. Intelligibilia *autem notetur*
      - λόγος: Intelligibile *dicitur omne, quod intellectu percipi ac comprehẽdi potest.*
      - Distributio: *Intelligibile est vel*
        - Nihil: *hoc simpliciter non est aliquid.*
        - Aliquid: *quod simpliciter non est nihil. Estq; vel*
          - Positivum, *quod ponit seu affirmat quidpiam. Estq; vel*
            - Essentia. *Vide A.* p. 2.
            - Ens. *Vide B.* p. 3.
          - Negativũ. *Vide* ~~RRR.~~ n. n. n. p. 58.
    - Communissimis *attributis. Vide C.* p. 4.
  - Particularis. *Vide EE.* p. 91.

AAA Hujus

A. Hiſ is obſervetur

- λόγ☉ : Eſsentia *eſt aliquid poſitivum, per quod Ens eſt id quod eſt. A Scholaſticis dicitur barbara voce* Entitas *ſeu* quiditas.
- Diſtributio. *Eſt enim Eſsentia vel*
  - Realis; *quæ eſt actus Entis realis, quatenus eſt tale.*
  - Imaginaria; *quæ eſt actus Entis ratiõis, quatenus eſt tale.*
  - *Vtraq; eſt*
    1. Simplex, *quæ Enti ſimplici competit.* / Compoſita, *quæ Enti compoſito competit.*
    2. Abſoluta, *quæ Entis eſt abſoluti.* / Reſpectiva, *quæ Entis eſt reſpectivi.*
    3. Vniverſalis *quæ eſt Entis univerſalis. Eaque vel*
       - Generica, *quam Ens à ſuo genere habet cum alia ſpecie communem.*
       - Specifica, *per quam Ens in certa ſpecie conſtituitur.*


       Singularis, *quæ cuivis Enti ſingulari & individuo competit.*

Ens

Digitized by Google

B Ens *Hujus notetur*

- λόγος: Ens *est aliquid positivum, essentia praeditum.*
- Distributio *in Ens*
  - Reale *hujus videatur*
    - λόγος: Ens reale *est Ens, quod per essentiam suam reipsa, etiã citra mentis cogitationẽ existere aptum est.*
    - Distributio *in Ens vel*
      - Primum, *seu quod idẽ est increatum. Ens autem primum est, quod à seipso existit.*
      - Secundum, *seu à primo ortum, vel creatum. Ens autem secundum est quod ab alio existit*
    - *Vtriusq; variae sunt species, quae in 5. classes distribuuntur*
      - *1. Ens est vel*
        - Incomplexũ, *quod per se Vno simpliciq; conceptu cõprehendi potest.*
        - Complexum, *quod per se Vno simpliciq; cõceptu cõprehendi nequit.*
      - *2. Ens est vel*
        - Absolutum, *quod nullum ad aliud habet respectum.*
        - Respectivum, *quod in respectu ad aliud consistit.*
      - *3. Ens est vel*
        - Vniversale, *quod in multis per essentiae cõmunicationẽ existere aptum est.*
        - Singulare, *quod essentiam habet individuam, aliisq; secũdum naturam ἀκοινώνητον.*
      - *4. Ens est vel*
        - Ἄϋλον Immateriatũ, *quod ab omni materia sive sensilis sive intelligibilis concretione est liberum.*
        - Ἔνυλον Materiatum, *quod ex aliqua materia concretione constat.*
      - *5. Ens est vel*
        - Permanens, *quod totam suam essentiam simul possidet, sine partium essentialium fluxu & additione.*
        - Succesivum, *cujus essentia in continuo partium essentialium fluxu & additione consistit.*
  - Rationale *seu* rationis. *Est autem Ens rationis, quod solamentis cogitatione ad modum Entis realis fingitur, & citra eam nihil est. Dicitur* Ens fictum, & Imaginariũ.



C.

Communissima intelligibilium & Entium attributa sunt vel


- Simplicia, *quæ omni Enti absolutè conveniunt, sine disjunctione oppositorum suntque vel*
  - Existentia. *Hujus notetur*
    - λόγος: *Est enim* Existentia *actus, quo Ens existit, pendens ab ipsius essentia.*
    - Species *tot, quot sunt species generalis Entis & Essentiæ.*
      - 1. *alia est*
        - Realis
        - Imaginaria.
      - 2. *alia*
        - Increata.
        - Creata.
      - 3. *alia*
        - Absoluta.
        - Respectiva.
      - 4. *alia*
        - Vniversalis.
        - Singularis.
      - 5. *alia*
        - Substantialis
        - Accidentalis
  - Duratio. *Vide D.* p. 5.
- Conjuncta. *Vide E.* p. 6.

Duratio

Digitized by Google

D. Duratio. *Hujus notetur*

- *λόγος: Est enim* duratio *permansio Entis in actu existendi.*
- Distributio, *Est enim vel*
  - Aeternitas, *quae est duratio, à qua Ens denominatur aeternũ. Estq; vel*
    - Absoluta, *quae est duratio simpliciter infinita & immutabilis Entis increati.*
    - Limitata, *quae est duratio secundum quid infinita Entis creati, q̃ principium quidem & successionem habet, sed fine destituitur, sive in sese, sive respectu nostri.*
  - Tẽpus *quod est duratio simpliciter finita & mutabilis Entis creati, à qua illud denominatur tẽporale. Estque vel*
    - Momẽtaneũ, *quod partiũ successionẽ secundũ prius & posterius excludit.*
    - Successivum, *quod partiũ successionẽ secundũ prius & posterius admitit* Hujus *differentia & quasi partes sunt praesẽs, praeteritum & futurum.*
    - *Utrumq; est vel*
      - Reale, *quod revera extra intellectũ reperitur. Estq; vel*
        - Intrinsecũ, *quod est duratio, per quod Ens creatum revera in sua existentia permanet. Estq; vel*
          - Substantiale, *quod substantijs creatis inest. Et vel*
            - *ὑπερφυσικὸν, quod proprium est substantiae spiritualis & incorporeae.*
            - Physicũ, *quod proprium est substantiae corporeae.*
          - Accidentale, *quod accidentibus inest.*
        - Extrinsecum, *quod est duratio certa ac determinata, partim Dei, partim hominum sapientũ voluntate & consilio instituta, ad mensurandũ & notificandum tempus intrinsecum. Hujus species sunt*
          - *Hora.*
          - *Dies.*
          - *Mensis.*
          - *Annus.*
          - *Lustrum.*
          - *Seculum.*
          - *item:*
          - *Ver.*
          - *Aestas.*
          - *Autumnus.*
          - *Hiems, &c.*
      - Imaginarium, *quod sola mentis cogitatione fingitur, & extra eam nihil est.*



Perfectio

Digitized by Google

F. Perfectio *est actus perfecti, quâ perfectum. Estq; vel*

- Increata' *quæ soli primo Enti inest, omnem excludens imperfectionem ac limitationem. Unde dicta quoq; est,* perfectio independens, *summa ac illimitata.*
- Creata, *quæ Enti à primo ente orto inest, semper includens aliquam imperfectionem & limitationem. Unde dicta quoque est,* perfectio depenedés *participata, ac limitata. Estq; vel*
  - Simplex; *per quã unumquodq; Ens creatũ in suo genere vel specie est perfectũ.*
  - Cõparata; *per quã Ens creatũ, vel secum vel cũ alio collatũ, magis aut minus perfectum dicitur.*
  - *Utraq; hæc est vel*
    - *οὐσιώδης, quæ requiritur scilicet vel ad essentiam Entis cõstituendam, vel essentiam Entis cõstitutam necessariò & inseparabiliter consequitur. Estq;*
      - Generica, *quã Ens cum alio Ente ejusdem generis habet communem.*
      - Specifica, *quæ cujuque speciei Entis est propria.*
    - Accidentaria, *quæ Enti contingeter & separabiliter inest. Estq; vel*
      - Innata *quæ Enti à primo sui ortu inest. Ab aliis dicitur* Naturalis *perfectio.*
      - Advẽticia, *quæ Enti post sui ortũ demũ inesse incipit.*
      - *Utraq; est vel*
        - Extensiva, *per quã Ens secundum Quantitatẽ est perfectũ.*
        - Intensiva, *per quã Ens secundum Qualitatem est perfectũ.*

f. Imperfectio *est à qua Ens denominatur imperfectum. Estq; vel*

- Privativa, *quæ est defectus perfectionis, Enti alicui per naturam inesse possibilis vel debitæ.*
- Negativa, *quæ est defectus perfectionis, Enti alicui per Naturam non competentis,*

Simplicitas

G.
Simplicitas *est actus simplicis, quatenus est simplex. Estq; vel*
- Absoluta, *quae est immunitas Entis increati ab omni prorsus reali ex diversis compositione.*
- Comparata, *quae est immunitas Entis creati à certa aliqua compositionis realis specie.*

g.
Compositio *est actus compositi, quatenus est compositum. Estq; vel*
- Realis, *quae revera Enti alicui inest, citra mentis cogitationem. Estq; vel*
  - Generalis, *quae omni Enti creato reipsa competit. Hujus species sunt*
    - 1. *una ex*
      - Ente
      - *&*
      - Essentia.
    - 2. *altera ex*
      - Genere *Univoco*
      - *&*
      - Differentia *specifica*
    - 3. *tertia ex*
      - Subjecto
      - *&*
      - Adjuncto *inhaerēte.*
    - 4 *quarta ex*
      - Actu
      - *&*
      - Potentia *passiva.*
  - Specialis, *quae nō omni Enti creato competit, sed tantùm illi, quod rationem totius suscipit. Ejus species principes sunt*
    - 1. Una *ex partibus subjectivis, cujusmodi sunt species generi subjecta.*
    - 2. Altera *ex partibus essentialibus, ut sunt Materia & Forma.*
    - 3. Tertia *ex partibus integralibus.*
- Rationalis, *quae Enti alicui tribuitur secundum nostrum concipiendi modum, tametsi ei reipsa non insit.*

Unitas

H. Vnitas *est actus Unius, quatenus est Unum. Estq; vel*

- Realis, *per quam Ens realiter est Unum. Estque vel*
  - Essentialis, *per quam Ens in se est Unum, sine respectu ad aliud. Estq; vel*
    - Prima, *per quam Ens increatum modo simplicissimo & perfectissimo est Unum. Hac Unitas principium est non tantùm omnis Unitatis secundæ; sed etiam omnis multitudinis, quæ in rebus creatis cernitur.*
    - A prima orta *seu secunda per quam omne Ens creatum in se est Unum. Hac tribuitur Enti vel*
      - *U*niversali.
      - Singulari, & *Unitas* Numerica *seu* individualis *dicitur.*
  - Accidentaria, *per quam Ens cū alio, certo quodā modo ac respectu est Unum. Hujus multæ sunt species, quæ in tres ordines revocantur.*
    - 1 *est Unitas*
      - Generica, *per quam Ens cum alio genere vel Univoco vel Analogo, vel proximo vel remoto, est Unum.*
      - Specifica, *per quam Ens cum alio specie est Unum: ut, homo cum homine Unus est specie.*
    - 2 *est Unitas*
      - Causalis, *per quam Ens cum alio causâ aliqua est Unum, sive illa sit Efficiens, sive Materia, sive Forma, sive Finis.*
      - Effectiva, *per quam Ens cum alio effecto aliquo est Unum.*
    - 3 *est Unitas*
      - Subjectiva, *per quam Ens cum alio subjecto est Unum, sive illud sit recipiens, sive occupans.*
      - Adjunctiva, *per quam Ens cum alio adjuncto est Unum, sive illud sit receptum, sive occupatum,*
- Rationalis, *per quā Ens ratione est Unum.*

h. Multiplicitas *est actus Multiplicis, quatenus est Multiplex, Estq; vel*

- Realis, *per quam Ens realiter est Multiplex, sive*
  - *Essentiâ*
  - *Causâ.*
  - *Effecto.*
  - *Subjecto.*
  - *Adjuncto.*
  - *Partibus.*
  - *Alio quodam modo.*
- Rationis, *per quam Ens ratione est multiplex.*

I. Infinitas *est actus infiniti quatenus est infinitũ. Estq; vel*

Absoluta, *per quam Ens simpliciter est infinitum. Eaq; 1 omnem limitationis, terminationis & dimensionis tàm actum, quàm potentiam passivam ab Ente, cui inest, excludit. Neq; 2 consistit in extensione aliqua interminata Entis secundum quantitatem, vel in negatione consummatæ perfectionis: sed potius in exellentia summa perfectionis.*

Restricta, *per quam Ens secundum quid est infinitum. Eaq; solum actum limitationis, terminationis & dimensionis, ab Ente, cui inest excludit, non quidem in se, sed respectu nostri sensus, seu intellectus, aut alius circumstantiæ.*

i. Finitas *est actus finiti, quatenus est finitum. Eaq; tám potentiam passivam, quàm actum limitationis, terminationis & dimensionis simpliciter includit.*

K. Illocalitas, *est immunitas Entis primi & increati ab omni prorsus loci realis & propriè dicti, in quo existat, indigentiâ & necessitate. Dicitur alio nomine* Vbiquitas & Omnipræsentia, *quia per hanc primum Ens est Vbiq; & omnipræsẽs.*

Localitas

Digitized by Google

k.

Localitas *est per quam Ens creatum non tantùm aptum est locari: sed etiam actu semper & necessariò in uno aliquo loco existit. Est autem* locus *in genere receptaculum locati. Estq; vel*

- Realis *qui citra mētis cogitationem reipsá in Natura reperitur. Estq; vel*
  - Substantialis, *qui est receptaculum substantiæ. Estq; vel*
    - Spiritualis *in quo substantia incorporea finita existit.*
    - Corporalis, *in quo substantia corporea existit.*
  - Accidentalis, *qui est receptaculum accidentis.*
- Imaginarius, *qui à mente nostra fingitur, & alicui Enti tribuitur.*

L.

Necessitas *est actus Necessarij, quatenus est Necessariū: seu, ut clarius loquar, est qualitas, per quam Ens aliter se habere non potest. Estq; vel*

- Absoluta, *p quāEns simpliciter secundū Naturam suam est immutabile, hoc est, secundum omnes temporis differētias aliter se habere non potest; omnem excludens contingentiam. Hæc pēdet vel*
  - 1 *ab ipsa essentia Entis.*
  - 2 *à causa aliqua intrinseca Entis*
    - *Materia.*
    - *Forma.*
  - 3 *à proprietate aliqua essentiali.*
  - 4 *ab accidente quodam communi & inseparabili.*
- Hypothetica *seu cōditionalis, per quam Ens ex suppositione certæ conditionis nō potest aliter se habere; semper aliquam includens contingētiam. Hæc pendet vel.*
  - 1 *ab aliqua causa extrinseca*
    - *Efficiente*
    - *Fine.*
  - 2 *à manifesta absurditate & contradictionis implicatione, quæ ex contraria affirmatione aut negatione sequitur.*

Contin-

.l.

Contingentia *est actus contingentis, quatenus est contingens, seu ut clarius loquar, est qualitas, per quam Ens aliter se habere potest. Hac pēdet vel*

- *1. ab ipsa essentia Entis*
- *2. á causa aliqua Entis intrinseca*
  - *Materia.*
  - *Forma.*
- *3. à proprietate aliqua Essentiali.*
- *4. ab indifferentia & indeterminatione principij extrinseci ad causandum.*

M.


Possibilitas *est actus possibilis, quatenus est possibile: seu est id, per quod aliquid est possibile, hoc est tale, ut possit actu esse, sine repugnãtia & ἀντιφάσεως implicatione.*

.m.

Impossibilitas *est actus impossibilis, quatenus est impossibile: seu est id, per quod aliquid est impossibile; hoc est, tale, ut non possit actu esse, sine repugnãtia & ἀντιφάσεως implicatione. Estque vel*

- Absoluta, *per quam aliquid simpliciter est impossibile, hoc est tale, ut nullo modo & respectu possit esse possibile.*
- Limitata, *per quam aliquid, quod per se possibile est, tamen impossibile dicitur secundum quid.*

Digitized by Google



Digitized by Google

O. Bonitas *est actus boni, quatenus est bonum; seu est qualitas, à qua Ens denominatur bonum. Estque vel*

- Apparens, *quæ est qualitas imaginaria, per quam Ens videtur bonum, quod revera bonum non est.*
- Vera, *quæ est qualitas realis per quam Ens revera, uti videtur, est bonum. Estque vel*
  - Absoluta, *per quã Ens vere in se est bonũ sine respectu ad aliud. Estque vel*
    - Infinita, *seu prima quæ soli Enti increato inest. Estque fons omnis bonitatis finitæ.*
    - Finita *seu secunda, q̃ Enti creato inest, tã quã imago bonitatis primæ per participationem cidẽ impressa. Estque vel*
      - Naturalis, *quæ est conveniẽtia Entis cum regula creationis seu Naturæ generatis Estque vel*
        - Essentialis, *quæ Enti creato, necessariò & immutabiliter inest. Estque vel*
          - Vniversalis, *quæ Enti creato, in genere, quatenus est Ens, inest.*
          - Particularis, *quæ Enti creato in specie quatenus est tale Ens, inest.*
        - Accidentalis, *quæ Enti creato contingenter & accidentaliter inest.*
      - Moralis, *q̃ est cõveniẽtia Entis cũ lege Morali: seu*
        - Naturali
        - Positiva

        Estque vel

        - Generalis, *quæ in Ethnicos etiam cadit, & dicitur* probitas.
        - Specialis, *quæ in Christiãos cadit, & dicitur* pietas *&* sanctitas.

        Utraque est vel

        - Habitualis *seu permanẽs, quæ ipsi creaturæ intelligenti inest, eamque perficit & disponit ad bene agendum.*
        - Actualis *seu trãsiens, quæ ipsis actionibus moralibus creaturæ intelligentis inest, eaque laudabiles reddit.*
      - Artificialis *quæ est convenientia Entis cum regula artis. Estque vel*
        - Habitualis, *quæ creaturæ intelligenti inest.*
        - Actualis, *quæ actionibus vel operibus creaturæ intelligentis inest.*
  - Respectiva. *Vide* P.

Digitized by Google

P.

Reſpectiva *bonitas eſt per quam Ens alteri eſt verè bonum. Eſtque vel*
- Honeſtas, *per quam Ens alteri eſt honorificum.*
- *U*tilitas *per quam Ens alteri eſt utile & commodum.*
- Iucunditas *per quā Ens alteri eſt jucundū & delectabile.*

O.

Malitia *eſt defectus bonitatu à quo Ens denominatur Malum. Eſtque vel*
- Apparens, *per quam Ens videtur Malum, quod revera malū non eſt.*
- Vera, *per quam Ens verè in ſe eſt malū, ſine reſpectu ad aliud. Eſtque vel*
  - Abſoluta, *per quam Ens verè in ſe eſt malū ſine reſpectu ad aliud. Eſtque vel*
    - Naturalis. *Vide Q.*
    - Moralis. *Vide R.*
    - Artificialis. *Vide S.*
  - Reſpectiva. *Vide T.*

Q. Naturalis, *quæ eſt diſcrepantia Entis à regula Creationis, ſeu naturæ generantis:*

R.

Moralis, *quæ eſt diſcrepantia Entis à lege Morali ſeu*
- Naturali
- Poſitiva


Eſtq; vel
- Generalis: *ut, improbitas*
- Specialis: *ut, impietas*

Utraq; eſt vel
- Habitualis: *ut, vitium Morale.*
- Actualis: *ut, illa quæ in actione conſiſtit.*

Artificialis

Digitized by Google

S. Artificialis, *quæ est discrepantia Entis à regula artis.*




T.
Respectiva, *per quam Ens alteri verè est Malum. Estq; vel*

- Turpitudo, *per quam Ens alteri est turpe, seu indecorum.*
- Inutilitas, *per quam Ens alteri est inutile, seu nocivum.*
- Insucunditas, *per quam Ens alteri est injucundum, seu molestum.*

V.
Conjuncta *attributa respectiva sunt, quæ consistunt in relatione σχέσει & habitudine ad aliud. Hujus generis specierum classes sunt* p. 6.

1. Ens omne *est vel*
   - Principium. *Vide VV.*
   - Principiatum. *Vide vv.*
2. Ens omne *est vel*
   - Causa. *Vide X.*
   - Causatum. *Vide x.*
3. Omne Ens *est vel*
   - Subjectum. *Vide Y.*
   - Adjunctum. *Vide y.*
4. Omne Ens *est vel*
   - Signum. *Vide Z.*
   - Signatum *Vide z.*
5. Omne Ens *est vel*
   - Totum. *Vide A A.*
   - Pars. *Vide a a.*
6. Omne Ens *est vel*
   - Idem. *Vide B B.*
   - Diversum. *Vide b b.*
7. Omne Ens *est vel*
   - Ordinatum. *Vide CC.*
   - Inordinatum. *Vide c c.*
8. Omne Ens *est vel*
   - Prius. *Vide D D.*
   - Posterius. *Vide d d.*

Digitized by Google



Per accidens, *quod ad principiatū refertur ex respectu quodam extrinseco & accidentario.*

Principium *cog-*

§§. Principii cognoscēdi, est unde principiatū cognoscitur. Estque vel

- Incomplexum, *nimirum terminus simplex, integram sententiam non absolvens.*
- Complexum, *nimirum integra propositio, ex qua conclusio deducitur ac probatur. Estque vel*
  - Immediatū, *quod non habet aliud mediū seu principium, per quod à priori διεξ]ικῶς demōstrari possit. Tale est Vnicum illud: Impossibile est aliud simul esse & nō esse, servatis omnibus legibus ἀν]ιφάσεως.*
  - Mediatum, *quod habet aliud Medium seu principium, per quod à priori διεξ]ικῶς demonstrari possit.*
  - *Utrumque est vel*
    - Commune, *cujus usum multùm artes sibi vendicant.*
    - Proprium, *cuius usus ad vnam duntaxat artem pertinet.*

VV

Principiatum *est id quod à principio dependet. Estque vel*

1. - Imaginarium.
   - Reale.
2. - Incomplexum.
   - Complexum.

o

X
Causa *est principium unde causatum dependet. Hujus considerentur*

- Distinctiones *generales. Hæ sumuntur vel ex*
  - 1 Modo *causandi. Et sic alia est*
    - 1
      - Per se, *quæ vi propria causatur.*
      - Per accidens *quæ vi extranea causatur.*
    - 2
      - Ordinaria, *quæ secundum communem & usitatum naturæ ordinem causatur. Et dicitur* Naturalis.
      - Extraordinaria, *quæ præter vel supra communem & usitatum naturæ ordinem causatur. Et dicitur præternaturalis vel supernaturalis.*
    - 3
      - Necessaria, *quæ necessariò seu simpliciter causatur.*
      - Contingens, *quæ contingenter causatur.*
    - 4
      - Naturalis, *quæ ex sola Naturæ vi & instinctu causatur.*
      - Proæretica, *quæ cũ προαιρέσει seu ex libera & voluntaria cõstitutiõe & ordinatione causatur. Estque vel.*
        - Moralis
        - Artificialis
    - 5
      - Communis, *quæ generalem causandi influxũ præstat. Dicitur* generalis *seu universalis.*
      - Propria *quæ specialem causandi influxum præstat. Dicitur* specialis *seu particularis.*
  - 2. Ordine *causandi. ππ.*
  - 3 Naturâ *& conditione ipsius causæ. Vide pp.*
- Species *Vide. ππ.*

ordine

ππ. Ordine causandi. Et sic causa est


- 1. vel
  - Prima, *quæ in causando primum & supremum locum obtinet. Estque prima vel*
    - Simpliciter, *quæ nullam prorsus aliã causam se priorem & superiorem habet : seu, quæ in causando ab alia planè est independens.*
    - Secundum *quid, quæ certo duntaxat respectu seu in certo genere & ordine causa prima est.*
  - Secunda, *quæ á prima in causando dependet.*
- 2. vel
  - Immediata *seu proxima.*
  - Mediata *eaque vel*
    - Remota, *quæ intervẽtu multarum causarum causatur.*
    - Propinqua, *quæ sine multarum, seu unius tantùm causæ interventu causatur.*
- 3. vel
  - Solitaria, *quæ sine alia ejusdem generis vel ordinis causa causatur.*
  - Socia, *quæ cum alia ejusdem generis vel ordinis causa causatur. Estque vel*
    - Coordinata
    - Subordinata
    - *sive*
      - 1
        - Per se
        - Per accidens.
      - 2
        - Necessariò
        - Cõtingenter.
- 4. vel
  - Totalis, *quæ sufficiens est ad causandum sine alterius consortio.*
  - Partialis, *quæ insufficiens est ad causandum sine alterius consortio.*

Digitized by Google

iv. Natura & *conditione ipsius causæ. Sic causa est*
- 1\. *vel*
  - Principalis, *quæ in causando primas obtinet.*
  - Minus principalis, *quæ in causando secundas obtinet.*
- 2\. *vel*
  - Vnivoca, *quæ eiusdem est speciei cum causato.*
  - Aequivoca, *quæ non est eiusdem speciei cum causato.*
- 3\. *vel*
  - Substantialis, *quæ secundum absolutam suam essentiam est substantia.*
  - Accidentalis, *quæ est accidens.*

vv. Species. *Est enim causa alia*
- Extrinseca, *q̃ extra essentiã sui causati existit. Estque vel*
  - Finis, *est causa extrinseca, cuius gratiâ fit tum est. Estque vel*
    - Vltimus, *ad quem reliqui fines referuntur. Estque vel ultimus*
      - Simpliciter, *qui nullum prorsus aliũ finem habet ad quẽ referatur.*
      - Secundum-quid, *qui certo tantùm respectu talis est.*
    - Vltimo subordinatus, *qui tanquã intermedius ad ultimum refertur.*
  - Efficiens *est causa extrinseca, à qua effectum est. Estque vel*
    - Principalis,
    - Minus principalis, *eaque vel.*
      - Impulsiva, *quæ efficientem principalem, ad efficiendum impellit. Estque vel*
        - Externa, *προκαταρκτικὴ, quæ extra principalem efficientem existit.*
        - Interna, *προηγουμένη q̃ intra principalem efficientem existit.*
      - Instrumẽtalis, *quæ principali efficiẽti inservit, ab eaque ad efficiendum assumitur. Estque vel.*
        - Activa, *q̃ in causando sese movet, et dicitur administra cui õpyes.*
        - Passiva. *quæ in causando ab alio duntaxat vel movetur, vel respicitur: ad hanc pertinet causa exemplaris.*
- Intrinseca, *quæ essentiam causandi constituit. Vide AA.*

Est a.



Est autem vel

Materia, *quæ est causa intrinseca exqua Materiatum est. Estque vel*

- Sensilis & corporea, *est ex qua Materiatū corporeum constat. Estque vel*
  - Transiens, *quæ non nisi potentiâ manet in Materiato.*
  - Permanens, *quæ actu manet in Materiato.*
- Intelligibilis & incorporea, *est ex qua Materiatum incorporeum constat.*

Forma, *est causa intrinseca, per quam formatum est. Estque vel*

- Generica, *quæ formatum à suo genere habet.*
- Specifica, *per quam formatum in certa specie constituitur, & essentialiter ab alijs discernitur.*

x

Causatū, *est principiatum à Causa depēdēs.*


Et dicitur ratione

- *Efficientis*, Effectum.
- *Materiæ*, Materiatū.
- *Formæ*, formatum.
- *Finis*, finitum.

Estque vel.


1. Per se. / Per accidens.
2. Ordinarium. / Extraordinariū.
3. Necessarium. / Contingens.
4. Naturale. / προαιρετικὸν
5. Morale. / Artificiale.

Digitized by Google



Occupans

Digitized by Google


Occupans, *circa quod adjunctũ occupatur. Dicitur* objectum. *Estque vel*
Per se, *circa quod adjũctum per se versatur. Estque vel*
Commune, *circa quod multa simul adjuncta versantur.*
Proprium, *circa quod unum duntaxat adjũctum versatur.*
Vtrumque est
1. *vel*
Primarium, *quod adjuncto suo primariò objicitur.*
Secundarium, *quod adjuncto suo secundariò objicitur.*
2. *vel*
Immediatum, *quod adjuncto suo sine Medio objicitur.*
Mediatum, *quod adjuncto suo mediante alio objicitur.*
Peraccidens, *circa quod adjunctum per accidens versatur.*

Adjunctum *est cui aliquid subjicitur, seu quod subjecto præter essentiam adjungitur. Estque vel*

- Receptum, *quod à subjecto recipitur. Et vel*
  - Inhærens, *quod à subjecto in sese recipitur, seu quod in subjecto inest. Estque vel*
    - Necessarium, *quod subiecto necessario inest. Et vel necessarium*
      - Simpliciter, *quod essẽtiali &* ἀδιαλύτῳ *nexu cũ subjecto suo cohæret. Dicitur* adjunctũ ἀπλῶς *seu* ἀχώριστον
      - Secundum quid, *quod certo quodã respectu subjecto suo immutabiliter inest.*

      Vide ΦΦ
    - Contingens, *quod subjecto suo contingẽter seu mutabiliter inest, seu quod potest inesse & non inesse. Dicitur* accidens separabile, χωριστὸν.
  - Adhærens *quod à subjecto vel ad se, vel circa se recipitur. Estque vel*
    - Connexum, *quod extrinsecus cum subjecto recipiente conjungitur.*
    - Circumstans, *quod extrinsecus subjectum recipiens circumstat.*
- Occupatum, *quod circa objectum occupatur seu versatur.*

Utrumque

Digitized by Google

φφ. Vtrumque est

1. vel

Proprium, *quod uni tantùm subiecto inest & extra illud alij non competit. Dicitur ἰδίωμα seu proprietas. Estque proprium vel*

- Simpliciter, *quod per naturam ita uni inest, vt nullo modo ac respectu pluribus subiectis possit esse commune.*
- Secundum quid, *quod certo dũtaxat respectu uni subiecto inest, non pluribus.*

Commune, *quod per naturam pluribus subiectis inesse potest.*

2. vel

Nativum, *quod suo subiecto à primo ortu inest.*

Adventitium, *quod post ortum demum incipit inesse suo subiecto.*


Digitized by Google

Z

- Signum *est Ens sensile, cognoscenti signatum significans. Estque vel*
  - Naturale, *quod ex naturæ ordinatione vim habet significãdi aliquid. Hoc apud omnes gẽtes idem significat. Estque vel*
    - Internum, *quod cognoscenti intus aliquid designat, & dicitur* conceptus. *Estque vel*
      - Φάντασμα, *quod est simulacrum rei sensilis, per se phantasiæ objectum.*
      - Νόημα *est simulacrum rei intelligibilis, per se intellectui objectum. Latinè dicitur* Notio. *Estque vel*
        - Primũ, *quod rem prout est extra animum, primò ac immediatè intelligenti repræsẽtat.*
        - Secundum, *quod rem prout est extra animum intelligenti repræsentat secundariò & μεσοῦντος πρώτου νοήματος.*
    - Externum, *quod aliquid cognoscenti exterius significat. Vide ββ.*
  - Arbitrarium. *Vide γγ.*

Estque

Digitized by Google



Digitized by Google

γγ. Arbitrarium, *est quod ex institutione voluntaria vim habet significandi aliquid. Ideoq; apud omnes gentes idem non significat. Estque vel*

- Reale, *quod in rebus fundatur. Estque diversum vel*
  - 1. Ratione efficientis, *et vel*
    - Sacrum *seu Mysticum, quod ex instituto divino aliquid significat, qualia sunt*
      - *Typi legales.*
      - *Sacramẽta Testamenti*
        - *Veteris.*
        - *Novi.*
    - Profanum *seu politicũ, quod ex instituto humão aut diabolico aliquid significat. Estque vel*
      - Artificiale, *quod ab arte excogitatur seu conficitur ad significandum aliquid: ut, statura, pictura, stylus in sciaterio. &c.*
      - Inartificiale, *quod sine arte ex sola consuetudine et communi usurpatiõe vim significandi habet: ut, hedera respectu vini vendibilis: Fasces respectu imperij. etc.*
  - 2. Ratione finis, *est vel*
    - .1. Notificans, *quod nos ĩ rei notitiã deducit*, γνώρισμα, *Indicium*, kennzeichen. merckzeichen. merckmal.
    - 2. Commonefaciẽs, *quod nobis rei alicujus memoriã renovat: dicitur* μνῆμα, μνημόσυνον, *monimentum*, denckzeichen. denckmal.
    - .3. Obsignans *quod de aliquo nos certificat & confirmat.* σφραγὶς, ἐσφράγισμα, *sigillum*, Waarzeichen
- Verbale. *Vide* λλ.

Verbale

λ. λ.
Verbale est quod in verbis fundatur. Estque vel

- Pronunciatum, *quod rem animo conceptam annunciando significat. Dicitur* vox prolata: *ab Aristotele* σύμβολον τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων.
- Scriptum, *quod rem animo conceptam per scripturam significat Dicitur* vox scripta: *ab Aristotele* σύμβολον τῶν ἐν τῇ φωνῇ παθημάτων

Vtriusque distributiones sumuntur vel ex

- 1. re significata, *& est vel*
  - Categorema, *quod est vox rē aliquam integrè sine alia significās. Estq; vel*
    - Primæ *notionis*
    - Secundæ *notionis*
  - Syncategorema, *quod est vox rem aliquam integrè cū alia significās: ut sūt*
    - Adverbia.
    - Præpositiones.
    - Conjūctiones.
    - Interjectiones.
- 2 Modo *significādi & est*
  - 1. *vel*
    - Abstracta, *unam rem seorsim significans: ut, candor, albor, humanitas*
    - Cōcreta, *rem cum alia cōiunctam significans: ut cādidus, humanus.*
  - 2. *vel*
    - Propria, *rem sine tropo significans.*
    - Inpropria, *rem cum trop significans.*
  - 3. *vel*
    - Certa, *rem unam certè ac distinctè significans.*
    - Ambigua, *res multas ac diversas indistinctè ac confusè significans. Dicitur* æquivoca. *Vide* μμ.

μμ
Estque *ambigua vel ex*

- Casu, *quæ res Naturâ omnibus diversas fortuitò & sine certa ratione significat, cujus modi est vox Galli, Iaris. Mali. &c.*
- Consilio, *quæ res Naturâ diversas propter certam rationem significat, nempe propter vel*
  - Indigentiam *vocabulorum propriorum.*
  - Mutuam *rerum inter se analogiam, cognationem vel affectionem.*


z
Signatum *est id quod cognoscenti à signo significatur. Estque vel*

- 1
  - Incomplexum
  - Complexum.
- 2
  - Corporeum
  - Incorporeum.
- 3
  - Naturale
  - Supernaturale.
- 4
  - Terrenum
  - Cœleste.
- 5
  - Substantia
  - Accidens.
- 6
  - Præsens
  - Præteritum
  - Futurum.

Totum

Digitized by Google

- **AA.** Totum, *est quod habet partes. Estque totum vel*
  - Per se, *quod habet partes propriè dictas. Estque vel*
    - Universale, *quod partes habet sibi subjectas, quibus singulis suam essentiam communicat.* ὅλον καθόλου. *Estque vel*
      - Genus, *est totū universale, quod sub se cōtinet species. Estque vel*
        - Perfectum, *quod ex æquo speciebus suis est commune, & dicitur genus synōymū, univocū.* καθ' ἓν *Estque vel*
          - Summum, *quod nullum se superius habet.*
          - Subalternum, *quod superioris species, inferioris genus esse potest. Estque vel*
            - Remotum, *cui mediatè species sūt subjectæ.*
            - Proximum, *cui immediatè species sunt subjectæ.*
        - Imperfectum, *quod inæqualiter, hoc est, secundum prius & posterius speciebus suis se communicat. Dicitur* γένος πρὸς ἕν *seu,* ἀφ' ἑνὸς, *seu analogum.*
      - Species, *est totum Universale, individua sub se continens, Estque vel*
        - Perfecta, *quæ ex æquo individuis se communicat. Estque vel*
          - Subalterna, *quæ ita species est, ut alio respectu genus esse possit, seu quæ immediatè se individuis communicat.*
          - Infima, *quæ immediatè individua sub se habet.*
        - Imperfecta, *quæ inæqualiter individuis suis se communicat.*
    - Essentiale, *quod constat ex partibus essentialibus.*
    - Integrale, *quod constat ex partibus integralibus. Estque vel*
      - Homogeneum & *similare, quod constat ex partibus homogeneis.*
      - Heterogeneum & *dissimilare, quod constat ex partibus heterogeneis.*
  - Per accidens, *quod constat ex partibus impropriè dictis. Cujusmodi sunt*
    1. Causata *ratione causarum.*
    2. Causæ *ratione casatorum.*
    3. Subjecta *ratione adjunctorum.*
    4. Adjuncta *ratione subjectorum.*



aa. Pars *est quæ sub toto cõtinetur. Estque vel*

- Per se, *quæ refertur ad totum per se. Estque vel*
  - Subjectiva, *quæ toti Universali subordinatur Estque vel*
    - Species, *quæ est pars generi subjecta.*
    - Individuum, *quæ est pars speciei subjecta.*
  - Essentialis, *quæ totum essentiale constituit. Estque vel*
    - 1.
      - Materia.
      - Forma.
    - 2.
      - Genus.
      - Differentia
      - *quatenus ad totũ sunt affecta.*
  - Integralis, *quæ totum integrale constituit. Estque vel*
    - Homogenea & *similaris ejusdẽ cum Toto nominis & οὐσίας.*
    - Heterogenea, & *dissimiliaris, diversi à Toto nominis et οὐσίας.*
    - *Estque vel*
      - Principalis, *q̃ ad totius οὐσίαν simpliciter est necessaria.*
      - Minus principalis, *quæ à toto abesse potest citra ipsius interitum.*
- Per accidens, *quæ refertur ad totum per accidens, cujusmodi sunt*
  - 1. Causæ *ratione causati.*
  - 2. Causata *ratione causarum.*
  - 3. Adjuncta *ratione subjectorum.*
  - 4. Subjecta *ratione adjunctorum.*


BB Identitas

Digitized by Google

B. B.
Identitas *est convenientia unius Entis cum alio, orta ex unitate alicujus tertij, quod utriq. competit. Estque vel*


- Rationis, *per quam Unum Ens cum alio ratiõe, hoc est secundũ mentis nostræ conceptum est idem.*
- Realis, *per quam unum Ens cum alio ratiõe alicuius tertij realiter est idem. Huius specierum tres sunt Classes.*
  - 1. Identitas *est vel*
    - Numerica, *quæ consistit inter ea, quæ numero, hoc est, Una & eâdem essentia singulari cõveniunt.*
    - Specifica, *quæ est inter ea, quæ specie infima interse conveniunt.*
    - Generica *quæ est inter ea, quæ genere interse conveniunt.*
  - 2. Identitas *est vel*
    - Causalis, *quæ est conveniẽtia Entium ratione alicujus causæ, sive*
      - Efficiẽtis.
      - Materiæ.
      - Formæ.
      - Finis.
    - Effectiva, *quæ est conveniẽtia Entium ratiõe alicuius effecti.*
  - 3. Identitas *subjectiva & adjunctiva Vide* ¶

Digitized by Google



π. Identitas
Subjectiva, *quæ est convenientia Entium ratione subjecti sive illud sit recipiẽs, sive occupans.*
Adjunctiva, *quæ est convenientia Entium respectu adjuncti, sive occupati.*
Huc pertinet
Aequalitas, *quæ est idẽtitas Entium, orta ex unitate qãtitatis, sive illa sit*
Extensiva.
Intensiva.
Similitudo *quæ est idẽtitas Entiũ, à qua similia dicũtur ipsa. Estque vel*
Primaria, *quæ est convenientia Entium secundum qualitatem.*
Secundaria, *quæ est conveniẽtia Entium secundum motũ & relationem.*
utraq; vel
Simplex, *inter duos tantum terminos cõsistens.*
Cõposita, *inter quatuor terminos versata*: Analogia, *seu* proportio, *dicta.*

Diversitas



bb. Diversitas *est dissensio unius Entis ab alio, orta ex tertiis, in quo comparantur pluralitate. Estque vel*

- Distinctio; *quae est diversitas sine pugna. Estque vel*
  - Rationalis, *quae fit secundum nostrum concipiendi Modum.*
  - Realis, *quae citra mẽtis cogitationẽ revera inijs q̃ distinguuntur locũ habet. Hujus specierũ tres sunt classes*
    - 1. Distinctio *est vel*
      - Nũerica, *inter ea, quae numero, hoc est essentiâ singulari inter se differunt.*
      - Specifica, *inter ea, quae specie infima differunt.*
      - Generica, *inter ea, quae genera differũt*
    - 2. Distinctio *est vel*
      - Causalis, *eorum quae causâ differũt.*
      - Effectiva, *eorum, quae effecto differũt.*
    - 3. Distinctio *est vel*
      - Subjectiva, *eorum, quae subjecto differunt.*
      - Adjunctiva, *eorũ, quae adjuncto differunt.*
    - *Vide* ☿
- Oppositio. *Vide.* ☿☿.

☿. *Huc pertinent*

- Inaequalitas, *quae est diversitas Entium secundũ quãtitatem*
- Dissimilitudo, *quae est diversitas Entium, á qua dicũtur dissimilia. Estque vel*
  - Primaria, *nimirum diversitas Entium secũdùm qualitatem.*
  - Secundaria, *nimirum diversitas Entium secundùm Motum & relationem.*

Digitized by Google

ΧΧ. Oppositio *est diversitas cũ pugna. Huius notetur*

- 1. Requisitum: *ut nimirum oppositorum nec unum alteri, nec utrũque uni & eidem tertio secundum idem, ad idem, & eodem tempore convenire possit.*
- 2. Distributio. *Est enim oppositio vel*
  - Disparatio, *inter ea scilicet, quorũ unum multis pariter opponitur.*
  - Contrarietas, *inter ea, quorum unum uni tantùm opponitur. Estque vel*
    - Positiva *eorum, quæ sibi invicem affirmaté opponuntur. Estque vel*
      - Adversativa *eorũ, quorum unum ab alio nõ pendet, sed perpetuò dissidet.*
      - Respectiva *eorũ, quorum unum ab alio dependet ob mutuum inter se respectum.*
    - Negativa *eorũ, quorum unum alteri negatè opponitur. Estque vel*
      - Contradictio *eorum, quorum unũ alterum simpliciter & immediaté negat & excludit: ut sunt* Ens *&* nõ Ens.
      - Privatio *eorum, quorum unum alterum tantùm secundùm quid negat & excludit, nempe in eodem subjecto, quod πέφυκε ad receptionem utriusque, cum certi temporis determinatione. Cuiusmodi sunt:* habitus *&* privatio.

Τάξις

Digitized by Google

CC.
τάξις ordo, *est dispositio Entium diversorum secũdùm prius & posterius. Estque vel*

- Realis, *qui citra mentis operationem reipsâ inter entia diversa existit. Estque vel*
  - Primarius, *isque vel*
    - Originis, *eorum, quorum unum origine prius est altero. Dicitur* ordo naturæ, *seu* ordo essẽdi.
    - Temporis, *eorum, quorum unum tempore prius est altero.*
  - Secundarius, *estque vel*
    - Loci, *qui est eorũ, quorũ unũ per se priorem locum obtinet præ alio.*
    - Dignitatis, *qui est eorũ, quorum vnum per se dignius & præstantius est altero.*
    - Enumeratiõis *naturalis, qui est eorum, quorum vnum per se in enumerando prius est altero.*
- Rationalis, *qui à recto mentis judicio & instituto pendet. Estque vel*
  - Artificialis, *quem ars nobis in cognoscendo, & agẽdo præscribit. Vide.* 24
  - Arbitrarius, *est quem quisque citra artis præscriptum ex certæ rationis & circumstãtiæ consideratiõe ĩstituit. Dicitur etiã* ordo prudẽti*æ.*

 Estque

24 *Estque vel*

Theoricus, *qui pro fine habet solam rerum cognitionem. Estque vel*

Inventionis, *qui dirigit mentem nostram in perscrutandis et indagādis rebus ignotis, ducendo nos à prioribus secundum quid ad priora simpliciter.*

Doctrinæ, *qui dirigit mentem nostram in docendis & tradendis ijs, quæ nobis sunt nota, ut eò facilius & melius ab alijs percipiantur, ducendo nos à prioribus simpliciter ad priora secundum quid.*

Practicus, *qui pro fine habet actionem, seu effectionem. Estque vel*

Intentionis, *qui in consultando observatur.*

Executiōis, *qui post consultationem in operando & exsequendo observatur.*

De utroque est Axioma; *Quod primum in intentione, id ultimum est in executione, & contra; quod ultimum est in intentione, illud primum est in executione.*

cc. ἀταξία inordinatio, est carentia ordinis inter Entia diversa.

Prioris

D D. dd.
Prioris & posterioris *modi sunt*

- 1. κατὰ φύσιν, *secundum naturam seu originem.*
- 2. κατὰ χρόνον, *secundum tempus.*
- 3. κατὰ τόπον, *secundum locum.*
- 4. κατὰ τὴν ἀξίαν, *secundum dignitatem.*
- 5. καθ' ἀριθμὸν, *secundum numerum.*
- 6. κατὰ γνῶσιν, *secundum cognitionem.*

EE.
Particularis *Metaphysicæ pars, agit de Ente incomplexo in specie. Hujus partes sunt duæ.*

- Una *de substantia. Est autem substantia Ens incomplexum per se subsistens. Estque vel*
  - Increata. *Vide FF.*
  - Creata. *Vide GG.*
- Altera *de Accidente. Vide AAA.*

Digitized by Google

FF.

Increata, *quæ a seipsa & per seipsam existit: ut solus Deus, qui est Ens primum, simplicissimum & perfectissimum, principium omnis boni in Natura. Eius consideranda veniunt secundum nostrum concipiendi modum, vel*

- Essentia, *quæ est actus purus, per quem Deus est id, quod est, & ab alijs omnibus Entibus discernitur. Hujus conditio est*
  - Non esse universalem *hoc est, vel genere vel specie unam,*
  - Sed singularem, *hoc est numero unam.*
- Attributa divina, *quæ sunt vel*
  - Proprietates Dei *quæ sunt*
    - Summa Simplicitas. *Vide γγγ.*
    - Summa perfectio. *Vide δδδ*
  - Actiões *Dei Vide ZZZ.*

Summa

Digitized by Google

γγγ. Summa simplicitas *est proprietas Dei, secundùm quam ille est simplicissimus, expers omnis compositionis realis.*

ddd. Summa perfectio, *est proprietas Dei secundùm quam ille est perfectissimus expers omnis defectus. Hujus specierum classes sunt quinq;*


- 1. Summa
  - Infinitas, *quæ est perfectio Dei, secundùm quam ille est absolutè infinitus, expers omnis determinationis, limitationis, ac mensurationis passivæ.*
  - Vbiquitas, *quæ est perfectio Dei, secũdum quam ille est omnipræsens, omnis expers existentiæ localis.*
- 2. Summa
  - Immutabilitas, *quæ est perfectio Dei, secundùm quam ille absolutè est immutabilis, expers omnis passivæ ad mutationem in sese recipiendam potentiæ. Hujus quasi species sunt*
    - Absoluta necessitas, *secundùm quam Deus simpliciter in sua essentia se aliter habere nequit.*
    - Immortalitas absoluta, *est secũdum quam Deus nunquam moritur, nec morti est obnoxius.*
  - Aeternitas, *quæ est perfectio Dei, secundum quam ille est expers omnis principij, successionis & finis.*
- 3. Summa
  - Bonitas, *quæ est perfectio Dei, secundùm quam ille est optimus omnis expers mali. Hæc est vel*
    - Absoluta, *secundùm quam Deus in se est bonus, sine respectu ad creaturas. Dicitur* bonitas naturalis.
    - Respectiva, *secundùm quam Deus erga suas creaturas est bonus. Dicitur* bõitas moralis. *Estque vel*
      - Generalis, *quam Deus erga omnes suas creaturas exercet; cujusmodi sunt: amor & benignitas generalis.*
      - Specialis; *quam Deus erga creaturas ἐκλεκτὰς, præsertim genus humanũ exercet. Cujusmodi sunt*
        - *Veracitas.*
        - *Fidelitas.*
        - *Misericordia.*
        - *Iustitia.*
        - *Clementia.*
        - *&c.*
  - Beatitas, *quæ est perfectio Dei, per quam ipse est seipso contentus, nullius boni alius indigus.*
- 4. Summa
  - Sapientia *seu omniscientia, quæ est perfectio Dei, secundum quam ille est perfectè sapiens, nulli ignorantiæ errorive subjectus.*
  - Potentia *seu omnipotentia, quæ est perfectio Dei, secundùm quam omnia & velle & facere potest, quæ cum ejus natura non pugnant & ἀντίφασιν implicant.*
- 5. *Vide.* ππ.

fff 2 Summa

Digitized by Google

- πλ.5. Summa
  - Dominatio, *quæ est potestas absoluta Dei, quam habet in κτίσμα suum universum.*
  - Libertas, *est indifferentia absoluta Dei ad agendum & non agendũ tam hoc, quàm illud, ab omni necessitatis externæ violẽtia sejũcta.*

- ZZZ Actiones *Dei sunt vel*
  - Internæ *seu immanẽtes, quæ in Deo terminãtur, & in aliud extra Deum objectum nõ feruntur; quales sunt eæ, quibus Deus seipsũ cognoscit, vult, amat.*
  - Externæ *seu transeuntes quæ in aliud extra Deum objectum feruntur. Eæque sũt vel*
    - Generales, *eæque vel*
      - Aeternæ, *& vel*
        - Præordinatio, *quæ est actio externa, quâ ille ab æterno, pro libera suâ εὐδοκίᾳ decrevit, quid suo quoq; tempore futurum esset, ac certa etiam media ad id ordinavit.*
        - Præcognitio, *est actio Dei externa, quâ ille omnes res futuras, ab æterno, antequàm existant, præscivit.*
      - Temporales; *ut*
        - Creatio *quæ est actio Dei externa, quâ in principio temporis mundum, omnesq; rerum species in eo contentas modo hyperphysico produxit, & adhuc nonnullarum individua suo tempore producit.*
        - Gubernatio *rerum, est actio Dei externa quâ mundum à se factum, omniaq; quæ in eo sunt, sapienter ac potenter administrat ac conservat. Estque vel*
          - Ordinaria, *quâ Deus secũdum usitatum & communem naturæ ordinẽ & cursum à se sancitum, res mundanas administrat & conservat.*
          - Extraordinaria, *est quâ Deus præter communem & usitatum naturæ ordinem à se sancitũ quædam in mundo administrat & cõservat.*
    - Speciales, *q̃ creaturas intelligẽtes præsertĩ gẽus hũmanũ attigũt: Cujusmodi sunt*
      - Redemptio
      - Regeeratio
      - Iustificatio.
      - Salvatio & *alia,*
      - *quarũ doctrina Theologia sancta est.* Sub-



G G. Subſtantia creata, *eſt quæ à Deo ſuã in tempore origĩem habet. In hac generaliter ſumpta conſideranda ſunt*

- 1.
  - Eſsẽtia, *quæ eſt ſubſtãtiæ creatæ actus primus, per quem illa eſt, id quod eſt. Eſtq; diſtincta à ſubſtantia creata tum*
    - Ratione.
    - Realiter.
  - Accidentia *ſunt ſubſtãtiæ creatæ vel*
    - Proprietates ἰδιώματα, *quæ ſunt*
      - Compoſitio, *quæ eſt proprietas ſecundùm quam ſubſtãtia creata eſt compoſita.*
      - Perfectio *creata, quæ eſt proprietas, ſecundum quam ſubſtãtia creata eſt in ſuo gẽere & ordĩe perfecta. Hujus ſpecies ſunt Vide* ♂
    - Motus, *qui ſunt actus, ſecundum quos ſubſtantia creata dicitur agere vel pati. ſũtq; vel*
      - Actiones
      - Paſsiones
      - *Omnis enim ſubſtãtia creata vel agit aliquid vel patitur.*
- 2. Diſtributio. *Omnis enim ſubſtãtia creata eſt vel*
  - Spiritus. *Vide HH.*
  - Corpus. *Vide LL*

♂ Perfectionis *creatæ ſpecies ſunt*

- 1. Finitudo. Localitas. — *Omnis enim ſubſtãtia creata eſt finita & localis.*
- 2. Mutabilitas. Tempus. — *Omnis enim ſubſtantia creata eſt mutabilis &* ἔγχρονος.
- 3. Naturalis *bonitas.* Potentia *agendi.* — *Omnis enim ſubſtãtia creata naturaliter eſt bona & ad agendum apta.*

p. 95

HH. Spiritus *considerentur*

- 1. λόγος. *Est enim spiritus substantia creata, molis corporeæ expers.*
- 2. Affectiões, *quæ sunt*
  - 1. *Ex nihilo immediatè produci.*
  - 2. *Esse* ἄϋλον καὶ ἄμορφον, *materia & forma expertẽ.*
  - 3. *Esse* ἀμεγέθη καὶ ἀμερῆ, *magnitudinis & partium expertem.*
  - 4. *Esse per se insensilem.*
  - 5. *Esse in loco sine spatij localis occupatione seu repletione.*
- 3. Species. *Est enim Spiritus vel*
  - Angelus, *qui est spiritus intelligẽs, immortalis, per se ab omni corporis unione liber, in ministerium. Dei & hominum cõditus. Hujus consideranda*
    - 1. Qualitas, *quæ est vel*
      - Innata, *quæ est facultas*
        - Intelligendi.
        - Volendi.
        - Loco movẽdi.
      - Adventitia, *eaque vel*
        - Intellectualis, *q̃ est notitia Angeli, quam de rebus habet. Estque vel*
          - Naturalis, *à naturali revelatione pendens.*
          - Supernaturalis, *à supernaturali Dei revelatione pendens.*
        - Moralis, *quæ est habitus, per quam Angelus ad morales actiones disponitur.*
    - 2. Motus, *qui est vel*
      - Actio, *vel*
        - Interna.
        - Externa.
        - *utraq; est vel*
          - Naturalis.
          - Moralis.
          - Artificialis.
      - Passio.
    - 3. Distinctio *Ethica in*
      - Bonũ
      - Malũ
      - *Angelũ, de quibus Theologia sancta.*
  - Forma *substantialis, vide* KK.

Forma

Digitized by Google

K K.
Forma *substantialis, quæ est spiritus à Deo creatus in hũc finem, ut cũ materia unitus informet corpus naturale. Estque vel*

- Natura, *quæ est substantia in corporea ad informandũ corpus naturale inanimatum destinata.*
- Anima, *quæ est substãtia incorporea ad informãdum corpus naturale ãimatum destinata. Estque vel*
  - Irratiõalis *quæ est spiritus beatus, qui extra corpus organicum seorsum subsistere nequit. Hujus species prĩceps sũt.*
    - Vegetans, *quæ informationi corporis viventis, quatenus est vivens, est destinata.*
    - Sentiẽs, *quæ informatiõi animalis, quatenus est animal, est destĩata.*
  - Rationalis, *quæ est spiritus intelligens extra corpus humanum, cum quo naturaliter vivit, subsistere potis.*

LL

Corpus, *est subjectũ creatũ, per se dimensione constans. Hujus observentur*

- 1 Affectiones *quæ sunt*
  - 1. *esse per se quantum, & extensum in*
    - *Longum*
    - *Latum*
    - *Profundum.*
  - 2. *esse mensurabile.*
  - 3. *esse terminatum superficie.*
  - 4. *Habere per se figuram.*
  - 5. *Habere situm, ordinem & distantiam partium.*
  - 6. *occupare & replere certum spatium locale.*
  - 7. *esse per se divisibile in partes corporeas.*
  - 8. *suscipere rationem termini localis, à quo, ad quem.*
  - 9 *esse per se sensile.*
  - 19. *esse alteri corpori continuum vel contiguum.*
- 2. Distritutio, *Est enim omne corpus vel*
  - Immateriatum, *quod ex nulla materia est productum. Eius species sunt*
    - Cælũ supremũ, *quod est corpus à Deo immediatè ex nihilo creatum, ut sit spirituum hominumq; creatorũ domiciliũ. Hujus propriũ adjunctum est esse*
      - *Amplissimum.*
      - *Capacissimũ.*
      - *Lucidissimũ.*
      - *In supremo Mundi loco super reliquos cælos aspectabiles collocatum & firmatum.*
    - Materia *prima, quæ est corpus à Deo immediatè ex nihilo creatũ ut sit principium primum Materiale corporum naturalium.*
  - Materiatum, *quod ex Materia aliqua est productum. Estque vel*
    - Naturale, *quod in physicis tractatur,*
    - Artificiale, *quod in artibus præsertim mechanicis tractatur.*

Accidens

Digitized by Google

AAA

Accidens *est Ens incomplexum, in alio tanquã subjecto inhærentiæ existens. Hujus notentur*

- Affectiones, *quæ sunt*
  - 1. *Inhærere alicui, seu in esse subjecto inhærentiæ.*
  - 2. *Esse imperfectius substantiâ.*
  - 3. *Esse naturâ posterius suo subjecto:*
  - 4. *Et per consequens non constituere essentiam absolutam sui subjecti, sed eam consequi constitutam vel necessariò vel contingenter.*
  - 5. *Prædicari de suo subiecto παρωνύμως, hoc est, non in abstracto, sed in concreto.*
  - 6. *Notificare suum subjectum.*
  - 7. *Non posse transire de uno subjecto in aliud.*
  - 8. *Produci vel per motum, vel sine motu, per simplicem emanationem aut resultationem.*
- 2. Distributio. Est vel
  - Absolutum, *quod essentiam habet absolutam. Hujus species sunt*
    - Quantitas. *Vide BBB*
    - Qualitas. *Vide EEE*
    - Motus, *Vide GGG*
  - Respectivum. *Vide MMM*

ggg Hujus

BBB Hujus *accidentis consideretur*

- Abstractum, *ut Quantitas est accidens, à quo ὀν aliquod denominatur quantum. Est vel*
  - Absoluta, *à qua aliquid dicitur in se quãtum, sine comparatione ad aliud. Estque vel*
    - Magnitudo, *quae est quantitas absoluta, à qua aliquid dicitur in se* magnũ *Estq. vel*
      - Extensiva, *secundum quã aliquid est extẽsum seu mẽsurabile. Dicitur* quantitas Molis. *Est vel*
        - Simplex, *quae una dimensione cõstat estque vel*
          - Longitudo, *q̃ est magnitudo simplex, secundũ quam aliquid est lõgum.*
          - Latitudo. *q̃ est magnitudo simplex. secũdum quam aliquid est latũ.*
          - Profũditas, *quae est magnitudo simplex, secundũ quam aliquid est profundum.*
        - Composita, *quae pluribus dimensionibus constat. Estq. vel*
          - Superficiẽs, *quae est magnitudo composita ex longitudine et latitudine.*
          - Corpus Mathematicũ, *quo est magnitudo composita ex longitudine, látitudine & profunditate. Dicitur* Moles *seu trina dimẽsio, Graece τριχῆ διάστασις.*
      - Intensiva, *secũdũ quã aliquid in se recipit gradus perfectionis. Dicitur quanti. perfectionis, virtualis, gradualis*
    - Numerus, *est quãtitas absoluta, secundum quam aliquid dicitur* numerabile. *Estque vel*
      - Activus, *quo nũeraus aliquid. Estque vel*
        - Primus, *qui sua est originis, ut, Unitas quatẽus per eã numerãus.*
        - A primo ortus, *qui à primo suam trahit originem.*
      - Passivus, *est multitudo rerũ diversarum numeratas.*
  - Comparata. *Vide* CCC.
- Concretũ, *ut Quantum. Vide* DDD.

Comparata

CCC.

Comparata, *à qua aliquid dicitur quantum non simpliciter, sed cum comparatiõe ad aliud. Hujus species sunt*

1. Magnitudo. Parvitas.
2. Longitudo. Brevitas.
3. Latitudo. Angustia.
4. Altitudo. Humilitas.
5. Gravitas. Levitas.

DDD.

Concretum *ut Quantum quod est affectũ quã-titate. Estq; vel*

1. Per se, *cui quantitas per se inhæret.*
   Per accidens, *quod propter aliud cui adjungitur, dicitur quantum.*
2. Absolutè *quantum, quod affectum est quantitate absoluta; & vel*
   - Extensivè, *quod est mansurabile & reipsa divisibile in partes, ex quibus consta.*
   - Intensivè, *quod est graduum capax, & in eos mentis cogitatione dividi potest.*

   Comparatè *quantum, quod affectum est quantitate comparata. Hujus proprietas est*
   - Æqualitas *seu paritas, per quam cõparata inter se habent unam & eã-dem quantitatem.*
   - Inæqualitas, *imparitas, perquam comparata inter se non habet unam & eandem quantitatem.*

Digitized by Google

- *FFF.* Vtraque *eſt vel*
  - Innata, *quæ Enti à primo ortus ſui principio ineſt. Eſtq; vel*
    - Activa, *per quam Ens aptum eſt ad naturaliter agendum. Eſtque vel*
      - Abſoluta, *per quam Ens diſponitur ad agendum ſimpliciter ſine determinatione.*
      - Determinata, *per quam Ens diſponitur ad bene vel malè agendum.*
    - Paſsiva, *per quam Ens aptum eſt ad patiendum.*
  - Adventitia, *quæ Enti extrinſecus advẽit. Eſtq; vel*
    - Infuſa, *quæ à Deo immediatè ex ſingulari gratia Enti alicui communicatur.*
    - Acquiſita, *quæ virtute creati* ὄντος *acquiritur. Eſtq; vel*
      - Naturalis, *quæ ſolius naturæ vi conſtat.*
      - Habitualis, *quæ ſtudio et induſtria creaturæ intelligẽtis acquiritur. Eſtque vel*
        - Intellectualis, *quæ intellectum diſponit & informat.*
        - Moralis, *quæ volũtatem diſpõit & informat.*

Digitized by Google



GGG

Motus *est accidens secundum quod Ens dicitur agere vel pati. Estque vel*

- Simplex *qui ex alijs motibus non constat Estque vel*
  - 1.
    - Actio, *quae est actus agentis quatenus est agens. Estque vel*
      - Immanens, *quae ipsum agens respicit & perficit, non aliud extra agens, objectum.*
      - Transiens, *quae ad aliud, extra agens, objectum fertur.*
    - Passio, *est actus patientes quatenus est patiens*
  - *2. vel*
    - 1. *Ex modo movendi alius est*
      - Absolutus, *qui sua naturâ est indifferens, ad diversa seu opposita objecta.*
      - Determinatus, *qui ad unum certum objectū est limitatus. Estq; vel*
        - Naturalis, *qui vi naturae ad bonum vel malū naturale est determinatur.*
        - Volūtarius, *qui ex certa προαιρέσει constat. Estq; vel*
          - Moralis, *qui ad bonū vel malum morale est determinatus.*
          - Artificialis, *q ad bonum vel malum artificiale est determinatus.*
    - 2. *Ex modo durationis alius est*
      - Momentaneus, *qui fit in momēto.*
      - Successivus *qui fit in successione*
    - 3. *Ex termino ad quem.* *Vide HHH.*
  - *3 vel*
    - Necessarius, *q necessariò fit.*
    - Contingens *q cōtingēter fit.*
  - *4. vel*
    - Spontaneus *q sua spontis est.*
    - Violentus, *q vi quadam fit.*
  - *5. vel*
    - Physicus, *q modo fit naturali.*
    - Hyperphysicus, *qui modo fit supernaturali.*
- Compositum. *Vide L L L.*

Extermino

Digitized by Google

HHH Extermino *ad quem alius*

- Substantialis, *qui ad substãtiam terminatur. Estque vel*
  - Productio, *quo substãtia de novo incipit esse. Estque vel*
    - Creatio *quæ est productio hyperphysica substantiæ virtute infinita solius Dei facta, sine coorperatione causæ secundæ. Estq; vel*
      - Immediata, *quæ est productio hyperphysica substantiæ ex nihilo.*
      - Mediata *quæ est productio hyperphysica substantiæ ex aliquo.*
    - Geẽratio *est productio substãtiæ virtute causæ secundæ facta. Estque vel*
      - Naturalis, *quæ corpus naturale producit*
      - Artificialis, *quæ corpus artificiale producitur.*
  - Destructio. *Vide. III.*
- Accidentalis. *Vide KKK.*

III
Destructio *est modus, quo substantia desinit esse. Estque vel*

- Annihilatio, *quæ est destructio hyperphysica substantiæ virtute infinita solius Dei facta. Estque vel.*
  - Immediata, *quæ est destructio hyperphysica substãtiæ in nihilũ*
  - Mediata, *quæ est destructio hyperphysica substãtiæ in aliquid.*
- Corruptio, *quæ est destructio substantiæ virtute causæ secundæ facta Estque vel*
  - Naturalis *quâ corpus naturale corrumpitur.*
  - Artificialis; *quâ corpus artificiale corrumpitur.*

Digitized by Google

KKK

Motus accidētalis, *est qui ad accidens terminatur. Hujus species sunt*

- Augmentatio, *quâ major quantitas acquiritur.*
- Diminutio, *quâ minor quantitas acquiritur.*
- Alteratio, *qua alia quantitas aquiritur vel*
  - *Simpliciter.*
  - *Secundùm quid.*
- Motus localis, *quo alius locus acquiritur vel*
  - *Simpliciter.*
  - *Secundùm quid.*

LLL

Motus compositus *est, qui ex motibus constat simplicibus. Dicitur* μεταβολὴ *mutatio, seu transmutatio. Estq; vel*

- Subſtātialis *quiest cōversio ūius substantiæ in aliam. Dicitur barbara voce* Trāsſubſtātiatio μετουσίωσις. *Hujus notentur*
  - 1. Conditiones
    - 1. *Vt uterque terminus tam à quo, quàm ad quem sit substantia.*
    - 2. *Vt terminus à quo desinat esse, remanente tamen ejus materiâ.*
    - 3. *Vt terminus ad quem de novo incipiat esse.*
    - 4. *Vt adsit principium efficiens, & quidem substantiale, à quo fiat conversio.*
  - 2. Distributio *in*
    - Hyperphysicā, *quæ fit virtute solius Dei, & constat ex*
      - Annihilatione.
      - Creatione.
      - } *mediata.*
    - Physicam, *quæ fit virtute naturæ constatque ex*
      - Coruptione
      - Generatione
      - } *naturali.*
- Accidentalis, *quæ est conversio unius accidentis in aliud.*

Respectivum

Digitized by Google

MMM. Respectivũ, *quod est Relatio, quæ est accidẽs secundũ quod unũ ens refertur ad alterum. Hujus considerandæ veniunt*

- 1. Conditiones *ὧν ἄνευ quæ ad relationis φύσιν et σύστασιν sunt necessariæ. Suntq; numero quinque*
  - 1. Subjectum *relationis, quod est Ens absolutum, à relatione sibi inhærente formaliter denominatum, sive sit substantia, sive accidens.*
  - 2. Fundamentum *relationis, quod est Ens absolutum, cujus beneficio relatio subjecto suo inest. Estque illud vel*
    - Quantitas.
    - Qualitas.
    - Motus.
  - 3. Terminus *relationis, qui est Ens absolutum, ad quod subjectũ (relationis) ordinatur sive à*
    - Natura
    - Voluntate
      - Dei
      - Hominum
        - *sive sit*
          - Substantia.
          - Accidens.
  - 4. Relatum, *quod respectum habet ad correlatum.*
  - 5. Correlatum, *quod respectum habet ad relatum.*
    - *Horũ proprietas sũt*
      - 1. *Reciprocari inter se.*
      - 2. *Esse simul naturâ, ideoque se mutuò ponere & tollere.*
      - 3. *Unum per alterum definiri & cognosci.*
- 2. Species. *Relatio enim alia est vel*
  - Rationis, *quæ tota in sola mentis conceptione & fictione consistit, & extra eam nihil est.*
  - Realis, *quæ Enti absoluto citra mentis cogitationem realiter inest. Estque vel*
    - Perfecta *seu per se, quæ nihil essẽtiæ absolutæ sibi habet admixtũ.*
    - Imperfecta, *quæ aliquid essentiæ absolutæ, sibi habet admixtum.*
      - *Utraque est vel*
        - Naturalis, *quæ Enti absoluto per naturam inest.*
        - Voluntaria, *quæ Enti absoluto ex pactione aut institutione voluntaria inest sive*
          - Dei.
          - Hominum.
- 3. Concretum, *ut Relatum, quod ex relationis natura est æstimandum.*

Digitized by Google

NNN

Aliquid Negativũ *nihil aliud eſt, quam Privatio quæ eſt Negatio habitus in Ente, cui is tunc ineſſe aut poteſt aut debet. Eſtque vel*

- Vera, *q̃ revera Enti, habitus capaci ineſt, Dicitur privatio realis. Eſtque vel*
  - Perfecta, *quæ ſimpliciter habitum excludit in illo Ente, cui ineſt, Dicitur totalis, ſeu abſoluta privatio.*
  - Imperfecta, *quæ habitum ſecundũ quid duntaxat excludit. Dicitur privatio particularis, ſeu ſecũdum quid.*
  - *Utraque eſt vel*
    - Subſtantialis, *quæ eſt negatio habitus ſubſtãtialis in Ente, cui per naturam ineſſe poteſt aut debet.*
    - Accidẽtalis, *quæ eſt negatio habitus accidẽtalis in Ente cui ineſſe poteſt aut debet. Eſtque adiũcti vel*
      - Inhærẽtis, *per quã removetur ab Ente adiunctũ inhærẽs. Eſtque vel*
        - *Quantitatis.*
        - *Qualitatis.*
        - *Motus.*
        - *Relationis.*
      - Adhærentis, *per quam removetur ab Ente adiunctũ adhærens*
- Ficta, *quæ Enti alicui revera non ineſt, ſed per ſolam mentis fictionem tribuitur. Dicitur rationis ſeu imaginaria.*

FINIS ONTOLOGIÆ. ξὺν Θεῷ

A01 1468749

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google